This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438384 9

Heiner

Schaufelberger

NRNI

~~25 B~~

NOVA
CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope
Aditus ad intelligendos ſine Interprete
ILIADIS LIBROS
omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum
CAMERARII, CLARCKII, ERNESTI, cet.
Annotationes & Scholia.

Opera
JOANNIS SCHAUFELBERGERI,
Publici in Schola Turic. Pædagogi.



NEW YORK PUBLIC LIBRARY

Præfatus eſt JO. JACOB BREITINGER,
Prof. Philolog. S. publ. & Canon. Turic.

TURICI,
Litteris HEIDEGGERI & Soec.
M DCC LXI.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

LECTORIBUS GRÆCARUM LITTERARUM Studioſis.

S. P.

UT inſtitutum meum in adducendis Viris Erudit. qui nuper hos vel illos Auctores Græcos publicæ luci expoſuerunt, hac vice proſequar;

illi, quos nunc in medium proferre debeo, ſunt hi:

I. *Celeb.* PETRUS WESSELINGIUS. 1763. edidit *Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum Libr. IX.* gr. & lat. ex *Laurentii Vallæ* interpretatione. cum adnotationibus *T. Galæi* & *J. Gronovii.* Editionem curavit, & ſuas itemque *Lud. Caſp. Valckenarii* notas adjecit PET. WESSEL. Fol. Amſt.

II. *Celeb.* J. AUG. ERNESTI. 1764. edid. *Polybii Hiſtoriarum, quæ ſuperſunt.* interprete *Iſ. Caſaubono*, ex recenſione *J. Gronovii*, cum notis *Caſaubonorum*, *Urſini*, *Valeſi*, *Palmerii* & *Jac. Gronovii.* Acceſſit *Æneæ Tactici* Comm. de Obſidione toleranda. cum interpret. & notis *Iſ. Caſauboni.* Præfationem & Gloſſarium Polybianum adjecit J. AUG. ERN. III. Tom. gr. & lat. Lipſiæ.

2.) 1759 — 1764. *Homeri Opera Omnia.* ex recenſione & cum notis *Sam. Clarkii.* Acceſſit varietas Lectionum MS. Lipſ. & Edd. Veterum. Cura J. AUG. ERN. qui & ſuas Notas adſperſit. V. Vol. Lipſiæ.

3.) 1764. *Xenophontis Opera.* Vol. III.tium ibid.

III. *Celeb.*

III. *Cel.* CHRIST. ADOLPH. KLOTZIUS. (cujus *Vitam* nuper delineavit *Cel.* THEOPH. CHRISTOPH. HARLESIUS in Lib. *de Vitis Philologorum, noſtra ætate Clariſſimorum.* Vol. I. p. 170. ſqq.) 1764. *Tyrtæi, quæ reſtant, omnia* collegit, Commentario illuſtravit, & edidit. Bremæ.

2.) *eodem anno: Stratonis, aliorumque veterum Poëtarum Græcorum Epigrammata*, nunc primum a CHR. AD. KLOTZIO edita. Altenburgi.

Hæc ſcribenti in mentem mihi veniunt ea, quæ IDEM in *Epiſtolis* ſuis *Homericis*, ſuperiori anno Altenburgi editis, in HOMERI laudem ſcripſit.

Quemadmodum; quo attentius magnorum cum pictorum tum ſtatuariorum opera conſideramus, quo ſæpius ad ea viſenda examinandaque redimus; eo plura ſemper, quæ laude & admiratione digna,

antea vero nunquam a nobis animadverſa, invenimus: ita etiam in Homeri *lectione verſari debemus, ſi magnitudinem illius ingenii recte intelligere velimus.* Fraguerium (Fraguier) *ajunt, qui voviſſe dicitur, ſe quotidie mille verſus* Homeri *lecturum eſſe, ad placandos manes Poëtæ expiandasque injurias, illis a* La-Mottio *illatas, illum igitur ajunt, cum primum* Homerum *legerit, ſtilo eos verſus notaſſe, qui apprime placerent. Cum iterum ad lectionem Poëtæ acceſſerit, ſummopere miratum eſſe, multos ſe verſus, pulchriores etiam illis, præteriiſſe. Idem illi tertium quartumque eadem carmina legenti accidiſſe: plenum admirationis virum doctum, ſemper augeri verſuum, qui*

qui placerent, numerum, animadvertiſſe: denique vidiſſe, omnes fere verſus ab initio usque ad finem Libri a ſe notatos eſſe, atque, hoc in ſe expertus ſit, oportet, dixiſſe, qui recte de Poëtarum principe judicare velit. Nonne vero, quicunque idem ſtudium ad legendum Homerum *attulerit, verisſima eſſe hac, intelliget? Semper illi nova materies admirandi laudandique ingenium, artem, numerosque Poëtæ occurret. (Epiſt. III. p.* 139. *ſq.)*

IV. *Cel.* GE. CHRISTO. HAMBERGERUS. ed. 1764. *Orphei Argonautica, Hymn. Libell. de Lapidibus, &* *Fragmenta.* cum notis *H. Stephani* & *Andr. Chriſt. Eſchenbachii.* Textum ad Codd. MSS. & Editiones veteres recenſuit, notas ſuas & Indicem græcum adjecit *Jo. Matth. Geſnerus.* Lipſiæ.

His addi poſſunt:

Selecta ex Poëtis græcis. cum vulgata Verſione emendata & Notis in uſum Scholarum. Etonæ. 1762.

ΠΑΙΑΝΙΟΥ Μετάφρασις εἰς τὴν τοῦ Εὐτροπίου Ῥωμαϊκὴν Ἱστορίαν. Brunſuici, 1763.

Hermiæ Philoſophi Gentilium Philoſophorum irriſio. cum adnotationibus *Hier. Wolfii*, *Thomæ Galei*, *Wilh. Worthii*, *ſuisque.* græce — edidit *Cel.* JO. CHRISTOPH. DOMMERICH. Halæ. 1764.

Quod nunc, *Lectores Amiciſſimi!* ad *IV.*[tum] hunc *Tomum* Cl. Hom. quem Vobis trado, attinet, eum *triplici* Indice, 1. *Verborum.* 2. *Rerum.* 3. *Auctorum allegat.* inſtruere, animo mihi propoſui. Cum autem DD. Bibliopolæ me certiorem fecerunt, *primum* eorum ipſis nimios ſumtus conciliaturum fuiſſe, eum plane omittere, & *duos* reliquos omni

omni, qua potui, celeritate conficere debui. Hinc *prior* non tam accuratus ac copioſus, quam fieri debuiſſet, evaſit. Si *poſterior* minus neceſſarius eſſe quibusdam videbitur, eum tamen non prorſus inutilem fore ſpero.

Ceterum, ſi hæc *Clavis Hom.* hactenus multos ad legenda *Homeri Carmina* excitavit, (ut nulla mihi de eo dubitandi cauſſa eſt,) & in poſterum excitabit, magnopere gaudebo, meique me laboris, quem in eam impendi, nunquam pœnitebit. *Scripſi* TURICI, V. ID. MART. MDCCLXV.

CASAUB.

CASAUB. *Diſſert. de Homero.*

Qui HOMERUM contemnunt, vix illis optari quidquam pejus poteſt, quam ut fatuitate ſua fruantur.

PRAEFATVR

JO. JACOB. BREITINGER.

Non absque ſingulari conſilio divino factum eſt, quod Evangelii doctrina, etſi per totum orbem ſpargi debuit, tamen unius Græcæ gentis Lingua primum ac potisſimum deſcripta atque ita ad poſteros transmiſſa eſt. Cum enim hæc Lingua jam ante univerſam doctrinam morum, diſciplinæ & humanitatis, atque etiam Legis divinæ contineret; cum optimarum artium vitæque humanæ ſumme neceſſariarum magiſtra eſſet; cum rerum geſtarum & hiſtoriæ mundi ταμεῖον; voluit Deus & hunc theſaurum per ejus Linguæ miniſterium humano generi impertiri, ut oſtenderet inter ce-

tera beneficia ſua hoc vel maxime expetendum atque amplectendum eſſe. Ita perinde etiam in eo divini conſilii rationes elucent, quod Deus in magno illo Litterarum naufragio, quo ingentis antiquorum librorum ac Commentationum copiæ jacturam fecimus, multo plures in omni eruditionis genere Græcorum Librorum Codices ſartos tectos ad nos transmiſit: etenim cum ſecundum dulcisſimi SOTERIS noſtri effatum provida Dei O. M. cura adeo ſollicite pro incolumitate noſtra excubat, ut ne quidem θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ἀπόληται, ὅτι πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί: quis eſt, qui non intelligat, gravisſimas fuiſſe rationes & quæ unice humanæ vitæ commoda ſpectaverint, ob quas factum fuerit, ut hæc præ aliis doctrinæ ac ſapientiæ inſtrumentis & præſidiis multo majore numero ab interitu ſint aſſerta. Deo enim ut in creando, ita etiam in conſervando ſapientisſimas conſtare rationes ita mihi perſuaſum eſt, ut putem nullum interiiſſe librum, quo non facile carere posſimus; nullum contra divinitus fuiſſe conſervatum, qui non, ſi eo recte utamur, magnum vitæ humanæ commodum adferre posſit. Neque adeo difficile eſt hujus divini conſilii certas quasdam rationes reperire, ob quas multo major Græcorum, quam Latinorum, omnis generis Librorum copia ad

nos

nos fuerit transmiſſa: Romani enim Scriptores omnem ſuam & doctrinæ & eloquentiæ laudem in hoc uno poſitam eſſe voluerunt, ut non male Græcos imitari viderentur: atque Latinus Sermo, quicquid unquam habuit elegantiæ aut venuſtatis, id ex Græcis fontibus accerſitum eſt: Si demas Romanis Scriptoribus lumina Græci ſermonis, quod præterea emineat, parum erit; ut vere ac recte dictum ſit ab Horatio:

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui - - - - - -

Jam vero etiam inter homines ὁ νοῦν ἔχων, ſi porticum pictis Tabulis ſplendide exornatum & inſtructum eſſe cupit, non promiscue omnia admittit, ſed habito dilectu quamprimum opera, ipſa præclariſſimorum Pictorum manu ſumma arte deſcripta, fuerit adeptus, ea Tabularum exempla, quæ ab imitatione ſunt profecta eliminabit & abjiciet, niſi forte pauca quædam eo conſilio conſervat, ut quantum ingenium artem ſuperet ex comparatione fiat manifeſtum, atque ita authenticis Tabulis nova accedat commendatio. Quid quod aut magnopere fallor, aut Græca præ Romana communis eruditorum lingua fuiſſet conſtituta, niſi religioſa quædam Superſtitio hanc præ illa in publicum Eccleſiæ occidentalis uſum conſecraſſet: Et quoniam Linguæ

nonniſi eruditionis Claves ſunt, quid magis fuiſſet conſentaneum, quam eam Linguam prævalere, cujus beneficio illi divinæ & humanæ Sapientiæ Theſauri, qui Græco Sermone reconditi latent, recludi poſſunt.

Quandoquidem vero inter antiquos Græciæ Scriptores, magnus etiam Poetarum numerus, Epici, Lyrici, Tragici, Comici, &c. ſingulari Dei beneficio e communi Litterarum naufragio ad nos enatarunt, ingrati animi crimen haud poſſe effugere illi mihi cenſentur, qui divinum iſtud beneficium ſpernentes ſtudioſis adoleſcentibus Poemata Græca e manibus excutere, eosque ab horum Lectione arcere aut revocare neſcio quo religionis prætextu ſatagunt; & quo vaferrimo conſilio Julianus quondam Imperator cœleſtis Doctrinæ curſum ſufflaminare ſubdole ſtuduit; hoc eodem ſe conſilio ejus Doctrinæ progreſſum multum juvare & promovere poſſe falſo ſibi perſuadent. At longe alia mens fuit ſanctiſſimis Viris, piis noſtris Majoribus, qui ſapienter ſtatuebant hæc duo, Linguarum ſcilicet ac elegantioris Litteraturæ cognitionem & puram doctrinam veritatis ita eſſe conjuncta, ut alterum alterius opem poſcat: In primis autem ita liberaliter de Græcis Litteris, atque univerſa Poeſi ſentiebant, ut nihil dubitarint pronuntiare, hanc

partim

partim cœleſti Doctrinæ explicandæ ſervire eique facem præferre, partim verum ac rectum de rebus judicium informare, totumque orbem liberalis ac cultioris Doctrinæ fulcire ac ſuſtentare, neque poſſe quenquam ſine harum præſidio litterarum in ullo diſciplinarum genere aliquid præſtare, quod aliquam laudem mereatur. In hanc ſententiam diſerte pronuntiat JO. OECOLAMPADIVS Epiſt. publica adv. Pelargum: *Quid ad nos aliorum perfidia? quamvis certum ſemper infelicius Scripturas tractaſſe eos, qui bonas artes & Linguarum ſtudia contemſerunt: atque adeo adfirmare auſim, nullos, niſi Spiritu Dei afflati, vel inſigniter impudentes ſint, absque idiomatum notitia, illis non conſultis, certi quippiam pronunciaturos. Parcendum erat vel adoleſcentum ingeniis, quæ calumniis id genus a liberalibus ſtudiis abſterrentur.* Qui primus in Schola Turicenſi tradendis Græcis Litteris præfuit JO. CEPORINVS ſtudioſis adoleſcentibus HESIODVM publice interpretatus eſt: hinc nata ſunt egregia hujus Viri in Ἔργα καὶ Ἡμέρας Heſiodi Scholia, in quibus etiam Carminum Græcorum ratio declaratur, quæ Joannes FRISIVS inſigniter a ſe aucta an. MDLXXIX. per Chriſtof. Froſchoverum publicæ luci expoſuit. Quantum ipſe Ceporinus in condendis Græcis Carmi-

 nibus

nibus valuerit, teſtantur ejus *Epigrammata Græca* Tiguri ap. Froſch. an. MDXXXIX. edita: Quin etiam PINDARVM recenſuit atque correxit, cujus editioni Cratandrianæ præluſit *Huldricus Geminius*, h. e. ZVINGLIVS, qui etiam alteram Epiſtolam, mortuo interea Ceporino, Epilogi loco ſubnexuit, qua telam quam in Præfatione orſus eſt pulcre pertexit, & inductis exemplis probatum ivit Pindari Lectionem cœleſti Doctrinæ explicandæ ſervire: atque tandem in hanc vere ſententiam concludit: *Quum aliquando Dei munere oculos recipimus, eosque ad vetuſtisſimos Scriptores attollimus, jam videntur lux & virtus in conſpectum veniſſe, ob oculos verſari, immo adſtare, ſentiri, teneri: neque alia eſſe cauſſa, cur hodie, quum jam multa pariuntur, nihil æque ſanctum ac eruditum atque apud priſcos prodeat, quam quod implumes e nido nos emolimur, dum adhuc ventorum vim non poſſumus excipere neque ſuperare: unde nobis noſtrisque ſcriptis merito quod Icaro accidit. Sanctisſima res mihi ſemper viſus eſt quisque antiquisſimus POETA, ſed is qui* omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci; *cum quod veri honeſtique faciem ſuis coloribus aptisſime diſtinguerent, gratiamque nativam ei conciliarent, non tam imperioſe quam Rhetores, ſed jucunde ac familiariter:*

tum

tum quod vitia longe magis ridicule exſibilarent quam iſti. Non abjectius de univerſa exotica doctrina & præcipue de Græcis Litteris ſentiebat Magnus noſter BVLLINGERVS, qui poſt *Zuinglium* publicis Scholis novam formam, novum ſplendorem induxit: Hoc oſtendit ejus poſthumus de *Ratione ſtudiorum Libellus* plane aureus; in quo peculiaribus Capitibus hæc Lemmata tractat, *de Lectione: Profanis Litteris eſſe operam dandum: Quibus potiſſimum in profanis opera danda: De Lectione Poetarum* &c. atque Caput, quod ſecundo loco poſui, non ſine ſtomacho Vir ille vere Magnus ita orditur: *Quoniam noſtra tempeſtate plurimi ex Literatoribus ac Apoſtolicis (ut videri volunt) profanas Litteras, quas nos ab efficiente vocamus* bonas *&* humanas, *comtemnunt, proſcindunt, condemnant, ceu impiorum hominum inventa, & Chriſtianis hominibus indignas: Nos e diverſo oſtendemus, bonis & humanis Litteris nihil eſſe, quod poſt ſacros, diligentius inquiſiverit vetuſtas: Nam utiles admodum ſunt, & Eccleſiaſticis Viris inprimis neceſſariæ, neque ab ipſa divina Lege proſcriptæ.* Et de tradendis Græcis Litteris præcipit: *Eadem facilitate tradebat Græcanica JO. RHELLICANVS, Præceptor noſter, Juvenis eruditione & gravitate venerandus, ſenibus*

æqualis. Si enim accurate perſpicias Grammaticas præceptiones & cum iis mox conferas Aeſopicas Fabellas Græcas, in quibus non eſt multum difficultatis. Deinde vero redeas ad Urbani Grammaticam, huic addas Luciani *aliquot opuſcula, denique* Plutarchum & Corinthum de Dialectis; *ſed & HOMERI poeſin: quid quæſo facilius? quid jucundius? — Et iſtis quidem abſolutis nullus erit labor legere NOVUM TESTAMENTUM.* Qui *Ceporinum* deinde excepit ROD. COLLINUS Græc. Ling. Prof. in vita a ſe conſcripta hæc de ſua inſtitutione memorat: *Anno MDXXVI. d. VIII. Aug. incepi HOMERUM interpretari Lectione ordinaria: Quos deinceps Auctores, quove ſingulos tempore interpretatus ſim, enumerare nequeo.* Veteres imitatus eſt *Collinus*, quod ab HOMERI Lectione auſpicatus eſt; teſtatur enim *Heraclides Ponticus* in ſuo de Allegor. Homer. Libello diſerte: Εὐθὺς γὰρ ἐκ πρώτης ἡλικίας τὰ νήπια τῶν ἀρτιμαθῶν παίδων, διδασκαλία παρ᾽ ἐκείνῳ τιτθεύεται, καὶ μονονοὺ ἐνεσπαργανωμένοις τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθαπερεὶ ποτίμῳ γάλακτι τὰς ψυχὰς ἐπάρδομεν. ἀρχομένῳ δ᾽ ἑκάστῳ συμπαρέστηκε, καὶ κατ᾽ ὀλίγον ἀπ᾽ ἀνδρουμένῳ. τελείοις δ᾽ ἐνακμάζει καὶ κόρος οὐδὲ εἷς ἄχρι γήρως, ἀλλὰ παυσάμενοι διψῶμεν αὐτοῦ πάλιν. καὶ σχεδὸν ἓν πέρας ΟΜΗΡΩΙ παρ᾽ ἀνθρώποις, ὃ καὶ τοῦ βίου. Quod ex interpretatione Polyhiſtoris ad miraculum docti & genuini *Col-*

lini diſcipuli CONR. GESNERI ita habet: *Mox a teneris unguiculis ſtudiorum ſuorum rudimenta pueri ab hoc Poeta* (HOMERO) *incipiunt, in hujus diſciplina nutricantur, & tantum non in cunis faſciatorum animi carminibus Homericis ceu lacte poſculento irrigantur. Hic & puerili ætati & paulatim in virilem progredienti asſiſtit: hic in adultis viget: hujus nulla ſaties obtingit in ſenectam usque; hunc ut primum depoſuimus, rurſum deſideramus. Breviter, idem propemodum inter homines Homerici deſiderii finis eſt, qui vitæ.* Equidem media fere ſuperioris Seculi ætate pio magis quam prudenti conſilio, repudiatis Majorum inſtitutis, omnis ſcholaſtica in Græcis Litteris inſtitutio ad Eccleſiaſticos, quos vocant, Scriptores traducta, adeo anguſtis circumſcripta eſt cancellis; ut in una alterave *Chryſoſtomi* oratione, floſculis item & bellariis ex eodem Chryſoſtomo, vel etiam *Gregorio Nazianzeno* petitis & tumultuarie decerptis ſubſiſteret: quo factum ut lapſu temporis ſenſim ſenſimque hæc ſtudia frigeſcerent & cum antiquæ Græciæ Scriptorum Libris, etiam hæc Scriptorum Eccleſiaſticorum fragmenta neglecta jacerent. Hac vero noſtra ætate ſtudia hæc paulatim reviviſcere & caput attollere videntur, quod unice Magnificentisſimi Viri CASPARIS ESCHE-

ESCHERI, Cos. & Supremi Scholæ Rectoris auctoritati & exemplo acceptum ferendum eſt, qui fugientes Græcas Litteras excepit, fovit & ſibi contubernales fecit. Non parum etiam ad excitandum liberaliora ingenia contulit præclara illa opera, quam Clariſſimus Vir J. JACOBVS STEINBRYCHELIVS novo exemplo in transferendis terſo ac polito ſtilo *Pindaricis*, *Sophocleis* & *Euripideis* nonnullis carminibus feliciter poſuit: Neque rari ſunt inter ſtudioſos erectioris ingenii adoleſcentes, qui *Pindarum*, *Homerum*, *Theocritum*, *Platonem*, *Xenophontem*, *Lucianum*, &c. familiariter tractant.

Quum vero animadverteram fervido huic in Litteras Græcas ſtudio, quominus εἰς ἀκμὴν erumpere poſſit, multum obeſſe, quod rariores prodeant Auctorum Græcorum Libri, qui æquo pretio parabiles ſint, & ita comparati, ut primos Juvenum conatus multum ſublevare poſſint: In eam incidi cogitationem, poſſe huic malo obviam iri, ſi ejusmodi interpretandi Subſidia, quæ huic ætati eſſent accommodata, ſeorſim edita proſtarent, & Adoleſcentibus in manus traderentur, quæ omnibus perinde Græcorum Librorum Editionibus, nonniſi Græcum Textum præferentibus, adhiberi & ad intelligendum ſufficere poſſent. Quapropter Viro præ-

præſtantisſimo & præclare de re Scholaſtica merenti JO. SCHAVFELBERGERO auctor, vel potius ſuffragator extiti, & ſponte currenti calcar addidi, ut in ejusmodi Subſidio ad HOMERVM parando ac inſtruendo periculum faceret, non jejuno & proletario, qualis *Clavis* illa *Homerica Schreveliana* fuerat; ſed quod Grammaticam dictionis, & in primis etiam Dialectorum rationem omnem exponeret, Textum Græcum & Lectionis integritatem ad optimorum Codicum fidem exhiberet, Homerici Carminis οἰκονομίαν & artem, ſubtilius expenderet; Dictionis elegantiam ac nativam ſublimitatem notaret; quæ & ad ritus ac mores antiquos pertinerent carptim explicaret; quodque ut verbo dicam, integri Commentarii, qualem hæc ætas poſtulat, ut Latina interpretatione carere posſit, vicem præſtaret. Quam paratus autem & ab optimis quibusque ſubſidiis egregie inſtructus ad hunc laborem acceſſerit Vir doctisſimus, quam præclare & religioſe hac opera fuerit defunctus, luculentum hocce, quod in IIII. priores Iliadas nunc luci exponit publicæ, Specimen abunde docebit: quod ſi iis Scholæ Doctoribus, qui Græcarum Litterarum ſtudium ſerio promotum cupiunt & τὸν τῆς παιδείας τρόπον ἄριστον longo uſu perſpectum habent, aliquatenus probaverit, næ

illc

ille operæ ſe pretium tuliſſe exiſtimabit atque ad telam exorſam impigre pertexendam animum adjiciet. Quod reſtat, & quod pietas monet, DEVM O. M. in vota voco, ut Græcarum Litterarum ſtudia quæ hoc tempore lætisſima incrementa oſtendunt, ne exoleſcere unquam apud nos ſinat, ſed, quemadmodum adhuc, ita in poſterum ſervet nobis pariter ac ſeris nepotibus. *Scripſi TVRICI* Helvetiorum ipſis Kal. Mart. A. R. S. CIƆIƆCCLXI.

PLATONIS ION.

ΣΩΚΡ. - - - *Αναγκαῖον, ἔν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρίβειν πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, καὶ δὴ καὶ μάλιστα ἐν* ῾ΟΜΗΡΩ, *τῷ ἀρίστῳ καὶ θεοτάτῳ τῶν ποιητῶν, καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν, μὴ μόνον τὰ ἔπη ζηλωτίν ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν γένοιτό ποτε* ῾Ραψῳδὸς, *εἰ μὴ συνίη τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ.* Τὸν *γὰρ* ῾Ραψῳδὸν, *ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσι. τοῦτο δὲ καλῶς ποιεῖν μὴ γιγνώσκοντα ὅ, τι λέγει ὁ ποιητὴς, ἀδύνατον. ταῦτα οὖν πάντα ἄξια ζηλοῦσθαι.* ΙΩΝ. Αληθῆ *λέγεις, ὦ* Σώκρατες. *ἐμοιγ᾽ οὖν τοῦτο πλεῖστον ἔργον παρέσχε τῆς τέχνης. καὶ οἶμαι κάλλιστα ἀνθρώπων λέγειν περὶ* ῾Ομήρου, *ὡς οὔτε* Μητρόδωρος *ὁ* Λαμψακηνὸς, *οὔτε* Στησίμβροτος *ὁ* Θάσιος, *ὅτε* Γλαύκων, *οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν πώποτε γενομένων, ἔσχεν εἰπεῖν οὕτω πολλὰς καὶ καλὰς διανοίας περὶ* ῾ΟΜΗΡΟΥ, *ὅσας ἐγώ.* — Καὶ *μὴν ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ κεκόσμηκα τὸν* ῾ΟΜΗΡΟΝ. — *ὥς τε οἶμαι ὑπὸ* ῾Ομηριδῶν *ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανοῦσθαι.*

Lecto-

Lectoribus

Elegantiorum, & in primis Græcarum Litterarum Studioſis.

S. P. D.

Auctor.

Ut de omnibus, ita de elegantioribus litteris optime meritus GE. FRIEDR. MEIER, *Prof. Hall. Celeb.* inter *cauſas corrupti Germanorum Guſtus* (ſit venia dicto) *quoad elegant. litteras* etiam hanc numerat: „Weil auf den niedrigen Schulen die griechi„ſche Sprache zu ſehr verabſäumt wird. Die Grie„chen (inquit) ſind die Väter alles ſchönen Denkens, „und die Lateiner haben von den Griechen ſchön zu „denken gelernt. Man ſollte alſo die Quelle nicht „vorbey gehen. Es iſt unter uns ſo weit gekommen, „daß die meiſten unter den wenigen, die griechiſch „lernen, daſſelbe nur ſo weit lernen, als ſie zur „Verſtehung des neuen Teſtaments nöthig haben, „und das geſchieht doch nur auf eine ſehr unvoll„kommne Art. Man ſollte die Regel des Horaz „beobachten:

Vos exemplaria græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

Ja (addit) unſere arbeitſamen Herren Ueberſetzer könnten dieſer Quelle des Verderbens einiges Hinderniß in den Weg legen, wenn ſie, an ſtatt ſo viel aus den lebenden Sprachen unſerer Nachbarn zu überſetzen, lieber die Griechen auf eine geſchickte Art häufiger überſetzten. 1.)

Nolim nunc de Cauſſis neglectus linguæ Græcæ diſſerere, eoque minus, cum hoc jam a Viris Doctiſſimis factum ſit, nimir. a *noſtro* BREITINGERO, 2.) a *Cel.* ANT. BIRRIO, 3.) & LAVR. REINHARDO, 4.) neque de præſtantia cum Græcorum tum Latinorum Claſſicorum Auctorum in genere dum ANT. BLACKWALLVS, *inclytus olim Magnæ Britanniæ Philologus*, data opera de ea commentatus eſt. Malo, *Lectores Amiciſſ.* Viros illos Eruditiſſ. in medium proferre, qui paucis abhinc annis in gratiam veſtram hos illosve Libellos Græcos ediderunt, non dubitans, quin nonnullis veſtrum gratum acceptumque futurum ſit.

I. *Celeb.* I. JAC. BREITINGER. 1749. edidit Eclogas ex optimis Græcis Scriptoribus, ad Vitam Studioſæ Juventutis informandam: cum interpre-

1.) Hoc ex eo tempore aliquo modo præſtitum eſt. Ita ex. gr. *Herodoti* Opera tranſtulit *Jo. Euſtach Goldhagen. Sophoclis Euripidiſque* Tragœdias *Pindarique* Odas nonnullas vertit Doctiſſ. *J. St.*** *Thucydidem J. D. Heilmann.* &c. &c. JOH. AD. PET. GRIES (1752.) duos primos *Hom.* Iliadis Libros in verſus Germ. tranſtulit, notisque inſtruxit. Eodem modo (1756.) denuo VI. primos Iliadis Libros vertit MICH. DIET. BLOHM. M. D. & 1760. hic prodiit: IVter und Vter Geſang der Ilias, in Hexametern überſetzt. 2.) Muſ. Helv. Part. III. 3.) *ibid.* Part. V. 4.) Hiſt. Græc. Ling. Crit.-Litter. C. VIII.

pretandi ſubſidio, quam potuit emendate propoſitas.

II. *Celeb.* J. MATTH. GESNER. 1753. *quartum* ed. Χρηστομαθειας, Chreſtomathiam Græcam, *ſive* Locos illuſtres ex optimis Scriptoribus delectos, notulis brevibus & indice copioſo illuſtratos

III. *Celeb.* J. AVG. ERNESTI. 1755. *tertium* ed. *Xenophontis* Memorab. Socratis Dictorum Libros IV.

2.) 1753. prodierunt *Ariſtophanis* Nubes cum Scholiis antiquis e recenſ. L. Kuſteri. — cum præfat. I. AVG. ERN. in qua Scholia pluribus locis emend. illuſtrantur.

IV. *Celeb.* J. AVG. BACHIVS. 1749. luci publicæ expoſuit *Xenophontis* Oeconomic. Apolog. Socrat. Sympoſium. Hieron. Ageſil. cum animadverſ.

V. *Celeb.* J. FRIDER. FISCHER. ejus cura editi ſunt

1.) *Æſchinis* Socratici Dialogi III. in uſum Scholarum 1753. denuo editi.

2.) 1754. *Anacreontis Teji* Carmina. græce.

3.) 1758. *Axiochus.* græce.

4.) 1760. *Platonis* Dialogi IV. Euthyphro. Apologia Socratis. Crito. Phædo. græce.

5.) 1761. *Palæphati* de incredibilibus Hiſtoriis. græce.

VI. *Celeb.* J. ADAM SCHIER. 1750. edidit;

1) *Pythagoræ* aurea Carmina.

2.) *eod. anno. Hieroclis* Ἀστεῖα.

3.) 1751. *Phocylidis* Carmina.

4.) 1752. *Bionis* & *Moſchi* Idyllia.

5.) 1754. *Demophili* & *Democratis* Sententias.

6.) 1760. *Maximi Tyrii* Comment quemadmodum diſcernendus ſit adulator ab amico.

VII. *Celeb.* M. CHRIST. KRETZSCHMAR. publicavit

1.) 1746. *Æliani* Operum Tom. Ium. *Variam Hiſt.* continentem. Edit. accurat. atque Scholarum uſibus accommodatam.

2.) 1750. *Plutarch.* de puer. educat. & de aud. Poëtis. *Iſocratis* Orationes III. *Heſiod.* Opera, & *Theognidis* ſententias. græce.

VIII. *Celeb.* J. TOB. KREBSIVS. edidit

1.) 1746. denuo *Heſiodi* Opera.

2.) *eod. anno. Plutarchi* Comment. quomodo adoleſcens Poëtas audire debeat.

IX. *Celeb.* CHRIST. AVG. HEVMANNVS. 1749. ed. *Plutarchi* de Educat. puer. Commentar.

X. *Celeb.* IO. HENR. WINKLER. ejus cura exſtat *Platonis* Phædo, ſive dialogus de animæ immortalitate. gr. & lat. 1744.

XI. *Celeb.* SAM. MVRSINNA. 1756. ejus ſtudio prodierunt: *Polyæni* Strategematum Libri octo.

XII *Celeb.* CAR. LVD. BAVERVS. 1759 edid. *Thucydidis* Orationes, cum animadverſ. & indice.

XIII. *Cel.* J. GOTTFR. HAVPTMANN. 1751. publicavit *Lycurgi*, quæ una reſtat, contra Leocratem Orationem.

XIV. *Cel.* CHRIST. GOTTL. HEYNE. 1756 edid. *Epicteti* Enchiridion, gr. & lat. c. Scholiis gr. & novis animadverſ.

XV. *Cel.* FERD. CHRIST MVLLER. *Eod. anno* ed. Chreſtomathiam Platonianam. gr. & lat.

Habetis ergo hic, *Lectores Humaniſſimi*, parvam quandam Auctorum Græc. Bibliothecam, quam vili comparare vobis poteſtis; ſunt etiam quidam horum libellorum a memoratis Viris græce doctiſ-

doctiſſimis ita illuſtrati, ut nullo fere negotio eos legere poſſitis.

Multi veſtrum procul dubio mecum optarunt, *Opera Homeri* etiam ita edita videre, ut minori negotio intelligi poſſent. Votum noſtrum quodammodo nunc eſt impletum: exſtant enim ejus Opera ex recenſ. & cum notis *Viri Summi*, SAMVELIS CLARKII, cura *Eruditiſſimi Viri*, I. AVG. ERNESTI, qui & ſuas notas adſperſit. Cum autem hæc nova Editio Lectores requirat, qui ſermonem græcum jam ſatis calleant: pleræque enim Notæ verſantur circa Proſodiam, Artem Criticam, &c. quæ Eruditioribus omnino ſatisfacient; conſilium cepi, de ejusmodi interpretandi ſubſidio adornando, quod etiam iis veſtrum, qui vel mediocriter Litteras Græcas intelligunt, eſſet accommodatum. Inſtituti mei rationem breviter percipite!

1.) Singularum prope dictionum analyſin inſtitui, earum vim ac poteſtatem oſtendi, omniaque fere, quæ ad ubique obvios Dialectos ac Idiotiſmos intelligendos pertinent, adduxi. Eum in finem, præter *Clavem* illam *Homericam*, quæ Ao. 1673. Roterod. prodiit, WELLERI *Gram. gr.* cum FISCHERI *animadverſ. in eam*, POSSELII *Synt. gr.* ac VIGERI *Lib. de Idiot. Græcæ dict.* in auxilium vocavi.

2.) Ea, quæ ex antiquitatibus Græcorum illuſtrari potuerunt ac debuerunt, in medium adtuli. Hic inſignem mihi uſum præſtiterunt IOAN. POTTERI, Archiepiſc. Anglic. *Archæologia Græca*, 1733. Venetiis edita. ANG. MARIÆ RICCII, Græc. Litt. Prof. Florent. *Diſſertationes Homericæ*, 1740. Florentiæ editæ. EVERH. FEITHII *Antiquit. Homer.*

mer. LIB. IV. 1743. Argentorati editæ. Item: IO. GOTH. LAKEMACHERI, aliorumque *Compendia de Antiq. Græcorum.*

3.) Cum negari nequeat, nonnullis S. Codicis locis ex Auctoribus profanis lucem aliquam affundi poſſe, etiam in explicando *Homero* aliquod periculum facere volui, juxta inſtitutionem, quam mihi Virorum Celeb. dedere opera *ex. gr.* GE. RAPHELII, I. FR. D. HOMBERGK, LAM. BOS, &c.

4) Notarum IO. SCHERPEZEELII, IOACH. CAMERARII, IO. SPONDANI, SAM. CLARKII, J. AVG. ERNESTI, DACIERIÆ, eas tantum adpoſui quæ mihi ad propoſitum meum maxime videbantur neceſſariæ ac utiles. In primis etiam doctiſſimorum horum Virorum animadverſiones iis in locis in conſilium adhibui, in quibus ars Poëtæ præ ceteris elucet.

5.) *Scholiis* in *Homerum* iis ſum uſus, quæ ſtudio & impenſis IOSUÆ BARNES, in Acad. Cantabrig. Regii Græcæ Ling. Prof. 1711. Cantabrigiæ ſunt edita.

6.) Si, *Lectores Amantiſſimi*, hanc *primam* partic. tanquam *ſpecimen* aliquod laboris mei, benevolo ac æquo animo accipietis, mox *ſecunda* ſequetur, & ſic deinceps, donec tandem toti huic opuſculo finem imponam Indice, in quo nomina Deorum, Dearum, Heroum, Populorum, Locorum, quorum in *Hom.* mentio fit, breviter explicabuntur.

Nolite nunc exſpectare recenſionem de *Homeri Vita*, *Scriptis*, *eorum Fatis*, *Editionibus*, &c. &c. qui talia legere cupit, adeat *Celeb.* I. ALB. FABRICII *Biblioth. Græc. Vol. I. Lib. II. p.* 253-369. *Celeb.*

leb. DAN. GEORG. MORHOFII *Polyhiſtor.* (Edit. 4tæ 1747.) *Lib. VII. Cap. II. p.* 1025. *ſqq. Cel.* GE. CHRIST. HAMBERGERS Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern ꝛc. *Tom. I. p.* 56. *ſqq.* aliosque Auctores innumeros.

Inter innumera *Elogia*, quæ huic noſtro Auctori a Veteribus ac Recentioribus quaſi certatim fuerunt data, *tria* tantum adferam, *nimir.* 1.) ANT. BLACKWALLII, quod ei in Libro *de Præſtant. Claſſic. Auctor.* tribuit, miſſis *Animadverſionibus*, quas GE. HENR. AYRER adjecit. „Haud fabuloſam oſtentationem, *inquit*, ſapit laus, quam HOMERO tribuimus, neminem ſcilicet ipſo meliorem „cognitionem vel rerum habuiſſe, vel perſonarum, „nec altius in animos hominum penetraſſe. Magna „genere dicendi tam ſublimi, parva tam ſimplici „proponit, ut illis ſemper admirationem, his jucunditatem conciliet. In ipſo omnis magnificentia, „nitor ac feſtivitas, figurati, omnis integritas ac „perſpicuitas planioris, ſtyli. STRABO, præſtantiſſimus & Geographus, & Hiſtoricus, fidem nobis „facit, Homerum urbes ac regiones, quarum injicit „mentionem, tam exacta deſcripſiſſe cura, nullus ut, „niſi qui illas oculis perluſtraverit, eam animo concipere, omnis autem, qui viderit, non poſſit non „admirari. Poemata ipſius merito comparari queunt „clypeo, manu divina facto, quem, modo prorſus „inimitabili, Liber XVIII. Iliad nobis depingit. Exactiſſime ibi imagines oculis ſeſe offerunt rerum bello „ac pace geſtarum, animumque paſcit jucundiſſimus „univerſi orbis proſpectus. Homerus cujuſvis dialecti ac ſtyli lepores per opera ſua diſperſit, vix ulli „Poetarum ſecundus, ſi artem atque excellentiam

„Poëtæ ipſam, omnibus vero reliquis ſuperior, ſi „acumen ingenii, imaginandi vim, atque inventio„nis ubertatem ſpectes. Tam præclara indoles in „operibus ejus ubique eminet, ut veteres ipſum, „tanquam ſummum naturæ myſtam, coluerint, in „adyta admiſſum. Maximi præteritorum viri ſecu„lorum laudes Homeri uno celebrant ore; ac *Zoilus*, „antiquus ille & mordax Homeri obtrectator, pau„cos tantum noſtris temporibus habet ſectatores, qui „de fama ejus detrahant, vel græcæ linguæ ignora„tione, vel ſtudio contradicendi. Haud obeſæ qui„dem naris viri certiores nos faciunt, ipſum divi„num Platonem republ. ſua exulare Homerum juſſiſ„ſe, idque exiſtimationi Poëtæ officere fatentur. Ra„tio vero, cur Plato ipſius Poemata civium ſuorum „manibus permitti noluerit, hæc erat, quod homines „ex vulgo ad iſta legenda non ſatis inſtructos judica„bat, veritus, ne, ſententiam ejus pervertentes, „perperam de Deo ac religione ſentirent, audacibus „ac pulcherrimis illius allegoriis ſenſu nimis litterali „acceptis. PLATO ſæpius profitetur, ſe illum tan„quam *optimum diviniſſimumque* omnium Poetarum di„ligere ac ſuſpicere, immo ſtudioſe diligenterque fi„guratum ejus ac myſticum ſcribendi genus imitatur. „Quamvis illius opera publice legi vetaret; nun„quam tamen ſine illis eſſe voluit in cubiculo ſuo ſe„cretiori; Etſi Philoſophus eum ob rationes rei civi„lis urbe ſua removendum eſſe contendit, ſimul ta„men promtum ſe atque alacrem præbet ad ipſum, „ſi quando in illam venerit, reverenter habendum, „dimittendumque muneribus onuſtum, ac ſertis, qui„bus ſacerdotes atque ſupplices Deorum redimiri ſo„lebant, ea mente ornatum, ut hiſce honoris ſignis

„omnes,

„omnes, quas adiret, gentes præmonitæ, magni eum „facerent, eoque, quo decet, cultu ac veneratione „reciperent.

2.) *Elegantiſſimus* BATTEVX inquit: 1.) „Homers und Virgils Gedichte ſind nicht eitle „Romanen, wo der Witz ausſchweift, wie es einer „tollen Einbildungskraft nur immer gutdünkt. „Man muß ſie vielmehr als groſſe Lehrbegriffe, als „die Klaßiſchen Bücher der Nation, anſehen, in „denen die Staatsgeſchichte derſelben, ihre Regie„rungsform, die hauptſächlichſten Grundgeſetze der „Sittenlehre, die Lehrſätze der Religion, alle Pflich„ten der bürgerlichen Geſellſchaft enthalten ſind, „und darinnen alles dieß mit dem erhabenſten, reich„ſten und rührendſten Schmucke bekleidet erſcheint, „den der Ausdruck und die Kunſt ſolchen faſt gött„lichen Genien nur irgend darzubieten vermocht.

3.) *Elegantiſſ.* BOILEAV DESPREAVX: 2)

„On diroit que pour plaire, inſtruit par la Nature
„Homère ait à Venus dérobé ſa ceinture.
„Son Livre eſt d'agrémens un fertile thréſor,
„Tout ce qu'il a touché ſe convertit en or;
„Tout reçoit dans ſes mains une nouvelle grace:
„Par tout il divertit, & jamais il ne laſſe.

Quid

1.) In lib. qui inſcribitur: Einſchränkung der ſchönen Künſte auf einen einzigen Grundſatz. (Ed. 1759.) *p.* 122. 2.) *Oeuvres de Nic. Boileau Deſpreaux.* (Ed. 1722. à la Haye.) *Tom. II. L'art Poetique, chant. III. v.* 295. *ſqq.* Vide etiam *Eloge Hiſt. & Critique d'Homere, traduit de l'Anglois de* POPE, (à Paris 1749.) *Dominæ* DACIER *Præfat.* quam *Verſioni ſuæ* Oper. Hom. præmiſit, Ejusdemque *Cauſes de la Corrupt. du Goût.* (à la Haya 1735.)

Quid vobis videtur? *Lectores Amici*; nonne quivis veſtrum ſumma incenditur cupiditate legendi atque intelligendi Auctorem, in quo laudando Viri omnium Seculorum perſpicaciſſimi ac elegantiſſimi ingenii certarunt? Hoc ſubſidium, quod Vobis in præſentiarum offero, & quod varii generis Notas in Litteris Græcis exercitatiſſimorum Virorum continet, tale eſt, ut ejus uſu ſemper ad Homerum legendum parati eſſe poſſitis. Id unum Vobis conſulo, ut antea legatis in *Celeb.* CAR. ROLLIN *Maniere d'enſeigner & d'étudier les belles Lettres* Tom. I. Cap. *De la Lecture d'Homere*; & BATTEVX Einleit. in die ſchönen Wiſſenſchaften ꝛc. Tom. II. p. 129. ſqq.

Valete interim, ac de *Specimine* iſto amicum ac æquum ferte judicium.

CLAVIS HOMERICA.

ILIAS I.

Ἰλιὰς, άδος, ἡ, Ilias. Sic prius hoc Homeri poema appellatur, quia narrat bellum inter Græcos & Trojanos, propter Helenæ raptum apud Ilium geſtum.

Α΄. *i. e.* primus Liber: nam XXIV Libri Iliadum, ut & Odyſſ. inſcriptionem capiunt a XXIV litteris Græcis.

Ῥαψῳδία, ας, ἡ, contextura carminum, præcipue hexametrorum. Ex ῥάπτω, conſuo, & ᾠδὴ, cantus.

V. I.

Μῆνις, ιος *vel* ιδος, ἡ, ira permanens, ira inveterata.

Ἀείδω, *poët.* pro ᾄδω, cano, carmine celebro.

Πηλεὺς, genit. Πηλέος, ὁ, hinc patronymicum Πηλείδης, craſi Πηλείδης. Sed Πηλεὺς gen. *Jon.* Πηλῆος, hinc Πηληΐδης, ὁ, & *Poët.* α interpoſito, Πηληϊάδης: ſed *Jon.* εω pro ου in genit. Πηληϊάδεω] τοῦ Πηλέως παιδός. Ἀχιλλεὺς, έως, *Jon.* ῆος, *Achilles.*

V. 2.

Οὐλόμενος, ένη, ενον, pernicioſus, exitialis. *Poët.* pro ὀλόμενος, aor. 2. part. Med. v. ὄλλυμι, perdo.

Μυρίος, ία, ίον, infinitus, innumerus.

Ἄλγος, εος, τὸ, dolor: calamitas, malum.

Ἀχαιοὶ, Græci *h. l.* ita dicuntur συνεκδοχικῶς. Nam *Achæi* Pelasgi in Theſſalia, propr. ita dicti fuere ab *Achæo*, filio Xuthi Æolidæ. Conf. *Cel.* JAC. PALMERII *Græciæ Antiquæ Deſcript. Lib. I. Cap. V.*

Ἔθηκε] ἐποίησε, εἰργάσατο.

V. 3.

Ἴφθιμος, ου, ὁ, ἡ, *vel* ἴφθιμος, ίμη, ιμον, viribus potens, robuſtus. 2.) fortis, generoſus, animoſus. Ex ἶφι, *adv.* valide, fortiter, magno animo.

Ἄϊς, ιδος, ὁ, orcus, inferi.

Πολλὰς δ' ἰφθίμους] *Virgilius* hunc locum aliquoties imitatus eſt. *Æneid. IX.* 527.

— — — — *demiſerit orco.* Et

Multa virum demittit corpora morti. Æneid. X. 662. Quæ omnia, ut dudum vidit CLARKIUS, poteſtatem τοῦ προϊάψειν non exprimunt. Eſt enim προϊάπτειν ἀΐδι, *prænatura*

tura & acerba morti aliquem tradere, quod dicitur de iis, qui interficiuntur in ætatis flore, certe ante tempus id, quod ex corporis viriumque conditione attingere vivendo potuiſſent. Bene *Scholiaſtes minor* interpretatur: πρὸ τῆς εἱμαρμένης ἔπεμψεν. *Euſtathius* ad *h. l.* p. 17. τὸ προΐαψεν ἤγουν μετὰ βλάβης εἰς ᾅδην πρὸ τοῦ δέοντος ἔπεμψεν, ὡς τῆς πρὸ προθέσεως καιρικόν τι δηλώσεως. Hujus verbi vim optime expreſſit *Antigone Sophoclea*, cum, jam viva in terra defodienda, hæc de ſe ipſa diceret: κάτειμι εἰς ᾅδου, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου, h. e. *in Orcum deſcendo ſ. morior, priusquam vita mea terminus, a fato deſtinatus, adeſt.* Ita *Celeb.* I. TOB. KREBSIUS *in Animadv. ad Plutarchi Libell.* Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, *p.* 145. ——*Il. E.* quidem *v.* 190. προϊάπτειν clarum eſt, nihil aliud eſſe, quam ἰάπτειν. Præpoſitiones in compoſitis nimis pronos faciunt viros doctos ad emphaſes fingendas. Sic infra *v.* 326. προΐει non bene vertunt *præmiſit*, quod eſt ſimpliciter *miſit*, vel *dimiſit.* Vid. *Il.* Γ. 118. Δ. 398. ERNESTI.

V. 4.

Ἥρως, ωος, ὁ, Heros. *Heroas* autem Græci eos vocabant, qui cum partim ex Diis, partim ex hominibus eſſent geniti, atque corporis animique dotibus, v. gr. robore, venuſtate, fortitudine, ſapientia, in vita eminuiſſent, locum poſt mortem inter Deos hominumque animos tenerent medium, ac non minus, quam Dii ipſi, invocandi eſſent, ac honore ſingulari proſequendi: quocirca & Ἡμιθέους, ſive *Semideos*, illos appellari moris erat. *Cel.* JO. GOTHOFR. LAKEMACH. *Antiq. Græc. Sacr. P. I. Cap. IV. §. XIII.* Conf. etiam *Cel.* LAMB. BOS. *Antiq. Græc. Deſcript. P. I. Cap. II. §. XX.* aliosque plures.

Αὐτοὺς] *corpora ipſorum*, ut interpretatur *Scholiaſtes minor.* Αὐτὸς, cum opponitur ψυχῇ, eſt *corpus*; cum σώματι, eſt *animus.* Omninoque vis pronominis hujus dijudicanda eſt ex oppoſito ſuo. ERNESTI.

Ἑλώριον, ου, τὸ, captura. *h. l.* rapina, præda, ab ἕλω, capio, *inuſitat.* pro αἱρέω. Et *præda* Latin. dicitur *captura.*

Τεῦχε, faciebat. imperf. Act. *Jon.* pro ἔτευχε, v. τεύχω, fabricor, ſtruo, facio.

Κύων,

Κύων, κυνὸς, ὁ, ἡ, canis. κύνεσσι, dat. plur. Poëtæ enim more *Jonico* & *Æolico*, formant Dat. plur. a Nominat. plur. addendo σι. *Didymus:* κύνεσσι. κυσὶν, Αἰολὶς ἡ διάλεκτος.

v. 5.

Οἰωνὸς, ȣ, ὁ, avis, volucris, ales. οἰωνοὶ *h. l.* ſunt aves rapaces, carnivoræ. οἰωνοῖσι pro οῖς, *Attice. Jon. Æolice.*

Ἐτελείετο, perficiebatur. 3. ſing. imperf. ind. Paſſ. *Jon.* & *Poët.* pro ἐτελέετο, v. τελέω, perficio.

v. 3, 4, 5.

Vita in prælio defuncti olim pretio plerumque redemti fuerunt; aliâs illorum cadavera in campo jacere inſepulta ſinebantur, quæ plurium Heroum ab *Hom.* memoratorum ſors infelix fuit, prout diſcere eſt ex *h. l. Cel.* JOAN. POTTERI *Archæol. Græc. Tom. II. p.* 84. Conſ. etiam *Cel.* EVER. FEITHII *Antiq. Homer. Lib. IV. Cap. XV. §. II.*

Διὸς δ' ἐτελείετο βȣλή] Quod *Plutarchus* (*inquit* KREBSIUS *loc. cit.*) & *h. l.* & in *libello de Stoicorum repugnantiis*, etſi ibi ex ſententia Chryſippi, Διὸς βȣλὴν, exponit εἱμαρμένης βȣλὴν, id vereor, ut multis probet. Acutiſſimo certe CLARKIO non ſatisfecit, qui dicit, *Homerum* eo loco non eſſe philoſophatum, ſed id tantum indicare voluiſſe: *mala & plura multo & majora, quam prævideri potuerint, ex iſta Imperatorum contentione eſſe orta.* Recte quoque doctiſſimus *Jenſius* de hac re *in Obſervatis in ſtilo Homeri* judicat: *ſapienter ac graviter mala publica ad divinam Homerus refert providentiam.* &c. &c. Conſ. etiam in *h. l.* *Celeb.* RICCII *Diſſert. Hom. VII.*

v. 6.

Ἐξ ȣ̃, *ſcil.* χρόνȣ, ex quo *tempore.*

Τὰ πρῶτα, *plene:* κατὰ τὰ πρῶτα μέρη τȣ̃ χρόνȣ, primis temporibus, primum.

Διαστήτην, disjuncti ſunt. aor. 2. ind. Act. num. dual. *Jon.* pro διεστήτην, a διέστην, v. διΐστημι, ſeparo.

Ἐρίσαντε, contendentes, litigantes. nom. dual. aor. I. part. Act. v. ἐρίζω, contendo. ab ἔρις, ιδος, ἡ, contentio, lis.

v. 7.

Ἀτρείδης, ȣ, ὁ, *Atrides.*

Ἄναξ, ακτος, ὁ, rex. Ἄναξ ἀνδρῶν] *Celebritatis* epitheton;

ton; neque ἄνδρες nunc *ſexum*, ſed *præſtantiam* ſexus ſignificat. CAMERARIUS.

Δῖος, δῖα, δῖον, a Jove oriundus. 2.) divus. 3.) generoſus, nobilis. a Ζεὺς, genit. διός.

v. 8.

Σφῶε, ipſos. accuſ. num. dual. *Dor.* a genit. ἕ, ſui.

Ἔρις, ιδος, ἡ, contentio, lis: diſcordia.

Ξυνέηκε, commiſit. 3. ſing. aor. 1. ind. Act. *Att.* & *Jon.* pro συνῆκε, v. συνίημι, committo. ξυνέηκε] συνέβαλε, συνέμιξε.

Μάχεσθαι, ut pugnarent. *Euſtathius*: λείπει δὲ τὸ ὥστε ἐν τῷ μάχεσθαι, ἵνα ᾖ, Ἔριδι ξυνέηκεν ὥστε μάχεσθαι. Ita Eph. IV. 22. ἀποθέσθαι ὑμᾶς — pro ὥστε ἀποθέσθαι ὑμᾶς, *ut deponatis*. Col. IV. 6. εἰδέναι, πῶς δεῖ — pro ὥστε εἰδέναι, *ut ſciatis, quomodo oporteat* &c. Addit hanc conjunct. *Ælianus Var. Hiſt. Libr. X. Cap. IX.* χρὴ δὲ καὶ τῶν τοιούτων μνημονεύειν, οὐκ εἰς ζῆλον, ἀλλ' ὥστε φεύγειν αὐτά· *oportet autem etiam talia memorare, non ad imitationem eorum, ſed ut ea fugiamus. Clar.* EL. PALAIRET *Obſervat. Philol.-Crit. in Sacros N. F. Libr. p.* 441. 442.

v. 9.

Λητώ, όος, οῦς, ἡ, *Latona*.

Ὁ pro ἐκεῖνος in ſignificatione pronominis, *Attice*. Quo loco ſciendum, veterem dialectum Jonicam plane eſſe Atticam: Sed poſtea ſecundum loca, in quæ coloniæ deductæ eſſent, mutatam fuiſſe. Hac eſt, ut præcipua, uſus in primis *Homerus*; ſunt & alii veteres, ut *Heſiodus*, *Archilochus*, &c. CAMER.

Βασιλῆϊ, regi. dat. ſing. *Jon.* a nomin. βασιλεὺς, έος, *Att.* έως, *Jon.* ῆος.

Χολόω, ῶ, bile inflammo, ad iram concito. Χολοῦμαι, indignor, iraſcor. a χόλος, ου, ὁ, fel, bilis: ira.

v. 10.

Νοῦσος, ου, ἡ, morbus. *Jon.* pro νόσος.

Ἀνά, *h. l.* per.

Στρατός, οῦ, ὁ, exercitus.

Ὦρσε, excitavit. aor. I. ind. Act. *Æol.* pro ὦρε, v. ὄρω, fut. ὀρῶ, *Æol.* ὄρσω, excito, concito.

Ὀλέκοντο, peribant, moriebantur. 3. plur. imperf. Paſſ. v. ὀλέκω, perdo, exitium adfero, perimo. ὀλέκομαι, intereo.

V. 11.

V. 11.

Οὕνεκα, quia, quoniam, ideo quod. Factum eſt ex οὗ ἕνεκα.

Ἀτιμάω, ῶ, contumelia adficio, dedecoro.

Ἀρητὴρ, ῆρος, ὁ, *h. l.* ſacerdos. a perf. Paſſ. v. ἀράομαι, ῶμαι, precor: quod hoc hominum genus res divinas, preces ac vota, curare ſoleat.

Χρύσης, *Chryſes*, Apollinis ſacerdos, pater Aſtynomes, quæ a nomine ejus *Chryſeïs* dicta fuit.

V. 12.

Θοὸς, ὴ, ὸν, celer, velox.

Νῆας, naves. *Jon.* pro ναῦς. accuſ. plur. a nomin. ναῦς, ναὸς, ἡ, navis.

V. 13.

Λυσόμενος, redemturus. fut. I. part. Med. v. λύω, *ſolvo captivitate* ſeu *captivum dimitto*, apud *Hom.* & alios. λύομαι, in Paſſivo, *ſolvor captivitate*, ſeu *dimittor.* At λύομαι, in Medio, *facio mihi ſolvi captivum*, i. e. *redimo.* LVD. KVSTERVS. Vid. *de Verbis Græcorum Mediis Commentat.* L. KVSTERI, I. CLERICI, S. CLARKII, & E. SCHMIDII, *recenſ. a* CHRIST. WOLLE, *qui ſuam etiam Comment. adjecit. p.* 135. *ſqq.* Vel *Clar.* SEGIM. FRID. DRESIGII *Commentar. de Verbis Mediis N. T. editus cura* FISCHERI. *Addita eſt præter* KVSTERI *Libellum* CLERICI *Diſſert. de eod. genere Verb. Græc. p.* 88. *ſqq.*

Ἀπερείσιος, ου, ὁ, ἡ, infinitus, multus. ex α priv. & πέρας, ατος, τὸ, finis, terminus.

Ἄποινον, ου, τὸ, pretium *aut* munus, quod loco pœnæ debitæ offertur, *ſive* quo pœna debita penſatur. 2.) pœna. 3.) pecunia, cujus uſus eſt in compenſatione rerum. ex α priv. & ποινὴ, ῆς, ἡ, pœna.

Reditus ſacerdotum quanti fuerint, etſi diſerte a Scriptoribus antiquis indicatum non reperimus; nullum tamen eſt dubium, quin ſtipendium illis annuum ex publico, ſpeciatim ex ærario ſacro, præbitum fuerit tale, ut ſe familiamque, ſi quam haberent, honeſte poſſent alere, ordinis dignitatem tueri, atque opes etiam aliquas colligere. Apud *Hom.* certe ſacerdotum locupletum exempla occurrunt duo, *Chryſes* & *Dares*, quorum ille (ut ex

h. l. & *v.* 372. apparet,) filiam captam a Græcis redemturus, attulit ἀπερείσι' ἄποινα, *infinitum pretium liberationis;* hunc vero *Iliad. V. v.* 9. ἀφνειὸν ἱρέα Ἡφαίςοιο, *locupletem Vulcani ſacerdotem* vocat Poëta. LAKEM. *Ant. Græc. S. P. II. Cap I. §. IX.* Vid. etiam POTT. *Archæol. Græc. Tom. I. p.* 229. FEITH. *Ant. Hom. Lib. I. Cap. V. §. V.*

V. 14.

Στέμμα, ατος, τὸ, *plur.* ςέμματα, velamina, ſerta, vittæ. a perf. Paſſ. v. ςέφω, corono, redimio, orno.

Ἑκηβόλος, ου, ὁ, longe jaculans. Epitheton *Apollinis*; cum enim ei adſcribatur *ſagittandi* peritia, hujus nomine paſſim Ἑκηβολος, Ἑκατηβόλος vocatur. ab ἑκὰς, longe: *mutato α in η, metri cauſſa:* & βολὴ, jactus. quod a βάλλω, jacio.

V. 15.

Χρύσεος, έη, εον, aureus, ex auro factus. a χρυσὸς, aurum.

Ἀνὰ apud Poëtas regit & Dat. ſignificatque *cum* & *ſuper.*

Σκῆπτρον, *ſceptrum.* Hoc fuiſſe *Regum* & *Magiſtratus inſigne*, docet *Heſych. in Lex.* his verbis: Σκῆπτρον, κυρίως μὲν, πᾶσα ῥάβδος, ἀπὸ τοῦ σκηρίπτεσθαι ἐπ' αὐτῇ, ὅ ἐςιν ἐπερείδεσθαι, καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ σύμβολον, h. e. *ſceptrum proprie dicitur omnis virga*, ſeu *baculus*, *ab eo quod eſt inniti*, *quia ea innitimur: & regium inſigne. Suid. in Lex.* σκῆπτρον, βασιλικὴ ῥάβδος, *ſceptrum*, *regia virga.* — Unde & *Reges* Σκηπτοῦχοι, h. e. *ſceptrigeri* vocantur. IOH. PHIL. PFEIFFERI *Antiq. Græc. Gentil. Lib. II. Cap. VIII. add.* FEITH. *Ant. Hom. Lib. II. Cap. IV. §. I.*

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *devinctam* (ſcil. *infulam*)] *ſceptro*, vel *deligatam.* ERN.

Λίσσομαι, ſupplico, ſupplex oro, precor.

V. 16.

Ἀτρεΐδα] τοὺς Ἀτρέως παῖδας, Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον.

Κοσμήτορε, principes. accuſ. dual. a nomin. κοσμήτωρ, ορος, ὁ, dux, princeps. a κόσμος, ου, ordo. Κοσμήτορε] κοσμεῖν & κόσμος *ornamentum* & *decorare* ſignificat. Quid autem *ordine* pulcrius? Transfertur igitur hæc vox ad ſignificationem τάξεως & *adminiſtrationis.* CAMER.

V. 17.

Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι — Ὑμῖν μὲν *&c.*] "Quam breviter, (inquit

(inquit *Camerarius*) " quam artificioſe benevolentiam captat!„ Immo vero quam breviter, quinis verſibus, *Imperatores* binos, *exercitum* univerſum, *blandiloquentia*, *religione*, *lucro*, *terrore*, commovit! CLARK.

Ἐυκνημις, & *diæreſi Poët.* ἐϋκνημις, ιδος, ὁ, ἡ, bene ocreatus, *vel* armatus. ex ἐυ & κνημὶς, ἶδος, ἡ, *ocrea.* (R. κνήμη, ης, ἡ, tibia, crus.) Veroſimile videtur, illud armorum genus apud Græcos ſolos prius uſui fuiſſe, aut ſaltem latius obtinuiſſe apud illam, quam ullam aliam gentem; quia *Græci* ab Hom. ſemper vocantur ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ, *bene ocreati Achivi.* POTT. *Arch. Gr. Tom. II. p.* 27.

v. 18.

Δοῖεν, dent. 3. plur. aor. 2. opt. Act. *Bæot.* & *Æol.* pro δοίησαν, v. δίδωμι, do.

Ὀλύμπιος, ε, ὁ, Olympum incolens. 2.) cœleſtis, ab Ὄλυμπος, ε, ὁ, Olympus, mons Macedoniæ altiſſimus, cujus vertex cœlum tangere videtur. 2.) cœlum.

Δῶμα, ατος, τὸ, domus. a δέμω, ædifico.

Ὀλύμπια δώματα, cœleſtes ſedes.

Ὀλύμπ. δώμ. ἔχοντες] Recte omnes Interpretes *habentes*, ſi modo recte intelligatur. ἔχειν enim hic κατοικεῖν ſignificat, ut Latinorum *habere* ſæpe *habitare* notat. SCHERPEZEELIUS.

v. 19.

Ἐκπέρθω, fut. έρσω, everto, devaſto. ex ἐκ & πέρθω, diruo, everto, vaſto.

Πριάμοιο πόλιν] *Trojam* περιφραςικῶς dixit.

Ἐυ, *adv. h. l.* feliciter.

Οἴκαδε, *adv.* domum. Adverbia localia in δε ſignificant motum ad locum. Hinc *Pſeudodidymus* bene: οἴκαδε· εἰς τὰ οἰκεῖα. JAC. WELLERI *Gramm. Græc.* (Ed. 1756.) & *Cel.* JOH. FRID. FISCHERI *Animadverſ. in eam. p.* 285.

Ἱκέσθαι, venire. aor. 2. infin. Med. v. ἱκνέομαι, ἵκω, venio, pervenio.

v. 20.

Παῖς de utroque ſexu, *h. l.* θυγατέραν deſignat.

Λύσαιτε, liberetis. aor. 1. opt. Act. v. λύω, libero. Qui nova *Homeri* editione carent, conſulant jam citatas *Comment. de Verbis Græc. Mediis, p.* 239. *ſqq.* ubi eandem

 acutiſſi-

acutiſſimi CLARKII in h. l. notam invenient, quæ in hac nova edit. exſtat. Conf. contra ea I. T. KREBSII *Animadv. l. c. p.* 116.

Φίλος, η, ον, carus, amicus, gratus.

Δέχομαι, capio, accipio. δέχεσθε, accipite.

v. 21.

Ἅζω & ἅζομαι, veneror, colo.

v. 22.

Ἔνθα, *h. l.* tum, tunc.

Ἐπευφήμησαν, *religioſo ſilentio approbaverunt* petitionem ſacerdotis. εὐφημεῖν enim ſignificat quod Latinis *favere linguis*. Alii, *acclamarunt*. CAMER.

v. 23.

Αἰδέομαι, ὔμαι, veneror, revereor. ab αἰδὼς, pudor: reverentia, veneratio.

Θ' *pro* τε, et. τε autem apoſtropho notatur; & τ mutatur in θ' ſequente vocali aſpirata.

Ἱερῆα, ſacerdotem, *Jon.* pro ἱερέα, a nom. ἱερεὺς, έος.

Ἀγλαὸς, ῦ, ὁ, ſplendidus, clarus, inſignis, præclarus.

Δέχθαι, accipi. perf. infin. Paſſ. *Jon.* & *Poët.* pro δεδέχθαι, v. δέχομαι.

Αἰδεῖσθαι — καὶ δέχθαι, *ſcil.* δεῖν, reverendum — & accipiendum eſſe; oportere coli — & accipi.

v. 24.

Ἁνδάνω, placeo.

v. 25.

Κακῶς] τοῖς ἔςιν, ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς, καὶ παρὰ τὸ πρέπον. *Plut. de audiend. Poëtis.*

Ἀφίει, dimittebat. imperf. ind. pro ἀφίη, quaſi ab ἀφιέω - ἀφίημι, dimitto, remitto.

Κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, validus, fortis. *h. l.* acerbus, minax. a κράτος, εος, τὸ, robur, vis.

Μῦθος, ε, ὁ, verbum, dictum. 2.) oratio, ſermo.

Ἐπὶ — ἔτελλε. *h. l.* verbum ſejunctum eſt a præpoſit. ἐπὶ, metri gratia, per Tmeſin, quæ apud *Hom.* eſt maxime frequens.

Κρατερὸν δ' ἐπὶ] & dura inſuper dicta dedit. ἐπέτελλε, increpuit, ingeſſit, extulit. CAM.

v 26.

v. 26.

Κοίλῃσιν, dat. plur. *Jon.* pro κοίλαις, a κοῖλος, κοίλη, κοῖλον, cavus, concavus.

Νηυσὶ, dat. plur. *Jon.* pro ναυσὶ, a ναῦς, navis.

Κιχείω, pro κιχέω, *metri cauſſa*; ſubjunct. invenio, aſſequor: deprehendo, offendo.

v. 27.

Δηθύνω, tardo, moror. a δηθὰ, *adv.* diu.

Ὕστερον, *adv.* poſt, poſtea. *h. l.* poſthac, deinceps.

Αὖτις, *adv.* rurſus, iterum. ab αὖ, *idem.*

Ἰόντα, euntem. aor. 2. part. v. εἶμι, vado, eo, venio.

v. 28.

Νυ, particula expletiva apud Poëtas.

Τοὶ, tibi. dat. ſing. *Dor.* pro σοὶ, a σὺ, tu.

Μὴ — οὐ. Duæ negationes apud Græcos vehementer negant.

Χραίσμω, pro χραισμέω, ῶ, juvo, opitulor, proſum. a χραίσμη, ης, ἡ, auxilium.

Θεοῖο, genit. *Jon.* pro Θεοῦ.

v. 29.

Τὴν δὲ] ταύτην, δὲ.

Λύω, *h. l.* pretio ſoluto dimitto.

Πρὶν, *h. l.* antequam, priusquam.

Μὶν & νὶν ſunt omnis generis & numeri. *h. l.* μὶν adhibetur pro αὐτὴν, *ipſam.*

Γῆρας, αος, τὸ, ſenectus, ſenium.

Ἔπειμι, *h. l.* invado. ex ἐπὶ &, εἶμι, vado. ἔπεισι, 3. ſing. præſ. indic.

v. 30.

Ἐνὶ pro ἐν, *Poët.* in, ſic νυνὶ pro νῦν, nunc.

Ἄργος, εος, τὸ, *Argos*: urbs Peloponneſi celeberrima; quæ pro ipſa Græcia quandoque ponitur.

Τηλόθι πάτρης, procul a patria *ſua.* Adverbia loci gaudent, quando caſum adſciſcunt, genitivo, omiſſa præpoſit. ἀπὸ. JOH. POSSELII *Synt. Græc. p.* 283.

Τηλόθι, procul, longe. a Τῆλε, *idem.*

Πάτρα, ας, *Jon.* πάτρη, ης, ἡ, patria. a πατὴρ, pater.

v. 31.

Ἱστὸς, οῦ, ὁ, malus, *ſeu* lignum, e quo ſtamina *ſeu*

tela ſuſpenditur : ipſa tela. *aliàs etiam* : malus navis. ab ἵϛημι, ſtatuo, appendo.

Ἐποίχομαι, irruo, invado. *h. l.* obeo, percurro. ex ἐπὶ & οἴχομαι, eo, proficiſcor.

Λέχος, εος, τὸ, lectus, cubile. a λέγω, cubare facio.

Ἀντιόωσαν, *Poët.* pro ἀντιῶσαν, part. præſ. caſ. accuſ. gen. fœm. v. ἀντιάω, ῶ, obviam eo *vel* venio. *h. l.* inſtruo, inſterno : participo.

Præter legitimas uxores fuerunt antiquioribus Græcis etiam in uſu aliæ fœminæ, quibuſcum cubabant. Talis *h. l.* Achilli Briſeïs, quam lecti ſui gratia ſe ſervaturum pronuntiat. FEITH. *Ant. Hom. Lib. II. Cap. XVII.* §. *I.*

v. 32.

Ἴθι, abi. præſ. imperat. v. εἶμι, eo, vado.

Ἐρεθίζω, irrito, laceſſo, provoco. ab ἐρέθω, *idem.*

Σαώτερος, ſalvus, incolumis. Comparat. pro Poſitivo, *Attice*, a σάος, ϰ, ὁ.

Ὥς κε, ut. ex ὡς, ut. & κε expletivo.

Νέηαι, *Jonica paragoge* pro νέῃ, redeas. 2. perſ. præſ. ſubj. v. νέομαι, eo, redeo.

v. 33.

Ὡς, *adv.* ita, ſic, pro ὅτως.

Ἔφατ' pro ἔφατο, dixit. *Dor.* pro ἔφη. aor. 2. ind. Med. v. φημὶ, dico.

Ἔδδεισεν, *Poët.* pro ἔδεισε, timuit. aor. I. ind. Act. v. δείδω, timeo, paveo, trepido.

Πείθω, perſuadeo. πείθομαι, mihi perſuaderi patior, pareo, obedio, obtempero.

v. 34.

Βῆ, ivit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔβη, v. βαίνω, eo, gradior.

Ἀκέων, ϰσα, tacitus, ne hiſcens quidem. ex α priv. & χαίνω, hiſco.

Παρὰ, *cum Accuſ.* juxta, prope.

Θὶν, θινὸς, ὁ, ἡ, acervus, cumulus. *h. l.* littus, ripa.

Πολύφλοισβος, ϰ, *Jon.* οιο, ὁ, ἡ, multo ſtrepitu reſonans, turbulentus, ſonorus, reſonans. ex πολὺς & φλοῖσβος, ϰ, ὁ, ſonitus, quem aqua edit, præſertim cum fluctus excitantur.

v. 35.

Πολλὰ, *plene* : κατὰ τὰ πολλὰ μέρη τοῦ χρόνου, ſæpe, frequenter.

Ἀπάνευθε, *adv.* ſine, procul, ſeorſum. ex ἀπὸ & ἄνευ, ſine.

Κιὼν, profectus, iens. aor. 2. part. v. κίω, vado, eo.

Ἠρᾶθ', pro ἠρᾶτο, precabatur. imperf. indic. v. ἀράομαι, ῶμαι, precor, facio vota. *cum dat.* ab ἀρὰ, ἡ, preces.

Γεραιὸς, ὁ, ſenex. a γέρων, οντος, ὁ, *idem.*

v. 36.

Τὸν pro ὃν, quem.

Ἠΰκομος, *per diæreſin Poët.* pro εὔκομος, ου, ὁ, ἡ, pulcre comatus, pulcras comas habens. ex εὖ & κόμη, ης, ἡ, coma.

Τέκε, peperit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔτεκε, v. τίκτω, pro τέκω, pario.

v. 37.

Κλῦθί μευ, audi me. *ſubintell.* ἐκ *vel* παρά.

Κλῦθι, 2. ſing. præſ. imperat. Act. v. κλῦμι, audio.

Μεῦ, genit. ſing. *Dor.* pro μοῦ, ab ἐγὼ, ego.

Ἀργυρότοξος, ου, ὁ, argenteo arcu decorus. ex ἄργυρος, ου, argentum, & τόξον, ου, *arcus* : cujus *inventio Apollini* a quibusdam tribuitur, idcirco ab arte arcum tendendi varia nomina obtinuit; cujusmodi ἑκηβόλος, ἑκατηβελέτης, ἑκατος, χρυσότοξος, ἀργυρότοξος, &c. Quæ omnia epitheta etſi fabularum Interpretes ad peregrinos ſenſus detorqueant, attamen antiqui Mythologi ad hanc originationem uno conſenſu referunt. POTTERI *Arch. Gr. Tom. II. p.* 35. Vid. etiam ad *v.* 14. nec non ad Δ. *v.* 105 - 111.

Ἀμφιβαίνω, circumeo, luſtro. *Metaph.* protego, tueor, defendo. ſumta Metaphora (inquit *Euſtathius*) a brutis animantibus, quæ ſuos catulos circumire ſolent, pro iis propugnantia.

Ἀμφιβέβηκας] qui *tueris*, qui *circumſtas*, qui *circumdatus es.* CLARK. *tuitus es & adhuc tueris* ſ. *tueri ſoles.* ERN. N. in *Xenoph.* Ἀπομνημ. *L. I. C. IV. v.* 2. *b.*)

v. 38.

Τε — τε, apud Poëtas particula τε bis vel pluries repeti ſolet, non ſequente καί. Exemplis apud Hom. & alios nihil tritius. Rarius in ſoluta oratione. HOOGEVEEN *ad* FRANC. VIGERI *de præcipuis Græcæ dictionis* Idio-

Idiotiſm. Lib. (*Ed.* 1752.) *Cap. VIII. Sect. VII. Reg. I.* (*N.* 72.) *Chryſa*, *Cilla*, *Tenedos* erant 3. urbes in provincia Troadis, in quibus Apollo præſertim colebatur. *Ovid. Metam. Lib. XIII. v.* 173 - 175. *Me credite Lesbon, Me Tenedon, Chryſenque, & Cillam, Apollinis urbes, Et Syron cepiſſe.*

Ζάθεος, έη, εον, maxime divinus. *Pſeudodidymus*: ζαθέην: ἄγαν θείαν· ὅ ἐςι πάνυ. ex ζα, partic. inſeparab. quæ per ſe nihil ſignificat, at in compoſitione ſignificationem auget; & Θεὸς, Deus.

Ἶφι, *adv.* valide, fortiter, magno animo. ab ἶς, ἰνὸς, ἡ, fibra, nervus: robur, vis.

Ἀνάσσω, regno, impero.

Apud Græcos antiquitus Diis & Deabus non tantum varia officia, in varios vitæ uſus, fuerunt demandata; ſed *regiones* quoque *integræ ac civitates* certis Diis apud eos fuerunt *tributæ*, quibus veluti numina tutelaria præſidebant, ac ſingulari religione colebantur. Inde *Apollo* h. l. dicitur *Chryſam* ac *Cillam* tueri, & *Tenedo* imperare. FEITH. *Ant. Hom. Lib. I. Cap. II. §. II.*

V. 39.

Σμινθεῦ, vocat. ſing. a Σμινθεὺς, έως, ὁ, Smintheus. *Apollinis* epitheton.

Εἴποτε, ſi quando.

Τοὶ, *Dor.* pro σοὶ, tibi.

Χαρίεις, ίεσσα, ίεν, venuſtus, elegans, pulcer, gratus, jucundus. a χάρις, ιτος, gratia, venuſtas.

Νηὸς, οῦ, ὁ, templum, fanum, *Jon.* pro ναός.

Ἐρέφω, tego, contego, tectum impono. ἐπὶ — ἔρεψα, pro ἐπέρεψα.

In *donariis* variiſque muneribus, quæ Diis dedicabant, primo loco apud *Pollucem* cenſentur ςέφανοι, *coronæ*; quarum *antiquitus nulla niſi Deo dabatur*, ait *Plinius Hiſt. Natur. Lib. XVI. Cap. IV.* His ornaſſe ſe templum *Apollinis* dicit *Chryſes*. *Scholiaſtes*: ἐπὶ — ἔρεψα·] ἐςεφάνωσα, *coronavi.* Eodemque modo interpretatur *Lucianus de Sacrif.* Ἐγὼ μὲν σοῦ τὸν νεὼν τέως ἀςεφάνωτον ὄντα πολλάκις ἐςεφάνωσα. *Ego tuum templum, cum id temporis non eſſet coronatum, ſæpe coronavi.* Quamobrem idem *v.* 14. dictus:

Στέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. FEITH. *Ant. Hom. Lib. I. Cap. XI. §. I.*

v. 40.

Πίων, ονος, ὁ, ἡ, pinguis, obeſus, opimus.

Μηρίον, ου, τὸ, femur, coſta. a μηρὸς, οῦ, ὁ, idem.

Καῖὰ — ἔκηα, combuſſi. aor. 1. ind. Act. v. καταχαίω, concremo, exuro, comburo.

v. 41.

Ταῦρος, ου, ὁ, taurus.

Ἠδὲ apud Poëtas idem eſt quod καὶ, et.

Αἶξ, αἰγὸς, ἡ, capra.

Apollini res ſacra fiebat e tauris, nec non ex agnis & capris. Conf. v. 66. hujus Iliad.

Κρήηνον, perfice. 2. ſing. aor. 1. imperat. Act. Poët. pro κρῆνον, v. κραίνω, perficio, effectum reddo.

Ἐέλδωρ, ορος, τὸ, pro ἔλδωρ, deſiderium, cupido: ab ἔλδομαι, Poët. cupio, deſidero.

v. 42.

Τίσειαν, luant, pendant pœnas. 3. plur. aor. 1. opt. Act. Æol. pro τίσαιεν, v. τίω, ſolvo, luo.

Δαναοὶ, ῶν, οἱ, Danai, ſive Græci, a Danao, Beli filio, ſic dicti. Conf. PALM. Græciæ Ant. deſcr. Lib. I. Cap. V.

Σοῖσι, tuis. dat. plur. Jon. pro σοῖς, a σὸς, tuus.

Βέλεσσιν, telis. dat. plur. Jon. & Poët. pro βέλεσι, a βέλος, εος, τὸ, telum, jaculum, ſagitta.

Ἐμὰ δάκρυα] ἀντὶ τοῦ, τῶν ἐμῶν δακρύων.

v. 43.

Εὔχομαι, precor. Τοῦ δ' ἔκλυε, eum autem audivit.

Φοῖβος, ου, ὁ, Phœbus: ſol. Epitheton Apollinis.

v. 44.

Οὔλυμπος, ου, ὁ, Poët. pro Ὄλυμπος, Olympus.

Κάρηνον, ου, τὸ, caput h. l. vertex, ſummitas.

Κατ' οὐλύμποιο καρήνων, ab, ex Olympi (cœli) verticibus. Ponitur κατὰ pro ἀπὸ, Poëtice.

Χόω, ad iram concito. χώομαι, iraſcor.

Κῆρ, pro κατὰ κῆρ, animo. κῆρ, κῆρος, τὸ, contr. pro κέαρ, ατος, τὸ, cor: animus.

v. 45.

Τόξον, ου, τὸ, arcus. τόξα pro τόξον. Vid. ad r. v. 17.

Ὦμος, ου, ὁ, humerus.

Ἀμφηρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, undique tectus, ex ἀμφὶ & ἐρέφω, tego.

Φαρέ-

Φαρέτρα, ας, ἡ, pharetra, theca ſagittarum. *Jon.* Φαρέτρη, ης. Sagittæ geſtabantur in pharetra undique clauſa, ideoque (ut *Euſtathius* notat) dicitur ἀμφηρεφής, pharetram cum arcu Heroes humeris imponebant. Sic *h. l.* Apollo deſcribitur. POTTER. *Tom. II. p.* 38. FEITH. *Lib. IV. Cap. IX.* §. *IV.*

v. 46.

Ἔκλαγξαν, clangorem ediderunt. aor. I. ind. Act. v. κλάζω, clango, ſtrido. fut. I. κλάγξω, pleonaſmo τȣ γ.

Ὀιςὸς, ȣ, ὁ, ſagitta, jaculum. ab inuſit. verbo ὄιω, fero, porto.

v. 47.

Κινέω, ῶ, moveo. Αὐτȣ κινηθέντος] κινηθέντος αὐτȣ ἐπὶ τόπον.

Ἤϊε, ivit. 3. ſing. perf. ind. Med. *Jon.* pro ἦε, v. εἶμι, eo.

Ἐοικὼς, ſimilis. perf. part. Med. ab ἔοικα, quod eſt ab εἴκω, ſimilis ſum. Νυκτὶ ἐοικὼς] *Cauſa* nimirum peſtis, *qualis* ſit, *incompertum.* CLARK.

Cette belle image eſt fondée ſur ce que pendant la peſte qui vient de la corruption de l'air, le ſoleil n'a pas une lumiere pure & claire, & qu'il eſt obſcurci par l'air groſſier & par les exhalaiſons qui s'élevent comme des nuages. DACIER.

v. 48.

Ἕζομαι, ſedeo.

Ἀπάνευθε νεῶν, ſeorſum a navibus. Genitivus interdum additur adverbiis præpoſitionum naturam habentibus.

Νεῶν, *Attice* pro ναῶν. Μετὰ δὲ] μετὰ ταῦτα δὲ. *Vel* μετὰ pertinet ad ἧκε, eſtque Tmeſis.

Ἰὸς, ȣ, ὁ, miſſile, ſagitta, jaculum. *v.* 42. βέλος. *v.* 46. ὀιςός.

Ἕηκε, emiſit, pro ἧκε, *Attice.* aor. I. ind. Act. v. ἵημι, mitto; emitto.

v. 49.

Δεινὴ δὲ κλαγγὴ] Peſtis ſcilicet ingruentis *primus Rumor* terribilis. CLARK.

Δεινὸς, ἡ, ὸν, *h. l.* terribilis, vehemens.

Κλαγγὴ, ῆς, ἡ, clangor, *propr.* gruum. *h. l.* dicitur de ſagittarum emiſſarum ſtridore. a κλάζω, clango, ſtrido.

Βιὸς, ȣ, *Jon.* οῖο, ὁ, arcus. *v.* 45. τόξον.

v. 50.

v. 50.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον] Les animaux, ſur tout les mulets & les chiens, ſont les premiers infectez de la corruption de l'air, à cauſe de la ſubtilité de leur odorat. Mais par là Homere a voulu inſinuer auſſi, que Dieu, qui aime toûjours les hommes, & qui ne les punit qu'à regret, vouloit donner aux Grecs le temps de ſe reconnoitre; c'eſt pourquoi il ne frappe d'abord que les animaux qui leur étoient les plus neceſſaires, les mulets à cauſe des voitures, & les chiens dont ils ſe ſervoient pour faire la garde la nuit. DACIER.

Οὐρεὺς, έως, *Jon.* ῆος, ὁ, idem quod ὀρεὺς, a quo *Jonice* formatum: mulus.

Ἐπῴχετο, invaſit. imperf. vel aor. 2. ind. Med. v. ἐποίχομαι, eo adverſum, irruo, invado. ex ἐπὶ & οἴχομαι, eo, abeo.

Ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus: otioſus, piger. *vel, per antiphraſin*, velox, celer.

v. 51.

Αὐτὰρ, ſed, autem. ceterum. deinde.

Αὐτοῖσι] Ipſis nimirum Græcis aut hominibus. Et crebris arſiſſe dicit rogis mortuorum corpora. Hi enim apud Veteres fuere ritus funerum. Et nunc juſta quidem faciunt ſociis, licet enim, neque prælia obſtant; poſtea vero, dum pugnatur, nonniſi pactis induciis hoc facere conceditur. Tum igitur illi interea Heroes, ut initio dixit, a canibus & volucribus dilaniantur. CAMER.

Ἐχεπευκὴς, έος, ὁ, ἡ, amarus. *h. l.* mortifer, venenatus. ex ἔχω, habeo, & πεύκη, picea, ſive πεῦκος, toxicum.

Ἐφιεὶς, immittens. præſ. partic. v. ἐφίημι, injicio, immitto.

v. 52.

Βάλλ', jaciebat: feriebat. 3. ſing. imperf. ind. Act. *Jon.* & *per Apoſtroph.* pro ἔβαλλε, v. βάλλω, jacio.

Αἰεὶ, pro ἀεὶ, ſemper.

Πυρὰ, ᾶς, ἡ, pyra, rogus, lignorum ſtrues igne ſubjecto ardens. a πῦρ, ignis.

Νέκυς, υος, ὁ, mortuus, defunctus; cadaver. plur. νέκυες, mortui, cadavera.

Καίοντο,

Καίοντο, ardebant, incendebantur. imperf ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐκαίοντο, v. καίω, uro, incendo.

Θαμειὸς, ὰ, ὸν, creber, frequens. a θαμὰ, *adv.* crebro, frequenter.

v. 53.

Ἐννῆμαρ, *adv.* per novem dies. ex ἐννέα & ἦμαρ, ατος, τὸ, dies. *Poët.* pro ἡμέρα.

Ὤιχετο, ibat. (*ibant.*) imperf. ind. Med. v. οἴχομαι, eo, abeo.

Κῆλον, ου, τὸ, jaculum *ſive* telum ligneum. a κᾶλον, lignum.

Ἐννῆμαρ — κῆλα θεοῖο] *novem dies per exercitum ibant ſagittæ Dei.* i. e. per novem dies peſtilentia in exercitu duravit. κῆλα θεοῖο, *ſagittæ Dei* ſunt radii ſolares, quorum nimium æſtum peſtilentiæ cauſſam habebant. SCHERPEZ.

v. 54.

Ἀγορήνδε, ad concionem: *Jon.* pro εἰς ἀγορὰν. Δὲ *h. l.* fungitur vice præpoſitionis εἰς. ita *v.* 19. οἴκαδε, pro εἰς τὸν οἶκον, domum.

Καλέσσατο, vocavit. aor. 1. ind. Med. gem. σσ & *Jon.* pro ἐκαλέσατο, v. καλέω, voco, fut. καλέσω.

Adeo futura in έσω præ ceteris in ήσω ſunt uſitata, ut etiam Aoriſtus ά, cujus penultima regulariter debet produci, tamen ε retineat, & naturalis ſyllabæ productio huic conſuetudini cedat. Ita tantum abeſt, ut in carmine, ubi vocalis ante characteriſticam producenda eſt, vocali η utantur Poëtæ, ut metri gratia characteriſticam per epentheſin duplicare malint. Ita Hom. *h. l.* καλέσσατο, ubi ſalva lege metrica dicere potuiſſet καλήσατο. Similiter *Libr. eodem v.* 304. μαχεσσαμένω. HOOGEV. *ad* VIGERI *de Gr. dict. Idiot. Lib. Cap. V. Sect. III. Reg. XV.* (*N.* 78.) ξ

v. 55.

Ἐπὶ φρεσὶ, in animo. Sæpe uſurpatur plur. pro ſingul. φρὴν, φρενὸς, ἡ, mens, animus.

Θῆκε, pro ἔθηκε. aor. 1. ind. Act. v. τίθημι, pono.

Λευκώλενος, ου, ὁ, ἡ, candidos habens lacertos. 2.) formoſus. ex λευκὸς & ὠλένη, ης, ἡ, cubitus, brachinm, ulna.

Ἥρα, ας, ἡ, & *Jon.* Ἥρη, ης, ἡ, *Juno:* & ſoror & conjunx Jovis.

v. 56.

Κήδομαι, curo, curam gero, ſollicitus ſum de aliquo. a κῆδος, εος, τὸ, cura, ſollicitudo.

Θνήσκω, morior.

Ὁρᾶτο, videbat. *Jon.* pro ὡράετο, ab ὁράω, video.

Ῥα, certe, utique, omnino. Deductum eſt ex ἄρα, habetque vim in ſententia cum eo, quod præceſſit, connectenda.

v. 57.

Οἱ δ' ἐπεὶ ἦν —, Τοῖσι δ' —] Eſt alterum illud δὲ repetitio prioris non inelegans. Quomodo & *Latine* recte dicitur : *Cum autem* — : *tum vero* —. CLARK. Conf. etiam *Cel.* J. AVG. BACHII *Animadv.* ad *Xenoph. Ageſil.* C. *II. v.* 6. g.)

Ἤγερθεν, congregati ſunt, convenerunt. 3. plur. aor. 1. ind. Paſſ. *Syncop. Bœot.* pro ἠγέρθησαν, v. ἀγείρω, congrego.

Ὁμηγερὴς, έος, ὁ, ἡ, ſimul congregatus. ex ὁμοῦ, ſimul, & ἀγείρω.

v. 58.

Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος] ἐν αὐτοῖς (inter eos) δὲ ἀναστάς. Ubique apud veteres Auctores obſervare licet, neminem, cujuscunque demum ordinis dignitatisve foret, *ſedentem* loqui ſuſtinuiſſe, & propterea, ubicunque apud Poëtas Heros aliquis orationem habere fingitur, ſemper *ſurrexiſſe* dicitur. POTTER. *Tom. I. p.* 98.

Μετάφημι, interloquor, inter alios loquor. aor. 2. μετέφην, ης, η.

Πόδας ὠκὺς, *plene:* κατὰ πόδας ὠκὺς, pedibus celer, velox. Apud Veteres olim *agilitas corporis* in præcipuis requiſitis ac virtutibus *Herois* habebatur, quia & ad hoſtes repente adoriendum, & ad alacriter fugiendum commodiſſima eſt. Hinc etiam David in carmine ſuo funebri in mortem amborum Heroum, Saulis ac Jonathanis, in primis hujus bellicæ virtutis mentionem facit *Erant*, inquit, *aquilis leviores*, & *leonibus robuſtiores.* 2. Sam. I. 23. *Homerus* uni ſummorum Heroum, *Achilli*, ſemper hoc epitheton tribuit, eum *celerem pedibus* fuiſſe. *De Achillis*, *aliorumque mirabili velocitate* vide ANG. MAR. RICCII. *Diſſert. Homer. XXII.*

v. 59.

Ἄμμε, nos. accuſ. plur. *Poët.* pro ἡμᾶς, ab ἐγὼ, ego.

Παλιμπλάζομαι, vagis erroribus retro agitor, *ſeu* iterum aberro. παλιμπλαγχθέντας, aor. 1. part. retractos, iterum errabundos. ex πάλιν & πλάζω, facio errare. πλάζομαι, erro. Tempora ſumit a πλάγγω.

Οἴω, puto, exiſtimo.

v. 60.

Ἂψ, *adv.* retro, retrorſum: rurſus, iterum.

Ἀπονοστήσειν, redituros. fut. 1. infin. v. ἀπονοστέω, ῶ, redeo, revertor alicunde. ex ἀπὸ & νοστέω, ῶ, redeo, eo.

Εἴ κεν, ſi modo.

Φύγοιμεν, effugerimus. aor. 2. opt. a φεύγω, fugio: effugio.

v. 61.

Εἰ δὴ, ſiquidem.

Δαμάω, ῶ, domo, ſubigo: adfligo.

Λοιμὸς, ȣ̃, ὁ, peſtilentia, peſtis.

v. 62.

Μάντις, εως, ὁ, vates, hariolus, haruſpex.

Ἐρείομεν, rogamus. (*rogabimus*, *rogemus.*) 1. plur. præſ. ind. Act. *Poët.* pro ἐρέομεν, ab ἐρέω, quæro, interrogo. Et interdum præſens ſignificat futurum: quæram, interrogabo. ἐρέω autem per Dialyſin ab ἐρῶ, fut. v. εἴρω, dico.

Ἱερεὺς, έως, ὁ, ſacerdos.

v. 63.

Ὀνειροπόλος, ȣ, ὁ, ἡ, ex ſomniis futura prædicens, ſomniorum conjector. ex ὄνειρος, ȣ, ὁ, ſomnium (per quod futura quibusdam typis ſeu figuris declarabantur:) & πολέω, verto, verſo: verſor. (quia circa ea verſabantur,) *Divinationes* per *ſomnia* nunquam in tanto honore ac pretio fuere, quanto aliæ earum ſpecies, ob multa falſa & inania ſomnia, quæ ſingulis hominibus accidunt, reliqua omnia in ſuſpicionem adducuntur; & quæ nil niſi præſtigiæ erant, in dubium vocabant, quæ vera διόπεμπτοι, ſeu *prophetica*: ideoque Heros *h. l.* admonens Græcos, ut a quodam propheta ſciſcitentur, qua ratione iram Deorum placare valerent, audacter ac proterve loquitur de μάντει, ſeu *vate numine afflato*, & de ἱερεῖ, ſeu *haruſpice*; (ibi enim ſic

ſic interpretanda vox ἱερεὺς) ſed quando venit ad ὀνειροπόλον, vel *ſomniorum interpretem*, quadam verborum ſuorum defenſione uti coactus eſt, hunc in modum: ἀλλ' ἄγε δή &c. Hac ratione occurrit difficultati, quam ſibi fieri poſſe videbat, nimir. cur autem illum conſuleremus, qui in vanis & fallacibus præſtigiis explicandis ſolummodo occupatur? Cur ſic dicto deceptori vaferrimo univerſi exercitus ſalutem commendaremus? Ad hoc reſpondet: Revera dari innumera falſa & mendacia ſomnia; ſed omnia ſic ſe habere, inde concludendum neutiquam eſſe; nam licet quam plurimæ fiant præſtigiæ, tamen nonnulla ſomnia vera exiſtunt, prodeuntque a Jove auctore communi omnium vaticinationum, & idcirco ei fidere poſſumus. Poëtæ verba ſic commentatur *Euſtathius*. Poſterioribus temporibus *ſomnia* parvi habita ſunt, præterquam a vetulis delirantibus, quæ in illis obſervandis valde ſuperſtitioſæ erant. POTTER. *Tom. I. p.* 334. 335.

Ὄναρ, τὸ, inſomnium, ſomnium.

Καὶ γάρ δ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν, *nam & Somnium quoque a Jove eſt*. Primus *inventor* omnium ſomniorum, ut & aliarum vaticinationum, fuit *Jupiter*. Hoc autem non eſt intelligendum, ac ſi a Jove immediate procedere ſomnia exiſtimarentur: infra ſuam dignitatem ac majeſtatem putabat hujusmodi tenuia officia facere, ideoque inferiora Numina in his ſimilibusve miniſteriis occupabantur. IDEM *Tom. I. p.* 328. Vid. etiam RICCII *Diſſert. Hom. VIII.*

v. 64.

Ὅ,τι. Aliæ Edit. habent: Ὅτι, pro τί, & τί, pro διὰ τί, quare? cur? quid? Conf. Marc. IX. 11. Ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; item v. 28. Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; & in hos locos WOLFII *Cur. Philol. & Crit.* RAPHELII *Annotat. Philol. in N. T.* aliosque plures.

Τόσσον, *Poët.* pro τόσον, *plene*: κατὰ τόσον μέτρον *vel* τρόπον, usque adeo, tantopere. τόσος, η, ον, tantus.

v. 65.

Εὐχωλή, ῆς, ἡ, votum. ab εὔχομαι, voveo.

Summa *votorum* erat religio, adeo, ut illi, qui accurate non perſolviſſent, iram Deorum vindictamque gravem in ſeſe concitare crederentur. Hinc Achilles peſtem,

 qua

qua Græcorum affligebatur exercitus, forte ideo ab Apolline immiſſam eſſe ſuſpicatur, quod vota ipſi non eſſent reddita. LAKEM. *Antiq. P. III. Cap. II.* §. *XI.* Add. FEITH. *A. H. Lib. I. Cap. VII.* §. *IV.*

Ἐπιμέμφομαι (περὶ) τινος, conqueror de aliqua re, incuſo: reprehendo, vitupero.

Ἑκατόμβη, *hecatombe.* Fuit hoc omnium ſacrificiorum ſplendidiſſimum, in ſupplicationibus potiſſimum, quibus de victoria ab hoſtibus reportata, vel de beneficio inſigni alio, gratias agebant Diis, feſtisque ſolennioribus aliis fieri ſolitum. Appellatum ſic volunt Grammatici, quod ad illud ἑκατὸν βόες, *boves* requirerentur *centum:* quanquam neceſſe prorſus non fuit, ut ex meris conſtaret bubus; poterant enim, præter boves, alius etiam generis pecora, e. c. oves cum agnis, capræ &c. ad illud adhiberi. Occaſionem & originem huic ſacrificio dediſſe videtur numerus urbium, quæ in Laconica olim fuerunt, centenarius. Quarum ſingulæ ſi ad ſacrificium aliquod ſolenne, pro totius regionis ſalute atque incolumitate faciendum, ſingulas contulere victimas, extitit ſane hinc *Hecatombe.*— Uſurpata tamen ſæpenumero ἑκατόμβης vox fuit de ſacrificio quocunque ex hoſtiis pluribus, licet multo paucioribus quam centum, apparato, atque ſumtuoſo. LAKEM. *Ant. Gr. P. III. Cap. I.* §. X. Conf. etiam, præter multos alios, POTT. *Arch. Tom. I. p.* 242. *Cel.* ANTON BANIERS Erläut. der Götterlehre und Fabeln aus der Geſchichte. aus dem Franz. überſ. und mit Anmerk. begleitet von JOH. ADOLF SCHLEGELN. *Tom.* I. III. Buch, X. Cap. *p.* 532.

v. 66.

Αἴ κέν πως, ſi forte, ſi aliquo modo. Hoc ait Achilles: *Si forte (poſtquam intellexerimus, utrum ob —, an ob —, iratus ſit,) velit &c.* CLARK.

Ἄρς, ἀρνὸς, agnus.

Κνίσσα, ης, *Jon.* κνίσση, ης, ἡ, nidor, arvinæ ſeu pinguedinis alius incenſæ fumus. 2.) odor & vapor ex carnibus, quæ torrentur *aut* aſſantur. 3.) ipſa pinguedo, arvina *aut* adeps.

Αἴξ, αἰγὸς, ὁ, ἡ, caper, capra.

Τέλειος,

Τέλειος, εία, ον, perfectus, integer.

Studioſe & perquam ſolicite id agebatur, ut *victimæ* Diis exhiberentur *integræ ac perfectæ*, vitii omnis expertes, ſeu, ut *Ovid.* Metam. Lib. XV. v. 130. vocat, *labe carentes.* Atque re ipſa legem hanc obſervaſſe Græcos, ex *h. l.* patet, qui αἰγῶν τελείων, *caprarum perfectarum*, h. e. uti Scholia explicant parva, ὁλοκλήρων, ἀσινῶν, μὴ λελωβημένων, ἀλλ' ὑγιέων, *integrarum*, *non læſarum*, *nec mutilarum*, *ſed ſanarum*, Apollini immolandarum, meminit. LAKEM. *P. III. Cap. I.* §. *IX.* Add. FEITH. *Lib. I. Cap. IX.* §. *I.*

v. 67.

Ἀντιάω, ῶ, obviam eo *vel* venio, occuro. *h. l.* adſequor, conſequor. *h. l.* cum genit. κνίσσης, pro ἐπὶ κν. nidorem, ex ἀντὶ, pro, loco: contra.

Λοιγὸς, ῦ, ὁ, pernicies, exitium.

Ἀπαμύνω, propello, arceo. ex ἀπὸ & ἀμύνω, auxilior, opem fero. 2.) propello, arceo.

v. 68.

Ἤτοι, apud Poëtas ponitur pro μὲν, *quidem.*

Ὣς, *adv.* ita, ſic. *pro* ὅτως.

Καθέζομαι, ſedeo.

v. 69.

Οἰωνοπόλος, ου, ὁ, qui circa aves verſatur, augur; auſpex. ab οἰωνὸς ῦ, ὁ, avis, volucris, ales: & πολέω, verto, verſor. Artis divinandi *per aves inventio* a nonnullis adſcribitur Prometheo aut Melampo Amythaonis & Dorippes filio; ſed Carem, a quo Caria dicta, per oſcines primum vaticinatum fuiſſe, tradit *Plinius Hiſt. Natur.* Lib. *VII. Cap. LV.* Orpheum vero per alia animalia. E contra *Pauſanias in Phocicis* aſſerit, Parnaſſum, qui monti Parnaſſo nomen indidit, avium volatum obſervaſſe primum; at ſi *Clementi Alexand.* credimus, Phryges πτήσεις ὀρνίθων παρεφυλάξαντο πρῶτοι, *primi obſervarunt avium volatus.* Hanc autem artem plurimum perfecit *Calchas*, referente *h. l.* Homero. Demum ad tantam perfectionem & dignitatem pervenit illa ars, ut vix quidquam momenti ſuſceptum bello aut pace, ulli honores collati, ulli magiſtratus creati fuerint, niſi auſpicia faviſſent: imo alia vaticinia neglecta ſunt, niſi iis ſuffulta. POTT. *Tom. I. p.* 344.

p. 344. FEITH. *Lib. I. Cap. XVI.* §. *V.* BANIERS Erläut. der Götterl. und Fabeln ꝛc. *Tom* I. IV. Buch. IV. Cap. *p.* 821.

Ὄχα, *adv.* præ ceteris, præcipue. ab ἔχω, habeo.

Ἄριστος, ίστη, ιστον, optimus, præſtantiſſimus, *propr.* Marte, *ſive* armis. 2.) optimus, *generaliter*: egregius. ab Ἄρης, εος, ὁ, Mars: bellum.

v. 70

Ἤιδη, noverat, norat. *Att.* pro ᾔδει, plusq. perf. ind. Act. v. εἰδέω, *vel* εἴδημι, ſcio, novi.

Τ' ἐόντα, præſentia. *Jon.* pro ὄντα, v. εἰμὶ, ſum.

Τ' ἐσσόμενα, futura. fut. 1. part. Med. *Poët.* geminato σ, pro ἐσόμενα, v. εἰμὶ, ſum.

Τὰ πρὸ ἐόντα, præterita.

v. 71.

Νήεσσ', navibus. pro νήεσσι. dat. plur. *Jon.* & *Poët.* a ναῦς, ναὸς, ἡ, navis. *Jon.* νηῦς.

Ἡγέομαι, οῦμαι, duco, dux ſum, præeo.

Ἴλιον, *Ilium*, *Trojæ* nomen. quanquam ſunt, qui dicant, Ilium *civitatis*, Trojam *regionis* fuiſſe nomen.

Εἴσω, *adv.* intra: intus.

v. 72.

Ἣν, accuſ. ſing. pron. poſſeſſ. 3. perſ. ὅς, ἥ, ὅν, ſuus, a, um.

Μαντοσύνη, ης, ἡ, vaticinium, vaticinatio; ars vaticinandi. a μάντις, εως, ὁ, vates.

Τὴν pro ἥντινα, quam.

Οἱ, vox enclitica, pro αὐτῷ, vel ἑαυτῷ, *ſibi*, aut *ipſi*, idque *Jonice.*

Πόρε, præbuit. 3. ſing. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔπορε, v. πόρω, præbeo, ſuppedito, do.

v. 73.

Σφὶν, ipſis. dat. plur. *Poët.* pro σφίσι, ab οὗ, ſui.

Ἐυφρονέω, *Poët.* εὐφρονέω, bene ſapio. *h. l.* bene cupio, faveo, bene conſulo. ab εὔφρων, ονος, cui mens integra eſt: hilaris, lætus.

Ἀγοράομαι, ῶμαι, concionor. ab ἀγορὰ, ᾶς, ἡ, forum judiciale: concio.

Μετέπω, interloquor, inter alios loquor. *inuſitatum.* aor. 2. μετέειπε, pro μετεῖπε.

v. 74.

Κέλεαι, jubes. 2. ſing. præſ. ind. Med. *Jon.* pro κέλῃ, v. κέλομαι, jubeo, hortor.

Μυθέομαι, ῦμαι, dico, loquor. 2.) eloquor, narro. a μῦθος, ȣ, ὁ, verbum, dictum.

v. 75.

Ἑκατηβελέταο, genit. ſing. *Jon.* vel *Æol.* pro ȣ, ab ἑκατηβελέτης, ȣ, ὁ, longe jaculans. ab ἑκὰς, procul, eminus: & βολὴ, ῆς, ἡ, jactus, quod a βάλλω, jacio. *Alii a βέλος, εος, τὸ, telum, derivari malunt. v.* 14. ἑκηβόλος.

v. 76.

Τοιγὰρ, itaque, igitur.

Ἐγὼν, *Æol.* pro ἐγὼ, ego.

Ἐρέω, dicam.

Σύνθεο, paciſcere. aor. 2. imperat. Med. *Jon.* pro σύνθεσο, exempto σ *per contract. Atticam* habet σύνθȣ, v. συντίθημι, compono, conjungo. Med. συντίθεμαι, conſentio, paciſcor. Vide de hoc verbo DRESIGII *Commentar. de verbis Mediis N. T. I.* 133. *p.* 474. 475.

Ὄμοσσον, jura. aor. 1. imper. Act. *Poët.* pro ὄμοσον, v. ὀμνύω, *vel* ὄμνυμι, juro.

v. 77.

Ἦ μὲν, certe, omnino.

Πρόφρων, ονος, ὁ, ἡ, prudens. *h. l.* propenſus, benevolus, promtus. ex πρὸ & φρὴν, mens.

Ἀρήξειν, opem laturum. fut. 1. infin. v. ἀρήγω, auxilior, opem fero, *propr.* in bello. ab Ἄρης, Mars: bellum.

v. 78.

Ἦ, certe, profecto.

Ὀΐομαι, apud Poëtas per dialyſin pro ὄιομαι, & οἶμαι, opinor, puto, arbitror, reor.

Χολωσέμεν, ſuccenſurum eſſe. fut. 1. infin. Act. *Jon.* pro χολώσειν, v. χολάω, ῶ, bile mihi jecur accenditur, ira inflammor, iraſcor.

Μέγα *h. l.* ponitur adverbialiter, pro μεγάλως, magnifice: magnopere, valde. Adjectiva neutra enim, tam ſingularia, quam pluralia, adverbiaſcunt. ita πρῶτον, & πρῶτα, primum. Poſſet ita ſuppleri: κατὰ μέγα μέρος *vel* μέτρον.

v. 79.

Ἀργεῖοι, *Argivi*; Græciæ incolæ, quorum urbs Ἄργος (*Argos*) celeberrima fuit; unde ſæpius pro ipſis ponuntur Græcis. Vid. PALM. *Græciæ Ant. deſcr. Lib. I. Cap. V.*

Κρατέω, ῶ, imperium obtineo, impero, dominor. κρατεῖν (ὑπέρ) τινος, a κράτος, εος, τὸ, imperium. Vid. v. 288.) (πείθομαί τινι, pareo cui.

v. 80.

Κρείσσων, vel κρείττων, ονος, ὁ, ἡ, *h. l.* potentior. *in genere*, melior, præſtantior, *ut* viribus, potentia, aliave re, a κράτος, robur, vis, potentia.

Χέρηϊ, inferiori; dat. ſing. *Poët.* pro χερείονι, quod ipſum dicitur pro χείρονι, a χείρων, ονος, ὁ, ἡ, pejor, deterior: inferior. *Comparat.* a κακός.

v. 81.

Εἴπερ, ſi quidem: *h. l.* etſi, quamvis.

Χόλος, ου, ὁ, fel, bilis. 2.) iracundia: indignationis furor.

Γε, particula aliis vocibus fere adnecti ſolita; certe: *quidem*: ſaltem.

Αὐτῆμαρ, *adv.* eodem die. ex αὐτὸς & ἦμαρ, dies.

Καταπέπτω, percoquo, decoquo, concoquo. ex κατὰ & πέπτω, coquo. καταπέψῃ] κατάσχῃ, καταδαπανήσῃ. Ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν γαστρὶ πλείονι χρόνῳ κατεχομένων σιτίων, διὰ τὴν πέψιν, τὴν ἐν αὐτῇ γιγνομένην. *Schol.*

v. 82.

Ἀλλά γε, tamen. Vide MATTH. DEVARII *de Græcæ Ling. particulis Lib. p.* 10. & 90.

Μετόπισθεν, *adv.* pone, a tergo. *h. l.* poſt, poſtea. ex μετὰ & ὄπισθεν, *idem.* Ἔχει pro κατέχει, retinet.

Κότος, ου, ὁ, ira vetus, ſimultas, invidia: indignationis acerbitas & amarulentia.

Ὄφρα, *adv. Poët.* ut, quo. 2.) *h. l.* donec, usque dum, quoad.

v. 83.

Στῆθος, εος, τὸ, pectus.

Ἑός, ἑή, ἑόν, ſuus, a, um.

Φράσαι, dic. aor. 1. imper. Med. v. Φράζω, dico.

Εἰ, *conj.* ſi. 2.) *h. l.* an, utrum, num.

Σαώσω,

Σαώζω, ſervo, ſoſpito, ſalvum reddo. a σάος, ȣ, ὁ, ſalvus, incolumis, ſoſpes.

v. 84.

Ἀπαμείβομαι, reſpondeo. ex ἀπὸ & ἀμείβομαι, *idem.* Ἀμείβεσθαι item ac compoſitum ἀπαμείβεσθαι frequenter apud *Homerum* occurrunt: primaque ſua ſignificatione idem ſunt ac *mutare*: ut *Iliad.* Ζ. *v.* 235. Deinde etiam ſignificant *reſpondere*; quo ſenſu ſæpius additur vox μύθοις, ut μύθοις ἀμείβεσθαι, *Iliad.* Γ. *v.* 437. Ita *Doctiſſ.* J. ADAM SCHIER ad *Bionis Idyll. II. v.* 11.

Πρόσφημι, alloquor. προσέφη, aor. 2. indic.

v. 85.

Θαρσέω, ῶ, confido, bonum animum habeo. a θάρσος, εος, τὸ, fiducia.

Μάλα, *adv.* valde, multum, admodum, vehementer.

Θεοπρόπιον, ȣ, τὸ, vaticinatio, vaticinium, oraculum, a θεοπρόπος, ȣ, vates: ὁ τοῖς θεοῖς πρέποντα λέγων. Hoc autem a Θεὸς & πρέπω. Alii παρὰ τὸ θεόθεν προειπεῖν.

Οἶσθα, noſti, 2. ſing. perf. ind. Med. *per Syncop.* pro οἴδασθα, quod *Æol.* dicitur pro οἶδας, v. εἴδω, ſcio, novi.

v. 86.

Μὰ, *adv. jurandi* ſignificat *per*, aliquando negat per ſe, aliquando adjicitur ȣ̓, ut *h. l.* aliquando etiam affirmat.

Κάλχαν.] Recte in vocativo, κάλχαν. Eſt enim Nominativus, plenis Notis exaratus Κάλχανς; quanquam in hoc nomine & in ſimilibus, reſpuit iſtud ν linguæ Græcæ ratio; ſemperque ſcribitur, κάλχας. CLARK.

v. 87.

Θεοπροπία, ας, ἡ, idem quod Θεοπρόπιον. *v.* 85.

Ἀναφαίνω, manifeſto, oſtendo, exhibeo, edo. ex ἀνὰ & φαίνω, in lucem edo: luceo.

v. 88.

Οὔτις, τινος, ὁ, ἡ, *Poët.* nullus, nemo.

Ἐμεῦ, *Dor.* pro ἐμȣ̃.

Χθὼν, χθονὸς, ἡ, terra, humus.

Δέρκομαι, video. *Poëticum.*

Ἐμεῦ ζῶντος καὶ — δερκομένοιο (*Ion.* pro ȣ,) *me vivo & — vidente.* pro ἐπὶ (ſub) ἐμεῦ ζῶντος &c. Omittitur enim

hæç præpoſ. ante duos genit. abſolutos, quorum participium eſt præſentis temporis.

v. 89.

Κοίλῃς, cavis. dat. plur. *Jon.* pro κοίλαις, a κοῖλος. *v.* 26. κοίλῃσιν παρὰ νηυσί.

Βαρύς, εῖα, ύ, ponderoſus, gravis. βαρείας χεῖρας, manus violentas, infeſtas.

Ἐπιφέρω, *fut.* ἐποίσω, infero, adfero.

v. 90.

Σύμπας, ασα, αν, univerſus, totus, cunctus, ſimul omnis.

Ἤν, *conj.* ſi. pro ἐάν.

v. 91.

Πολλόν, *Poët.* multum, valde, longe. a πολύς.

Ὃς νῦν — εὔχεται] *qui nunc — potentiſſimus eſt*, vel *fertur*. ERNESTI.

Εὔχομαι, glorior, jacto me. *item:* profiteor, dico.

v. 92.

Ηὔδα, dicebat. 3. ſing. imperf. ind. Act. *contr.* pro ηὔδαε, v. αὐδάω, ῶ, vocem edo, loquor. ab αὐδή, ῆς, ἡ, vox, oratio, ſermo.

Ἀμύμων, ονος, ὁ, ἡ, inculpatus. 2.) laudabilis, laudatiſſimus, celeber, præclarus. quaſi ἀμύγμων, qui nihil commiſit deriſione dignum. ex α priv. & μυγμή, ῆς, ἡ, reprehenſio, irriſio. ℞. μύζω, derideo.

v. 94.

Ἕνεκα, & κε, *cum Genit.* propter, cauſſa, gratia.

v. 95.

Ἀπολύω, dimitto, remitto, do veniam abeundi. *item:* libero, dato pretio redemtionis.

Ἀποδέχομαι, excipio, accipio, recipio.

v. 96.

Τοὔνεκα, ideo, propterea. ex τοῦ pro τούτου, & ἕνεκα.

v. 97.

Ἀπέχω, *fut.* ἀφέξω, abſtineo. ἀπέχω τούτου, pro ἀπὸ τούτου, abſtineo re. Hoc verbum ἀπέχω, & ομαι, interdum etiam præter genit. recipit accuſat. χεῖρας, ut *h. l.* & *Odyſſ.* X. *v.* 316. κακῶν ἀπέχεσθαι χεῖρας.

v. 97. & 98.

v. 97. & 98.

Οὐδ' ὅγε πρὶν — Πρὶν γ' ἀπὸ &c. Neque hic *prius. Quam* &c. Quando particula πρὶν apud Auctores, præſertim Poëtas, geminatur, priori loco *ante* vel *prius*, poſteriori vero *quam* ſignificat. Ita *Iliad.* Ω. v. 781. μὴ πρὶν πημανέειν πρὶν δωδεκάτη μόλῃ ἠώς, *Non prius infeſtaturum, quam duodecima venerit aurora.* POSSEL. *Synt. Græc. p.* 276.

Ἀπὸ — δόμεναι, reddidiſſe, reddere. *Dor.* & *Æol.* pro δῦναι. *Jon.* δόμεν. aor. 2. infin. Act. v. ἀποδίδωμι, reddo.

Πρὶν regit plerumque poſt ſe Infinitivum. πρὶν ἀποδόμεναι —, ἄγειν θ', — *Quam reddat* vel *reddiderit* —, & *ducat* vel *mittat* —

Ἑλικῶπις, ιδος, ἡ, puella, quæ amantium oculos ad ſe trahit. 2.) cui oculi ſunt nigri, vel rotundi ac mobiles, *h. e.* pulcri. *Unde* 3.) pulcra. ab ἑλικὸς, ἡ, ὸν, volubilis, vorticoſus: niger. & ὢψ, ὠπὸς, ὁ, oculus.

Κούρη, *Poët.* pro κόρη, ης, ἡ, puppa, puella, virgo, filia.

v. 99.

Ἀπριάτην, *adv.* absque pretio, gratis. *vel* eſt adject. accuſ. ſing. ex α priv. & πρίαμαι, emo, redimo.

Ἀνάποινος, ου, ὁ, ἡ, non redemtus pretio. ex α priv. & ἄποινον, pretium redemtionis.

v. 100.

Ἐς, *Poët.* & *Att.* pro εἰς, in.

Μιν, *h. l.* ipſum. *ſcil.* Apollinem.

Ἱλάσκομαι, *h. l.* propitio, placo. 2.) *Paſſ.* propitior, placor, propitius ſum, me propitium præbeo.

Πεπίθοιμεν, flexerimus. aor. 2. opt. Act. *Jon. reduplicat.* pro πίθοιμεν, v. πείθω, perſuadeo. Πεπίθοιμεν] forte moverimus placatum animum illius, *aut*, placato illo ſpem conceperimus. CAMER.

v. 102.

Εὐρυκρείων, οντος, ὁ, late dominans. ex εὐρὺ, late, & κρείων, regnans, imperans. quod a κρείω, *Poët.* pro κρέω, regno, impero.

v. 103.

Ἄχνυμαι, doleo. ab ἄχος, εος, τὸ, mœror, dolor.

Μένος, εος, τὸ, animi ardor, impetus, quo ad aliquid agendum, aut ſuſtinendum, excipiendumve fertur: ira.

Φρένες,

Φρένες, præcordia, *tanquam* mentis *ſedes*.

Ἀμφιμέλας, αινα, αν, utrinque niger. ex ἀμφὶ & μέλας.

Φρένες ἀμφιμέλαιναι] hoc eſt, quod ajunt Latini, *atra bile percitus*. CLARK.

v. 104.

Πίμπλαντ᾽, plena erant. pro ἐπίμπλαντο. imperf. ind. Paſſ. v. πιμπλάω, άνω, ημι, impleo. In Genitivis, qui verbis *Copiæ* adduntur, ſubauditur præpoſitio ἐκ. Hinc (ἐκ) μένεος πίμπλαντ.

Ὄσσε (τὼ) oculi. num. dual. quaſi ab ὄσσος, ὄσσεος. ὄσσεε, per apocop. ὄσσε.

Λαμπετόωντι, pro λαμπετῶντι, lucenti. In medio ante ω contractum verborum in αω *Attice* aſſumitur ο, quod & in nominibus quibusdam ante ω fieri ſolet. Ita *v.* 31. ἀντιόωσαν pro ἀντιῶσαν. WELL. *Gramm. Gr. p.* 19. FISCH. *Anim. in eam, p.* 23. a v. λαμπετάω, ῶ, luceo, ſplendeo. a λάμπω, *idem*.

Ἐΐκτην, ſimiles erant. 3. dual. aor. 2. ind. Act. pro ἐικέτην, per Syncop. ἔικτην, & ſoluta diphtongo ἐΐκτην, v. ἔικω, ſimilis ſum.

Hæc loquutio: ὄσσε δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην eo ſenſu fere occurrit Apoc. XIX. 12. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός· quibus verbis videtur innui *furor* filii Dei, quo affectus erat in hoſtes, ſive potius *ardentiſſimum* ejus ut ingentis Herois *ſtudium* reliquos ſuos hoſtes frangendi, ſibique ſubjiciendi. *Cel.* LAMB. BOS *Exercit. Philol. in N. T.* (*Ed.* 1700.) & *Cel.* WOLFII *Cur. Philol. in loc. cit.*

v. 105.

Πρώτιστα, *adv.* primum. a πρώτιστος, primus.

Κάκ᾽ ὀσσόμενος, η, ον, torve intuens: mala præ oculis habens. ex κακὸς & ὄσσομαι, video, aſpicio.

Προσέπω, alloquor, compello.

v. 106.

Οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον — Αἰεί τοι τὰ κάκ᾽ — Ἐσθλὸν δ᾽ οὐδέ τι πω] Recte hic obſervatum, Poëtam optime *perſonæ* ſerviiſſe, dum ira vehementer commotus rem eandem hoc modo *ter* repetat. CLARK. Ahabus ad Joſaphatum de Micha, 2. Chron. XVIII. 7. *Supereſt vir unus, ex quo conſulas Jehovam; at ego odi eum, quia non prædicit de me bonum,*

bonum; *ſed omnibus diebus ſuis*, i. e. ſemper, *malum.* SCHERP. & DACIER.

Πώποτε, *adv.* unquam.

Κρήγυος, ον, gratus, jucundus: bonus: utilis.

V: 107.

Μαντεύομαι, vaticinor, oraculum edo.

V. 108.

Ἐσθλὸς, ἡ, ὸν, bonus: utilis.

Οὐδέπω, *adv.* nec dum, nondum.

V. 109.

Θεοπροπέω, ῶ, vaticinor. a θεοπρόπος, ου, vates.

Ἀγορεύω, concionor in foro. 2.) orationem quamlibet habeo. ab ἀγορὰ, concio. Ἐν *h. l.* inter.

V: 110.

Ὡς, quod: quaſi.

Τοῦδ᾽ ἕνεκα, idcirco: τούτου χάριν.

Σφὶν, ipſis. dat. plur. *Poët.* pro σφίσι.

V. 112.

Ἐπεὶ, quoniam, quandoquidem. Βούλομαι, *h. l.* malo.

V. 113.

Οἴκοι, *adv.* domi.

Ῥα, *conjunct. expletiva.* 2.) certe, utique, omnino.

Προβέβουλα, prætuli, malui. (*præfero*, *malo.*) perf. ind. Med. ab inuſit. προβουλέω, ῶ. *Pluris hanc*, inquit, *facio*, *quam Clytemneſtram*, *dotatam conjugem.* Sic enim dixere μνηστὰς & κουριδίας ἀλόχους, quæ filiæ familiarum legitime viris deſponſæ eſſent. Dicitur & ἀνὴρ κουρίδιος, legitimus maritus. CAMER.

V. 114.

Κουριδία, ας, *Jon.* ης, ἡ, virgo, quæ viro nupſit: juvenilis. a κουρίδιος, ου, ὁ, qui juvenili ætate uxorem duxit. a κοῦρος, pro κόρος, puer.

Ἄλοχος, ου, ἡ, *h. l.* conjux, uxor. ex α pro ὁμοῦ, & λέχος, lectus.

Ἕθεν, per Syncop. pro ἕοθεν, & hoc pro οὗ, ſui. *h. l.* ipſa, illa. *Poët.* & *Att.* Jones pro οὗ dicunt ἕο, Attici addunt θεν, ita ἕοθεν. Attici & Poëtæ per Syncopen vocalis ο ἕθεν. Ita etiam ἐμοῦ & σοῦ ſe habent.

Χερείων,

Χερείων, *Poët.* pro χείρων, ονος, ὁ, ἡ; pejor, deterior. *h. l.* inferior, vilior. *Comparat.* a κακός.

Οὐ (πρὸ) ἕθεν ἐςὶ χερείων. Πρὸ, *præ*, requiritur ante Genitivum, qui præcedit aut ſequitur gradum comparativum; quemadmodum in Latina lingua ablativus, qui adponitur comparativo, regitur non a comparativo, ſed ab intellecta præpoſitione *præ*; uti jam dudum docuere Viri Docti: ita apud Græcos caſus ille ſecundus pendeat, neceſſe eſt, ab intellecta præpoſit. πρὸ, quæ, eum caſum regens, eandem cum Latin. *præ* vim habet. LAM. BOS. *Ellipſ. Græc. p.* 346. (*Ed.* 1742.)

V. 115.

Οὐ δέμας,] Notat *Euſtathius*, Homerum ſemper, cum de *vivo* corpore loquitur, τὸ δέμας uſurpare; cum vero de *mortuo* loquitur, τοῦ σώματος voce uti.

Φυὴ, *h. l.* formæ dignitas & gratia.
Φρένες, *h. l.* Φρόνησιν notant.
Subintell. *h. v.* præpoſit. κατὰ, *quod ad.* } SCHERP.

V. 116.

Ἀμείνων, ὁ, ἡ, *neutr.* ἄμεινον, ονος, melior, commodior, aptior, potior. Comparat. irregul. ab ἀγαθός.

Ὥς, cum accentu, apud Poëtas paſſim pro οὕτως, *ſic.* & quidem etiam ἐλλειπτικῶς, ut *h. l.* ἀλλὰ καὶ ὥς &c. i. e. *etiamſi res ita ſe habeat, volo eam reddere, ſi quidem id præſtat.* VIGER. *Idiot. Ling. Gr. Cap. VIII. Sect. X. Reg. XXI.*

V. 117.

Βούλομαι, pro μᾶλλον βούλομαι, malo. — ἤ, quam.

Σόος, ſalvus, incolumis, ſoſpes, integer, perfectus.

Ἔμμεναι, eſſe. præſ. infin. *Dor.* pro εἶναι. *Jon.* ἔμμεν.

Ἀπολέσθαι, perire. aor. 2. infin. Med. v. ἀπόλλυμι, vel ύω, perdo.

Βούλομ' ἐγὼ — ἀπολέσθαι] *Cupio equidem populum omni ratione ſalvum eſſe, & nequaquam Mei cauſſa perire.* CLARK.

V. 118.

Γέρας, ατος, τὸ, præmium, munus.

Αὐτίκ' pro αὐτίκα, ob ſeq. vocal. aſpiratam: mox, ſtatim.

Ἑτοιμάζω, paro. ab ἕτοιμος, paratus. ἑτοιμάσατε, præparate.

Οἶος, οἴη, οἶον, ſolus, a, um.

v. 119.

Ἀγέραστος, ου, ὁ, ἡ, prœmio carens. ex α priv. & γέρας, ατος, τὸ, prœmium, munus.

Ἔω, ſim. præſ. ſubj. *Jon.* pro ὦ, v. εἰμὶ, ſum.

Ἔοικε, imperſonaliter ſumtum ſignificat *æquum eſt*, *conſentaneum eſt*, *par eſt*, *decet*, *convenit*. præt. Med. *Attic.* pro ὦικε, v. εἴκω, ſimilis ſum.

v. 120.

Λεύσσω, video, adſpicio. *Poëticum* eſt.

Ἄλλῃ, *plene*: ἐν ἄλλῃ ὁδῷ, alia via, ad alium locum, alio.

v. 121.

Ποδάρκης, εος, ὁ, ἡ, pedibus valens, celer. ex ποῦς, pes, & ἀρκέω, ſufficio.

v. 122.

Κύδιστος, ου, ὁ, glorioſiſſimus, gloria eminentiſſimus. *ſuperlat.* a κῦδος, εος, τὸ, gloria, decus.

Φιλοκτέανος, ου, ὁ, ἡ, divitiarum amans, avarus, lucri avidus. ex Φίλος & κτέανον, ου, τὸ, poſſeſſio, facultates, opes.

v. 123.

Πῶς γάρ τοι.] Particula γὰρ interdum ponitur poſt omiſſionem totius ſententiæ, cujus ratio redditur. *h. l.* ſupplenda eſt tota ſententia hoc vel ſimili modo: *Inique præmium poſtulas. Qui ENIM fieri poteſt, ut Achivi præmium tibi dent.* &c. LAMB. BOS *Ellipſ. Gr. p.* 384. 385.

Μεγάθυμος, ου, ὁ, ἡ, magnanimus, magno & celſo animo præditus.

v. 124.

Πω, *vox enclit.* quodammodo, alicunde.

Ἴδμεν, ſcimus. 1. plur. præſ. ind. Act. *Dor.* & *per Syncop.* pro ἴσαμεν, v. ἴσημι, ſcio.

Ξυνήϊος, communis. ξυνήϊα, communia. a ξυνὸς, ἡ, ὀν, *idem.*

Κεῖμαι, poſitus ſum: repoſitus ſum.

v. 125.

Τὰ] ἅτινα, quæ. — Τὰ] ἐκεῖνα, ea, illa.

Πολίων] ἐκ πόλεων, ex urbibus.

Ἐξεπράθομεν, deprædati ſumus. 1. plur. aor. 2. ind. Act. *per Metatheſ.* pro ἐξεπάρθομεν, v. ἐκπέρθω, deprædor.

Δέδασται, diviſa ſunt. 3. ſing. perf. ind. Paſſ. v. δάζω, divido.

v. 126.

V. 126.

Ἐπέοικε, convenit, decet. perf. ind. Med. ex ἐπὶ & εἴκω, ſimilis ſum. v. 119. ἔοικε.

Παλίλλογος, ου, ὁ, ἡ, rurſum numeratus, iterum collectus *ſeu* congeſtus. ex πάλιν & λέγω, lego, colligo.

Ἐπαγείρω, congrego, colligo.

Παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν] *omnia iterum in unum conferre, ut alia denuo portione diſpertiantur.* CLARK.

V. 127.

Πρόες, præmitte. 2. ſing. aor. 2. imper. Med. v. προΐημι, pro προέω, præmitto.

V. 128.

Τριπλῇ, *adv.* tripliciter, triplicato. a τριπλόος, όη, όον, *contr.* τριπλοῦς, ῆ, οῦν, triplus, triplicatus.

Τετραπλῇ, *adv.* quadrupliciter. a τετραπλόος, quadruplus. *Plene:* ἐπὶ τριπλῇ τετραπλῇ τε μοίρᾳ, tripla quadruplaque portione.

Ἀποτίω, perſolvo, rependo, reddo, compenſo.

Κε poſt conſonam, & κεν poſt vocalem. Particula Poët. pro ἂν potentiali in proſa. αἴ κε *Dor.* pro εἴ κε, ſi, ſi forte.

Ποθὶ, *adv.* alicubi, aliquando.

V. 129.

Δῷσι, det. (dederit.) 3. ſing. aor. 2. ſubj. Act. *Jon.* pro δῷ, v. δίδωμι, do.

Εὐτείχεος, ου, ὁ, ἡ, bene munitus. ex εὖ & τεῖχος, εος, murus.

Ἐξαλαπάζω, evacuo, exinanio. *h. l.* diripio, depopulor. ex ἐξ & ἀλαπάζω, *idem.*

V. 130.

Κρείων, rex, regnator. a κρείω, regno.

V. 131.

Ἀγαθὸς, ή, όν, bonus, probus. *h. l.* fortis, ſtrenuus.

Περ, *partic.* ſeu *conj.* expletiva, aliis orationis partibus annecti ſolita. *h. l.* quanquam, quamvis, tametſi.

Ἐὼν, qui eſt. partic. præſ. *Jon.* pro ὤν, v. εἰμὶ, ſum.

Ἀγαθός περ ἐὼν, quamvis ſis fortis.

Θεοείκελος, ου, ὁ, ἡ, Deo ſimilis. a Θεὸς & εἴκελος, ου, ὁ, ἡ, ſimilis. quod ab εἴκω, ſimilis ſum. Liquet, apud Poëtam θεοείκελος, ἀμύμων, & ſimilia, non virtutibus exor-

natum

natum *omnibus*, ſed *una quavis* ſive *Animi* ſive *Corporis* dote *præcellentem*, perpetuo ſignificare. CLARK.

v. 132.

Κλέπτω, furor. *h. l.* fallo, decipio.

Νόος, ου, *contr.* νοῦς, νοῦ, mens, animus.

Κλέπτε νόῳ] ne, *inquit*, fallere te poſſe me ſperes. κλέπτειν enim *tegere* quaſi καλύπτειν ſignificat, unde & κλέπτας, qui clam alienas res auferunt, qui & φῶρες. CAM.

Παρελεύσεαι, præteribis. 2. ſing. fut. 1. ind. Med. *Jon.* pro παρελεύσῃ, v. παρέρχομαι, pro παρελεύθω, prætereo, transeo. *h. l. Metaph.* vinco, ſupero.

Ου παρελεύσεαι] non præteribis, ſed deprehenderis in fallacia tua. *Vel*, non vinces me in hoc ſtadio. Qui enim a tergo relinquunt alios curſores, palmam obtinent. CAM.

v. 133.

Αὔτως, *adv.* ſic, hoc modo. *h. l.* temere, fruſtra.

v. 134.

Ἧσθαι, ſedere. præſ. infin. v. ἧμαι, ſedeo.

Δευόμενος, η, ον, indigens. *Poët.* pro δεόμενος, a δέομαι, mihi opus eſt, indigeo.

v. 135.

Ἀλλ' εἰ μὲν — Εἰ δὲ &c. In locutionibus conditionalibus intelligendum ſæpe relinquitur εὖ, vel καλῶς ἔχει, *bene eſt*.. LAMB. BOS *Ell. Gr. p.* 378. *ſqq.* & 289. 290. Conf. Luc. XIII. v. 9. κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, &c. & in *h. l.* WOLFII *Cur. Philol.* RAPHELII *Annotat. Philol. in N. T.* aliosque plures.

v. 136.

Ἀρω, apto, adapto. 2.) congruo, quadro.

Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν] ἁρμόσαντες κατὰ τὴν ψυχὴν, τουτέστιν, ἀρεστὸν καὶ θυμήρες ποιήσαντες. *Schol.*

Ἀντάξιος, ία, ιον, exiſtimatione par, æqualis pretii, ex ἀντὶ & ἄξιος, dignus.

Ἔσται] γένηται.

v. 137.

Δώωσιν, dederint. 3. plur. aor. 2. ſubj. *Poët.* pro δῶσι, v. δίδωμι, do.

Ἕλωμαι, auferam. aor. 2. ſubj. Med. v. αἱρέω, capio, ſumo.

v. 138.

Τεὸς, ὴ, ὸν, *Dor.* & *Poët.* pro σὸς, σὴ, σὸν, tuus, a, um.

Ἰὼν, veniens. aor. 2. part. v. εἶμι, vado, eo, venio. Participium & Infinitivus verbi εἶμι habent hanc vim, ut indicent *actionis celeritatem*, quendamque *agentis impetum*, & *animi promtitudinem.* Vid. FISCH. *Animadv. ad* WELL. *p.* 341.

Ὀδυσσεὺς, έως, *Jon.* ῆος, *Ulyſſes, is.*

v. 139.

Κεχολώσεται, mox ſuccenſebit. paulo poſt fut. ind. Paſſ. v. χολόω, ad iram concito. χολῦμαι, iraſcor.

Ἵκωμαι, venero. aor. 2. ſubj. Med. v. ἱκνέομαι, ἧμαι; venio, advenio. ὅν κεν ἵκωμαι, ad quem ivero.

v. 140.

Ἀλλ' ἤτοι μὲν, Verum enimvero. Conf. DEVAR. *de Gr. Ling. Partic. Lib. p.* 168.

Μεταφρασόμεσθαι, *Dor.* pro μεταφρασόμεθα, poſtea deliberabimus. fut. 1. Med. v. μεταφράζω, in aliud orationis genus, *ſeu* in aliam formam muto : interpretor. μεταφράζομαι, poſtea conſidero, delibero, conſulto. ex μετὰ & φράζω, dico.

v. 141.

Ἐρύω, traho : deduco.

Ἅλς, ἁλὸς, ἡ, mare. Ἅλα δῖαν] *mare magnum.* Quicquid enim *quavis* de cauſa *eximium* eſt, δῖον appellatur.

v. 142.

Ἐρέτης, ου, ὁ, remex. ab ἐρέσσω, *vel* τῶ, remigo.

Ἐπιτηδὲς, *Euſtathius* dicit eſſe pro ἐπιτηδεῖς, ut παλιμπετὲς *Odyſſ. E. v.* 27. pro παλιμπετεῖς, ut ſit hic *idoneos*, *habiles.* Adverbium autem habet accentum in antepenultima, ἐπίτηδες, *de induſtria*, *data opera*, *ſtudio.* CLARK : ἐρέτας ἐπιτηδὲς, *Remigum quod ſufficiat.*

Ἐς (pro εἰς) δ' ἐρέτας ἀγείρομεν. Tmeſis pro εἰσαγείρομεν ἐρέτας, intus congregemus remiges.

v. 143.

Θείομεν, ponamus. aor. 2. ſubj. Act. *Poët.* pro θῶμεν, v. τίθημι, pono.

Καλλιπάρηος, *Bœot.* pro καλλιπάρειος, ου, ὁ, ἡ, pulcras genas habens; pulcer, venuſtus. ex καλὸς, & παρειὰ, ᾶς, ἡ, gena, maxilla.

v. 144.

v. 144.

'Aν' — βήσομεν, pro ἀναβήσομεν, conſcendere faciemus. fut. 1. vel per Syſtolen pro ἀναβήσωμεν, aor. 1. ſubj. Act. (ut *v.* 141. ἐρύσσομεν,) v. ἀναβαίνω, conſcendo. *Tranſitive*, conſcendere facio *vel* jubeo.

Bουληφόρος, ου, ὁ, ἡ, conſultor, conſiliarius. ex βουλὴ & φέρω, fero.

v. 145.

'Hὲ, *conj.* aut, vel, ſive. Πηλείδη] Πηλέως παῖ, 'Aχιλλεῦ.

v. 146.

"Eκπαγλος, per Metatheſin pro ἔκπλαγος, ου, ὁ, ἡ, terribilis, ſtupendus, admirabilis. ab aor. 2. ἐξέπλαγον, *Jon.* ἔκπλαγον, v. ἐκπλήσσω, vel ττω, percello, perterrefacio.

'Eκπαγλότατ'] *pervicaciſſime*, aut *vehementiſſimi animi*. Nam in utramque partem vehementia hac voce ſignificatur. CAMER.

v. 147.

'Eκάεργος, ου, ὁ, ἡ, *Apollinis* epitheton: longe arcens, procul abigens. ex ἑκὰς & εἴργω, arceo.

'Iλάσσεαι, places. 2. ſing. aor. 1. ſubj. Med. *Jon.* & *Poët.* pro ἱλάσεαι *vel* ἱλάσῃ, v. ἱλάσκομαι, placo.

'Pέζω, facio. 2.) *ſpeciatim* rem ſacram facio, ſacrifico.

v. 148.

'Yπόδρα, *adv.* torve, torvis oculis. pro ὑπόρα, per epentheſin τοῦ δ. ex ὑπὸ & ὁράω, video.

v. 149.

"Ω μοι, ἀναιδ.] Hæc contumelioſius dicta arguunt multi, quam perſonis talibus conveniat. Bene monet Cl. *Riccius Diſſ. Homeric. X. XI.* ejus reprehenſionis cauſſam eſſe in verſione latina ad verbum: quam tolli, ſenſum potius ſpectando & meliori verſione, quam ipſe ſuppeditat hujus loci. Videant ipſum & legant illas duas *Diſſ.* qui hic non labi judicando, injuriamque facere Poëtæ velint ERN.

"Ω μοι, heu, heu mihi! pro οἴ μοι. *Interjectio* dolentis.

'Aναίδεια, ας, *Jon.* είη, ης, ἡ, impudentia, importunitas. ab ἀναιδὴς, έος, impudens, inverecundus.

'Eπιειμένος, indutus. pro quo in proſa dicitur ἐφειμένος, perf. part. Paſſ. *Jon.* v. ἐφέννυμι, *vel* ἐπιέννυμι, induo.

Ἀναιδείην ἐπιειμένε, *plene*: κατὰ ἀναιδ. ἐπιειμ. impudentia indute.

Κερδαλεόφρων, ονος, ὁ, ἡ, aſtuta *ſeu* verſuta cogitans, verſutus, callidus, aſtutus doloſus. *Vel*, nil niſi lucrum cogitans. ex κερδαλέος, λέα, λέον, lucroſus, aſtutus, & φρὴν, mens, cogitatio.

V. 150.

Πῶς τίς τοι] τοι pro σοι, *tuis verbis*, hoc eſt, *juſſis & imperio*. Talia multa ſunt paſſim in ſcriptis veterum. CAM.

Πείθηται, obſequatur. præſ. ſubj. Paſſ. v. πείθω, perſuadeo.

V. 151.

Ἐλθέμεναι, *Dor.* ἐλθέμεν, *Jon.* pro ἐλθεῖν, aor. 2. infin. v. ἔρχομαι, venio.

Ὁδὸς aliquando λόχον ſignificat, i. e. *inſidias*. Demoſth. adverſus Ariſtocrat. ἐν ὁδῷ καθελὼν, i. e. *cum ex inſidiis confeciſſet*. Quo ſenſu Poëtis frequentius eſt. dicunt enim ὁδὸν ἔρχεσθαι, *vel* ἰέναι (verbatim, *ire viam*) pro *inſidias ponere*. Ἠ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι, i. e. *aut inſidias ſtruere, aut cum hoſtibus ſtrenue dimicare*; quod ibidem *v.* 227. dicit λόχον δ' ἰέναι, *in inſidias ire*. *Euſtathius* autem obſervat, univerſe ὁδὸν ſumi poſſe πρὸς διαστολὴν ἀντιπροσώπου παρατάξεως, i. e. *ut diſtinguatur a pugna, quæ inſtructa & adverſa hinc atque hinc acie committitur*. Itaque ὁδὸν ἐλθεῖν (*venire viam*) erit τὸ ἐπὶ λείᾳ ἀπελθεῖν που, i. e. *prædæ cauſſa aliquo proficiſci*; vel ἐπὶ κατασκοπεύσει, i. e. *ad explorandum*; vel ἐπὶ τείχους ἀναμετρήσει, *ad metiendos hoſtiles muros*. VIGER. *Idiot. Ling. Gr. Cap. III. Sect. VIII. Reg. V.*

V. 152.

Ὀυ γὰρ ἐγὼ] *Quomodo quiſquam tibi lubens obſequatur*, cum eos tam male accipias, qui *Tui ſolius* cauſa bellum gerant? *Non* ENIM *ego Trojanorum* &c. Vid. infra ad *E.* 22. CLARK.

Τρῶες, *Trojani*, incolæ urbis *Trojæ*, vel etiam totius ſub hoc nomine comprehenſæ regionis,

Ἤλυθον, veni. per Syncop. ἦλθον. aor. 2. ind. v. ἔρχομαι, venio.

Ἀιχμητάων pro αἰχμητῶν (ſæpe enim α redundat *Doricè* & *Æol.* in genit. plur. Iæ. declinat. ante ων.) a nominat.

αἰχμη-

αἰχμητὴς, ȣ̃, ὁ, bellator, bellicoſus. ab αἰχμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis: haſta: bellum, arma.

V. 153.

Δεῦρο, *adv.* huc, hunc in locum.

Οὔτι, *Poët.* pro ȣ̓, non.

Αἴτιοι,] *Nihil eſt, cur illos accuſem; a culpa omni erga me abſunt:* Αἰτία enim ſignificat *crimen* quidem potius, quam *facinus:* & Αἴτιος, *in quem crimen aliquod confertur.* Sed & *cauſſam* αἰτία ſimpliciter, & αἴτιος *auctorem* notat, i. e. *qui in cauſſa eſſe dicatur, cur aliquid acciderit.* CAMER.

V. 154.

Ἐλαύνω, fut. άσω, agito, impello. *h. l.* abigo, expello. ἤλασαν, aor. 1. ind. Act.

V. 155.

Φθία, ας, *Jon.* η, ης, *Phthia,* urbs Theſſaliæ, patria *Achillis;* unde *Phthius* dicitur ab *Horat. Odar. Lib. IV.* 6. *v.* 3. 4.

Trojæ prope victor altæ
Phthius Achilles.

Ἐριβώλαξ, ακος, ὁ, ἡ, valde gleboſus: fertilis. ex ἐρι, partic. augente ſignificationem vocum, cum quibus componitur: & βώλαξ, ακος, ἡ, gleba.

Βωτιάνειρος, ȣ, ὁ, ἡ, alens & educans viros: populoſus. a βώτης, paſtor. *fæm.* βῶτις (a βόσκω, paſco.) & ἀνὴρ, vir.

V. 156.

Δηλέω, ῶ, lædo, noceo, *inprimis* incantando & veneficiis.

Ἐπειὴ, *Poët.* pro ἐπειδὴ, quia, quoniam.

Μεταξὺ, *adv.* inter, in medio. *h. l.* inter *jacent*, intermedii ſunt. a μετὰ, cum.

V. 157.

Οὔρεα, montes. nomin. plur. ab ȣ̓́ρος, εος, τὸ, *Jon.* pro ὄρος, mons, collis.

Σκιόεις, όεσσα, όεν, umbroſus, opacus, obſcurus. a σκιὰ, ᾶς, ἡ, umbra.

Ἠχήεις, ήεσσα, ῆεν, reſonans, ſonorus. ab ἠχὴ, ῆς, ſonus.

V. 158.

Ἀναιδὴς, έος, ὁ, ἡ, impudens, inverecundus. hinc τὸ ἀναιδὲς, έος, inverecundia. ex α priv. & αἰδὼς, pudor.

Ὦ μέγ' ἀναιδὲς] o valde impudens. *Pſeudodidymus:* ὦ μεγάλως ἀναιδέςατε.

Ἕσπομαι, *Poët.* pro ἕπομαι, ſequor, comitor.

v. 152. - 158.

Græci primævi genus hominum ſimplex ac rude erant, recentiorum & ſubtiliorum belli pacisque artium plane ignari. Viri natalibus & conditione illuſtriſſimi, quique a Diis immortalibus originem ducere fingebantur, in agris colendis aut gregibus & armentis paſcendis, fere totum tempus conſumebant; illorumque deprædationes, vel quidquam aliud parvi momenti, quod illis temporibus pro illuſtri & heroico facinore habebatur, plerorumque bellorum, quæ ab illorum Hiſtoricis celebrantur, origo erant. Achilles *h. l.* Agamemnoni dicit, ſe nullam aliam ob cauſam tam diuturnum tamque periculoſum bellum adverſus Trojanos ſuſcepiſſe, quam ut ejus gratiam iniret, nullam enim materiam litium eos unquam præbuiſſe, cum boves aut equos nunquam abegerint, nec fruges ſuas vaſtaverint. Illorum autem imperitia ſatis ſuperque demonſtrari poteſt variis exemplis, ac præſertim Achillis, Hectoris, Ajacis, &c. qui cum multitudine hominum confligentes, & propriæ fortitudinis vi ac impetu turmas hoſtium in fugam pellentes, inducuntur. Nec vituperio dignus eſt Poëta, ac ſi res parum probabiles narraſſet, quæ etſi prodigii ſimiles & incredibiles hac ætate videantur, tamen moribus illius temporis, quo ſcribebat, omnino conveniunt. Imo in ſacris Codicibus 1. Sam. XVII. 10. 23. traditur, unum Goliathum ad certamen provocaſſe totum exercitum Iſraëliticum, & unico aſpectu torvo ac paucis verbis tumidis tantum terrorem ipſis incuſſiſſe, ut ab ipſius facie fugerint. POTTER. *Tom. II. p.* 3. 4. add. FEITH. *Lib. IV., Cap. VII. §. II.*

v. 159.

Ἄρνυμαι, capio, conſequor, recipio.

Τιμὴν ἀρνύμενοι] vendicantes tuum honorem a Trojanis, *ſive* ultionem expetentes a Trojanis, & pœnas, quas perſolvant Menelao & tibi. CAMER.

Κυνώπης, ου, ὁ, caninum adſpectum *ſive* vultum habens, impudens, inverecundus. ex κύων, canis, & ὤψ, vultus.

v. 160.

Τῶν ὄτι] *Schol.* ὧν, ευεργετιῶν δηλαδὴ, οὐδὲν. CAMER.

vero

vero contendit, referendum eſſe ad illud, quod dixerat: Ἀλλά σοι, ὦ μέγ᾽ ἀναιδὲς, ἑσπόμεθα. Neque enim, *ait*, inuſitatum eſt, ut ſinguli, de ſe loquentes, plurali numero utantur. *Nos te ſecuti ſumus, & nunc contemnimur, neque reſpicimur,*

Μετατρέπω, deflecto, converto. μετατρέπομαι, convertor. *h. l.* curo, curam habeo. ex μετὰ & τρέπω, verto.

Ἀλεγίζω, curo, rationem habeo alicujus rei. ab ἀλέγω, *idem.*

v. 161.

Ἀφαιρήσεσθαι, te ablaturum. fut. 1. infinit. Med. v. ἀφαιρέω, ῶ, aufero, adimo.

Ἀπειλέω, ῶ, minor, minitor, interminor.

v. 162.

Ὧ ἔπι, pro ἐφ᾽ ᾧ, de quo.

Μογέω, ῶ, laboro, labores tolero, patior, tolero. a μόγος, ου, ὁ, labor, moleſtia.

Δόσαν, dederunt. 3. plur. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔδοσαν, v. δίδωμι, do.

Υἱεὺς, ἕος, *Jon.* ῆος, filius, natus. idem quod υἱὸς, unde etiam deſcendit.

Υἷες Ἀχαιῶν] i. e. *Græci.* Ex hoc & aliis locis merito probat *Pſochenius* diatr. *de purit. Ling. Gr. N. T.* §. 118. errare illos, qui hujusmodi locutiones pro Hæbraiſmo habent. ita quoque *Horat. Lib. II. Carm. XVIII. v.* 34.

— *æqua tellus*
Pauperi recluditur,
Regumque pueris. i. e. *Regibus.*

SCHERPEZ. Idem ſentit *Cel.* CHRIST. SIGISM. GEORGIUS *in Vindiciis N. T. ab Ebraiſm. Lib. III. Cap. III.* §. *VIII.* Sed vide e contrario VORSTII *Philol. Sacr. Cap. XIII.* & VIGER. *Idiot. Ling. Gr. Cap. III. Sect. X. Reg. III.*

v. 163.

Οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον] *Nunquam ego præmium tuo æquale habeo;* neque *tum* mihi æquale dandum poſtulo, *cum exciſa erit Troja.* CLARK.

Ἶσος, ἴση, ἶσον, æqualis, par, æquabilis.

Ὀππότε, quando. *Poët.* pro ὁπότε.

v. 164.

Ἐυναιόμενος, ἴνη, ενον, bene habitatus, populoſus. pro ἐυ ναιόμενος, a ναίω, habito, incolo.

Πτολίεθρον, pro πολίεθρον, ου, τὸ, urbs, oppidum. a πόλις, ἡ, idem.

v. 165.

Πλεῖον, plene: κατὰ πλεῖον μέρος. πλείων, Comparat. a πολὺς: plus.

Πολυάϊξ, κος, ὁ, ἡ, impetuoſus, varios impetus ſeu motus habens. 2.) valde turbulentus, ex πολὺς & ἀΐξ, κος, ἡ, violentus motus, impetus.

v. 166.

Διέπω, adminiſtro, rego, guberno. ex διὰ & ἕπω, ago, operor. in compoſitione uſitatum.

Ἀτὰρ, conj. ſed, verum, ceterum: at.

Ἤν, conj. ſi. pro ἐάν.

Δασμὸς, ȣ, ὁ, diviſio. a perf. Paſſ. v. δάζομαι, divido.

Ἵκηται, venerit. aor. 2. ſubj. Med. v. ἱκνέομαι, ȣ̃μαι, venio.

v. 167.

Ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε] *Parvum quidem; at quod ægerrime tamen feram, ut mihi vi abripiatur.* *Parvum* appellat, non quod ipſe *Briſeïda* parvi faceret, ſed quod *Agamemnoni* ſemper obtingeret amplior & uberior præda. CLARK.

Ὀλίγος, η, ον, paucus. 2.) parvus, exilis; tenuis.

v. 168.

Ἐπὴν, *Jon.* pro ἐπὰν, poſtquam.

Κεκάμω, defeſſus ſim. aor. 2. ſubj. Act. *per reduplicat. præteriti*, pro κάμω, v. κάμνω, fut. καμῶ, fatigor, deficio.

Πολεμίζω, bello, belligero, bellum gero. a πόλεμος, bellum.

v. 163 - 168.

Præda univerſa olim ad *Imperatorem* convectabatur, qui primus eligebat, reſiduum iis, qui conſpicuos ſe dederant, pro dignitate atque virtutibus dividebat, ceterisque partes ex æquo tribuebat: ſic bello Trojano cum heroinæ captivæ eligendæ forent, Agamemnon primus accepit Aſtynomen filiam Chryſæ, proxime Achilles Hippodamiam Briſæ filiam, deinde Ajax Tecmeſſam, &c. prout obſervat *Iſaacus Tzetzes in Lycophr. Caſſand. v.* 299. Hinc

de

de Agamemnone *h. l.* conqueritur Achilles, quod illi potiſſima pars prædæ, ſibi vero, qui onus belli ſuſtineret, minima cederet. POTTER. *Tom. II. p.* 89.

v. 169.

Φθίηνδε, in Phthiam.

Φέρτερος, ερα, ερον, validior, robuſtior. *h. l.* melior, utilior. *propr.* qui plus poteſt ferre *vel* portare. *Comparat.* a φέρω, fero, porto.

v. 170.

Ἴμεν, ire. *Jon.* (*Dor.* ἴμεναι) pro ἰέναι, εἶναι, & ἰέναι, præſ. infin. v. εἶμι, vel ἵημι, eo.

Κορωνὶς, ίδος, navis, *vel*, quæ nigra eſt; *vel*, in qua ſummitates inflexæ ſunt; *vel*, in qua puppis incurva eſt. a κορώνη, ης, ἡ, cornix, ſummitas in curvamine arcus, & *generaliter*, quævis ſummitas. *Eſt etiam* inflexum illud, quod in navis puppi viſitur. *item*, quicquid inflexum. *item*, corona.

Οὐδέ σ' οἴω Ἐνθάδ' ἄτιμος — ἀφύξειν] Satis hic conſtat ſententia, ſi conſtructione ſimpliciſſima, ἄτιμος, jam ad ipſum *Achillem* referatur: „*Neque te puto*, *hic inhonoratus* „*quum ſim*, *divitias & opes collecturum.*„ Fuerunt tamen, „qui & hoc modo verterent: *Neque tibi* [Tui cauſa] „*volo hic*, *inhonoratus quum ſim*, *divitias opesque* meas *pro*„*fundere.*„ Sed ſimplicior eſt interpretatio prior: Et ἀφύξειν multo aptius ſignificat *exhaurire arripiendo*, quam *profundendo.* CLARK.

v. 171.

Ἐνθάδε, *adv.* hic, iſthic.

Ἄφενος, ου, ὁ, vel ἄφενος, εος, τὸ, divitiæ, opes. *propr.* cenſus, *vel* reditus unius anni. *quaſi* ἀφ' ἑνὸς ἔτους, uno anno collectum. *per Syncop.* ἄφνος.

Πλοῦτος, ου, ὁ, divitiæ, opulentia, copia.

Hoc autem differunt πλοῦτος & ἄφενος, quod *illud* ſignificet *divitias per multos annos & magno labore collectas*: *hoc* autem *uno anno & absque magno labore partas.*

Ἀφύξειν, exhauſturum eſſe, fut. 1. infin. v. ἀφύω, exhaurio.

v. 173.

Ἐπέσσυται, impetum fecit: *appetit.* 3. ſing. perf. ind. Paſſ.

per Metatheſin pro ἐπισέσυται, v. ἐπισεύω, concutio *ſeu* impello adverſus aliquem. *Paſſ.* ἐπισεύομαι, concitate & cum feſtinatione eo. cum impetu feror, ruo, prorumpo. ex ἐπὶ & σεύω, cieo, concito.

v. 174.

Εἵνεκα, pro ἕνεκα, propter.

v. 175.

Μητίετης, ου, ὁ, conſilio pollens, prudens, conſiliarius, conſultor. a μητιάω, ῶ, conſilia agito, conſulto.

Μητίετα] non *Vocativus* pro *Nominativo*; quod eſt abſurdum: (Quorſum enim, obſecro, *aliud dixiſſe* ſcriptorem accuratiſſimum, *aliud voluiſſe*?) Sed revera *Nominativus* eſt, ex lingua *Æolica* & *Bœotica*, vel (ut alii exiſtimant) *Macedonica*. Unde deinceps *Latine* factum eſt *Poëta*, *Cometa*, *Athleta*, & ſimilia. CLARK.

v. 176.

Ἔχθιστος, inimiciſſimus, infenſiſſimus. *Superlat.* ab ἐχθρὸς, inimicus. *Comparat.* ἐχθίων.

Ἐσσὶ, es. *Poët.* pro εἶ, v. εἰμὶ, ſum.

Διοτρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, a Jove nutritus, Jovis alumnus. ex Ζεὺς, gen. Διὸς, & τρέφω, nutrio, alo.

v. 178.

Καρτερὸς, *per Metath.* pro κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, robuſtus, fortis, validus. a κάρτος, pro κράτος, εος, τὸ, vires, robur.

Που, utique, certo, ſane.

v. 179.

Σῇς, tuis. dat. plur. gen. fœm. *Jon.* pro σαῖς, a nomin. σὸς, σὴ, σὸν, tuus.

Ἕταρος, *Jon.* & *Poët.* pro ἑταῖρος, ου, ὁ, ſodalis: ſocius.

v. 180.

Σέθεν, tui. genit. ſing. *Æol.* pro σοῦ, a σὺ, tu.

v. 181.

Ὄθομαι, curo, moveor. ab ὄθη, ης, ἡ, cura, ratio.

Κοτέω, ῶ, iraſcor, ſimultates exerceo. a κότος, ου, ὁ, ira vetus, ſimultas.

Σέθεν δ᾽ ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω, οὐδ᾽ ὄθομαι κοτέοντος, te autem ego non curo, neque magni facio iraſcentem, *vel*, nec moveor ira tua. Verba *curandi* Genitivum adſciſcunt, per ellipſin præpoſit. περὶ *de*.

Ὧδε,

Ὧδε, *adv.* hoc modo, ſic, ita.

v. 182.

Ὡς ἐμ' ἀφαιρεῖται — ut mihi *vel* a me aufert — (meam: ſic auferam tibi tuam.) CAMER.

v. 184.

Ἄγω, abducam.

v. 185.

Κλισίηνδε, pro εἰς τὴν κλισίαν, in *vel* ad tentorium. — κλισία a perf. Paſſ. v. κλίνω, reclino, inclino.

Εἰδῇς, ſcias. præſ. *vel* aor. 2. ſubj. Act. v. εἰδέω, ſcio.

v. 186.

Ὅσσον, *Poët.* pro ὅσον, quanto. *plene:* καθ' ὅσον τρόπον vel μέτρον.

Φέρτερος, *h. l.* potentior, præſtantior. *v.* 581. Φέρτατος, potentiſſimus, præſtantiſſimus. Hi gradus defluxerunt ex ſignificatione verbi φέρεσθαι, pro *conſequi.* Sic φέρεσθαι τὰ πρῶτα, *primas partes habere.* Unde participium apud Pauſan. in Achaicis. p. 415. φερόμενοι τὰ πρῶτα ἐν Θήβαις, *Proceres, Primores, Principes Thebanorum.* HOOGEV. *ad* VIGER. *de Idiot. L. Gr. Cap. V. Sect. XIII. Reg. X.* (*N.* 22.)

Στυγέω, ῶ, odio proſequor, odi; *h. l.* timeo, reformido.

v. 187.

Φάσθαι, dicere. aor. 2. infin. Med. v. φημὶ, dico.

Ὁμοιωθήμεναι, adſimilari, comparari. aor. 1. infin. Paſſ. *Dor.* pro ὁμοιωθῆναι, v. ὁμοιόω, ῶ, adſimilo, ſimilem reddo. ab ὅμοιος, ſimilis.

Ἄντην, *adv.* coram. 2.) ex adverſo, e contrario. 3.) palam, manifeſte, aperte. ab ἀντὶ, pro; contra.

v. 188.

Πηλείωνι] τῷ Πηλέως παιδὶ, Ἀχιλλεῖ. Vid. *v.* 197.

Ἐν δέ οἱ ἦτορ στήθεσσιν λασίοισι, ipſi autem cor in pectore hirſuto.

Ἄχος, εος, τὸ, dolor, gravis moleſtia.

Ἦτορ, τὸ, animus, anima, cor, pectus.

v. 189.

Λάσιος, ου, ὁ, ἡ, hirſutus, piloſus, hirtus.

Στήθεσσιν λασίοισι] Et Πατροκλῆος λάσιον κῆρ. *Hirſuti* enim *animoſi* putantur. Vel *virile* hoc eſt, eſſe *hirto pectore.* CAMER.

Διάνδι-

Διάνδιχα, *adv.* bifariam. ex διὰ & ἄνδιχα, pro ἀνὰ δίχα, *idem.*

Μερμηρίζω, anxie cogito, curioſe in animo verſo, meditor, ſum ſollicitus. 2.) excogito, anxia cogitatione invenio. a μέρμηρα, ας, ἡ, ſollicitudo, anxia cura.

v. 190.

Ἦ — utrum. *v.* 192. Ἠὲ — an —

Φάσγανον, ου, τὸ, enſis, gladius. *quaſi* σφάγανον, a σφάζω, jugulo, macto.

Ὀξὺς, εῖα, ὺ, acutus.

Μηρὸς, ου, ὁ, femur, femen.

Gladium ferebant ab humeris loro ſuſpenſum: in latus vero deſinebat; unde paſſim dicti milites extrahere παρὰ μηροῦ, *a femore*, ut *h. l.* & alibi. FEITH. *Lib. IV. Cap. IX.* §. *III.*

v. 191.

Ἀναστήσειεν, dimoveret. 3. ſing. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro ἀναστήσαι, v. ἀνίστημι, ſurgere facio, erigo. *h. l.* everto, ſubverto, diſturbo, dimoveo.

Ἐναρίξοι, interficeret. fut. 1. opt. Act. v. ἐναρίζω, interficio. 2.) ſpolio. ab ἔναρα, ων, τὰ, ſpolia, arma interfectis detracta.

v. 192.

Χόλος, & χολὴ, bilis, cui ira, furor, omniſque acerbitas commotionum adſcribitur.

Παύσειεν, ſedaret. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro παύσαι, v. παύω, finem impono, finio. *h. l.* reprimo, coërceo, ſedo.

Ἐρητύσειε, compeſceret. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro ἐρητύσαι, v. ἐρητύω, inhibeo, cohibeo, reprimo.

Θυμὸς, οῦ, ὁ, animus, mens *h. l.* ira, excandeſcentia, iracundia; furor.

v. 193.

Ἕως, *adv.* dum.

Ὁρμαίνω, impetu feror, ruo, prorumpo. *h. l.* in animo verſo, cogito, agito. ab ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetuoſus motus: conatus, ſtudium.

Κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν] Φρένα *mentem*, θυμὸν *animum commotum* interpretantur. Sed videtur idem bis dixiſſe ἐξηγητικῶς. Non enim dubium eſt, quin *Homerus* mentem, cogitationem, conſilia, rationem, in pectore collocarit.

locarit. Quamquam qui hanc vim, ut *Plato* fecit, in capite conſtitutam probare de'Homericis etiam verſibus voluere, uſi hoc loco maxime ſunt. Minervam enim ideo ajunt, apprehendentem capillum hujus, introduci ab *Homero*, quod ſenſerit rationem, ἡγεμονικὸν vocant, in cerebro reſidere. Et fieri ſane poteſt, ut vel Platoni, vel ante hunc Pythagoræ hinc occaſio data ſit iſtius dogmatis. CAM.

v. 194.

Ἕλκω, traho: educo.

Κολεὸς, ȣ̃, *Jon.* οῖο, ὁ, vagina, culeus, loculus.

Ξίφος, εος, τὸ, enſis, gladius, ſica.

Ἀθήνη, ης, ἡ, Minerva, Pallas. *Poëtice.*

v. 195.

Οὐρανόθεν, *adv.* cœlitus, de *vel* e cœlo. Adverbia Localia in θε & θεν ſignificant motum de loco.

Πρὸ—ἧκε, præmiſit. aor. 1. ind. Act. v. προΐημι, præmitto.

v. 196.

Ἄμφω, οἱ, αἱ, τὰ, ambo, ambæ. Gen. & Dat. ἀμφοῖν. Accuſ. ἄμφω.

Ὁμῶς, *adv.* ſimiliter, æque, pariter. *h. l.* ſimul, una. ab ὁμὸς, ἡ, ὸν, ſimilis, par.

v. 197.

Στῆ, ſtetit. 3. ſing. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔστη, v. ἵστημι, ſto.

Ὄπιθεν, pro ὄπισθεν, pone, a tergo. σ enim *Dorice* e quibusdam dictionibus extruditur.

Ξανθὸς, ἡ, ὸν, flavus, fulvus, rubens, ruber.

Κόμη, ης, ἡ, coma, comta hominis cæſaries.

In alenda *coma* non parum decoris Græci poſuerunt. Coma autem præcipue *flava* fuit celebrata: quam *h. l.* Hom. laudat in *Achille.* FEITH. *Lib. III. Cap. X.* §. *I.* & *II.*

Ἕλε, prehendit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro εἷλε, v. αἱρέω, pro ἕλω, capio, prehendo.

Ξανθῆς κόμης ἕλε, flava coma prehendit. Verba *prehendendi* adſciſcunt genit. cum totius partem aliquam prehendi indicant. *plene:* ἐκ *vel* μέρος τι ἐκ ξανθ. κόμης ἕλε. Sic κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρός.

Πηλεΐ-

cæſiis oculis præditas vocaſſe *Palladium* notat *Giſan. in Lucret.* SCHERPEZ.

v. 207.

Μένος, εος, τὸ, ira: animoſitas, *h. e.* vis animi.

Πίθηαι, parueris. 2. ſing. aor. 2. ſubj. Med. *Jon.* pro πίθῃ, v. πείθω, perſuadeo.

v. 210.

Λῆγ', pro λῆγε, quieſce. præſ. imperat. v. λήγω, ceſſo, deſino, finem facio. λῆγ' (ἀπὸ) ἔριδος, quieſce a lite, finem contentionis fac.

Ἕλκεο, *Jon.* pro ἕλκου. præſ. imperat. Med. v. ἕλκω, traho.

v. 211.

Ὀνειδίζω, probris inceſſo, vitupero, reprehendo. 2.) exprobro, probroſe objicio. ab ὄνειδος, εος, τὸ, probrum, dedecus. Ἦτοι, quidem.

Ὡς ἔσεταί] ὅπως ἔςαι δὴ τῦτο, *Verbis*, inquit, *ut lubet, contende. Utcunque hoc abiturum*, i. e. qualecunque tandem futurum hoc eſt. CAMER.

v. 212.

Ἐξερέω, ῶ, eloquor, edico.

v. 213.

Καὶ ποτέ τοι τρὶς τόσσα] *& aliquando tibi ter tanta dabuntur* ſeu *deferentur ſplendida dona.* Τρὶς τόσσα *Pſeudodidymus* exponit πολλάκις τοσαῦτα, h. e. *longe plura & præſtantiora dona tibi dabuntur.* SCHERP.

Παρέσσεται, aderunt. *Poët.* pro παρέσεται. fut. I. v. πάρειμι, adſum, præſens ſum.

v. 214.

Ἴσχεο, *Jon.* pro ἴσχȣ, cohibe te, deſine. præſ. imper. Med. v. ἴσχω, habeo, teneo: cohibeo, coërceo. ab ἔχω, habeo.

Πείθεο, obtempera. *Jon.* pro πείθȣ. v. πείθω, perſuadeo.

v. 216.

Σφωΐτερος, έρα, ερον, veſter. a σφῶϊ, veſtrum duorum.

Εἰρύομαι, ſervo, conſervo, obſervo, cuſtodio.

v. 217.

Καὶ μάλα περ κεχολωμένον, quantumvis ſim iratus.

Ἀμείνων, ὁ, ἡ, καὶ τὸ ἄμεινον, melior, commodior, aptior, potior. *Comparat. irregul.* ab ἀγαθός.

v. 218.

Ἐπιπείθηται, obtemperet. præſ. ſubj. Paſſ. v. ἐπιπείθω, perſuadeo.

Ἔκλυον, *h. l.* accipi debet ἀοριστολογικῶς pro *exaudire ſolent.*

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

Quod ſi Homerus hunc verſum in ſingulari expreſſiſſet numero, ſane ejus moralis fuiſſet doctrina, & in carmine cum ea divina plane conſenſiſſet præceptione, quam Hiſtoricus Sacer in proſa dedit oratione: Ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει· *ſi quis pius Dei cultor eſt, & ejus paret voluntati, hunc audit.* Joh. IX. 31. *Cel.* ANT. BLACKWALL. *Auct. S. Claſſ. defenſ. & illuſtrat. p.* 171.

v. 219.

Ἦ, dixit. a Φημὶ, *per Aphæreſin* pro Φῆ.

Κώπη, ης, ἡ, remus. *h. l.* manubrium.

Σχέθε, habebat, tenebat. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἔσχεθε, a verbo Poët. σχέθω, habeo.

Χεῖρα βαρεῖαν] ingentem, *aut* robuſtam.

v. 220.

Κουλεὸς, οῦ, ὁ, *Jon.* idem quod κολεὸς, vagina.

Ὦσε, condidit. aor. 1. ind. Act. v. ὠθέω, trudo, pello.

Ἀπίθησε, inobediens fuit. aor. 1. ind. Act. *Jon.* pro ἠπείθησε, v. ἀπιθέω, ῶ, non obtempero, inobediens ſum. Dicitur *Poët.* pro ἀπειθέω.

v. 221.

Οὔλυμπόνδε, in Olympum, in cœlum.

Βεβήκει, conſcenderat. *Jon.* pro ἐβεβήκει. plusq. perf. ind. Act: v. βαίνω, eo, gradior: conſcendo.

v. 222.

Μετὰ, cum Accuſ. *h. l.* ad.

Δαίμων, ονος, ὁ, ἡ, Deus.

Præter Deos proprie ſic dictos *Dæmonas* etiam coluere Græci. *Dæmonum* adpellatio ipſis interdum tribuitur Diis, ex. gr. *h. l.* Sed apud inferioris ætatis Scriptores *Genios* ut plurimum deſignat, ſive naturas divinam inter & humanam medias. &c. LAKEM. *Ant. Græc. S. P. I. Cap. IV.* § *XI.* LAMB. BOS *Antiq. Græc. P. I. Cap. II.* §. *XX.* Baniers Götterlehre rc. *V.* Buch, *VI.* Cap. *p.* 989. *ſqq.*

v. 223.

Ἐξαῦτις, *adv.* continuo, ſtatim. *vel*, iterum, rurſus.

Ἀτάρτηρός, ρὰ, ρὸν, & ἀτάρτηρος, ου, ὁ, ἡ, noxius, damnoſus. *h. l.* contumelioſus: aſper, atrox. *pleonaſmo ſyllabæ* ταρ, pro ἀτηρὸς, *idem.* quod ab ἄτη, ης, damnum.

v. 224.

Οὔπω, *adv.* nondum, necdum.

v. 225.

Οἰνοβαρὴς, έος, ὁ, ἡ, vino gravis, ebrius, temulentus, vinolentus. ex οἶνος, vinum, & βαρὺς, gravis.

Ὄμμα, ατος, τὸ, adſpectus, facies: oculus. a perf. Paſſ. v. ὄπτομαι, video.

Κυνὸς ὄμματα] *oculi canini*, per quos indicatur *ſumma impudentia:* cujus rei rationem reddit *Longinus* περὶ ὕψους, *Sect. IV.* Φασὶν οὐδενὶ οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τὴν τινων ἀναίδειαν, ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς· διόπερ Ὅμηρος τὸν ἰταμὸν οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων φησίν. h. e. ex interpretatione *Tollii*: *Dicunt in nulla æque corporis parte, ac in oculis impudentiam ſtabiliri. Unde & Homerus improbum, & perfrictæ frontis ita facit compellari: Temulente, caninos attollens oculos.* Unde *Heſychius* διακυνοφθαλμίζεσθαι *interpretatur* ἀναιδῶς ἀνθίστασθαι. KREBS. *Animadv. in Plut. p.* 126.

Κραδίη, ας, *Jon.* ιη, ης, ἡ, *per Metatheſin* pro καρδία, cor, animus, mens.

Ἔλαφος, ου, *Jon.* οιο, cervus.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς] Vide ea, quæ dicta ſunt ad *v.* 149.

Interpretatio *v.* 149. & *hujus* 225. quam *Clar.* RICCIUS ſuppeditat, hæc eſt:

Heu! pravis inſtructe dolis, velut improba vulpes,
Omnem qui exueris perfricta fronte pudorem;
Lumina habens, temulente, canis, ſed pectora cervæ.

v. 226.

Ἅμα λαῷ, una cum populo.

Θωρήσσω, thorace munio, lorico. 2.) armo. *Paſſ.* armor, accingor ad aliquid, paro me. a θώραξ, ακος, *Jon.* θώρηξ, ηκος, ὁ, pectus, thorax: lorica.

v. 227.

Λόχος, ου, ὁ, cohors, agmen. *aliis* centuria, *aliis* decuria. 2.) inſidiæ.

Λόχον

Λόχον δ' ἰέναι, ad inſidias ire. Conf. v. 151. ὁδὸν ἐλθέμεναι.

Ἀριςήεσσιν, dat. plur. *Jon.* pro ἀριςεῦσι, a nomin. ἀριςεὺς, έος, *Jon.* ῆος, ὁ, princeps: omnium fortiſſimus. ab ἄριςος, optimus.

v. 228.

Τέτληκας, auſus es, ſuſtinuiſti: (*audes*, *ſuſtines*.) perf. ind. Act. v. τλῆμι, ſeu τλάω, perfero, tolero. 2.) ſuſtineo. *i. e.* audeo.

Κὴρ, κηρὸς, ἡ, ſors, fatum. 2.) fatum funeſtum. 3.) fatum, mors.

Εἴδεται, videtur. ab εἴδω, video.

Τὸ δέ τοι κὴρ] morte, *inquit*, pejus times periculum adire & adoriri hoſtes, vel cum illis acie decertando, vel locandis inſidiis. CAMER.

v. 229.

Ἦ, certe, profecto.

Λωΐων, ονος, ὁ, ἡ, melior, *Compar.* ab ἀγαθὸς. a θέλω, *Dor.* λῶ, vel λάω, quaſi id, quod magis volumus.

Εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus, amplus, ſpatioſus.

v. 230.

Ἀποαιρέομαι, ῦμαι, aufero, adimo.

Ἀντίον, *adv.* ex adverſo, e regione, contra.

Ὅςις σέθεν ἀντίον εἴποι, quicunque tibi contradixerit, quisquis contra voluntatem tuam aliquid loqui auſus fuerit.

v. 231.

Δημοβόρος, ȣ, ὁ, ἡ, qui bona populi devorat *vel* conſumit: peculator & vexator Reipublicæ; quique ſubditos bonis evertat. ex δῆμος, populus, & βορὰ, ᾶς, ἡ, pabulum, eſca.

Οὐτιδανὸς, ȣ, ὁ, homo nullius pretii. ex ὐ & τὶς, τινὸς, *per epentheſin ſyllabæ* δα.

v. 232.

Ἦ γὰρ] affirmativa particula. Certe enim, *inquit*, ſi eſſet in illis, quorum tu imperium uſurpas, ulla virtus, nunc poſtrema hac injuria tua afficeremur. CAM.

Ὕςατα, *adv.* poſtremum, ultimo. ab ὕςατος, άτη, ατον, ultimus, poſtremus. *plene:* κατὰ τὰ ὕςατα μέρη τῦ χρόνυ.

Λωβήσαιο, injuriam intuliſſes, contumelia adfeciſſes. aor. 1.

opt. Med. v. λωβάομαι, ῶμαι, injuria adficio, contumeliam infero. a λώβη, ης, ἡ, injuria, contumelia.

v. 233.

Ἐκ τοι ἐρέω] Τμῆσις. ἐξερεῖν autem Poëtæ *confirmare* ſeu *affirmare* ſignificat. Similiter & ἐπομοῦμαι conjungendum eſt. CAM.

Ὅρκος, ου, ὁ, jusjurandum, juramentum.

Ἐπομοῦμαι, inſuper jurabo. fut. 2. Med. v. ἐπόμνυμι, νύω, νυμαι, de re aliqua juro, jurejurando confirmo. 2.) inſuper *vel* præterea juro. 3.) juro. ex ἐπὶ & ὄμνυμι, ύω, juro.

v. 234.

Ναὶ μὰ] pleonaſmus pro eo, quod eſſet: νὴ τὸ δὲ σκῆπτρον, per hoc ſceptrum.

Inſigne longe maximum fuit *ſceptrum* & Regum, & Heroum; nam Heroum ſinguli, ut paſſim docet *Homerus*, geſtabant ſuum. Reges vero, cum regnum acciperent, illud attollentes *jurabant*, ſe fore unicuique juſtitiam & æquitatem adminiſtraturos. Ὁ δ' ὅρκος ἦν, teſte *Ariſtotele*, τοῦ σκήπτρου ἀνάτασις. Itaque nequaquam mirandum, ſi *altero Libro* quaſi *Genealogiam* ſceptri Agamemnonis Homerus deſcribit, nimirum a quo confictum fuerit, & ad quos deinceps ordine devenerit. Profecto ſceptrum Agamemnonium Chæroneæ adhuc ætate Homeri maxima veneratione aſſervabatur, & veluti ſacrum quodpiam λείψανον colebatur. Orientis Principibus ſolenne fuiſſe, inſtrumenta regni ad juramentum adhibere, cœleſtes etiam docent Literæ; nam Rex Aſſyriæ *juravit per thronum*, & *regnum ſuum*. (*Judith I. v.* 12.) RICCII. *Diſſert. Hom. XLI.* add. POTTER. *Tom. I. p.* 276. aliosque plures.

Οὔποτε, *adv.* haud unquam, nunquam.

Φύλλον, ου, τὸ, folium, frons.

Ὄζος, ου, ὁ, nodus arboris, ramus.

Τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους] Videtur mihi hoc, non (ut *Euſtathio* & Recentioribus viſum eſt) eo pertinere, ut Achillis Agamemnonisque *Diſſenſio* ac *Diſceſſus*, quem utique Achilles hic *perpetuum* futurum minitetur, cum ligni de ſtirpe reciſi & nunquam repullulaturi *Disjunctione ab arbore* conferatur; Eſt enim hoc paullo languidius: Sed conſimile eſſe, ac ſi dixiſſet: *Quemadmodum hoc lignum nunquam*

nunquam repullulabit, ita & Ego penitus disperearn, niſi &c. Vel; *Quam certo hoc lignum nunquam repullulabit, tam certo ingens Mei deſiderium Achivos Hectori poſthac ſuccumbentes afficiet, neque Tu eis opitulari valebis.* Vel; *Citius erit, ut repullulet hoc lignum, quam ut Achivi in poſterum non indigeant Mei.* CLARK.

v. 235.

Φύω, gigno, produco, edo, pario.

Τομὴ, ῆς, ἡ, ſectio, ſectura, inciſio, amputatio. a perf. Med. v. τέμνω, ſeco.

Λέλοιπεν, reliquit. perf. ind. Med. v. λείπω, linquo, relinquo.

Τομὴν ἐν ὄρ.] περιφραστικῶς. i. e. *poſtquam in montibus caſum fuit.* CAM.

v. 236.

Ἀναθηλέω, *Poët.* pro ἀναθαλέω, ῶ, repullulo, regermino. a θάλλω, vireo.

Χαλκὸς, ῦ, ὁ, æs. 2.) arma ærea *ſeu* ferrea.

Περὶ — ἔλεψε, v. περιλέπω, decòrtico, delibro. ex περὶ & λέπω, *idem.* Verte: *æs nudavit foliis & cortice.*

Χαλκὸς ἔλεψε] Cultrum Poëta facit æreum, ut alibi enſes, haſtas, & alia arma, etiam ad faciendam vim: cujus rei vel admirationem vel reprehenſionem bene tollit Cl. *Riccius Diſſ. Hom. XVI.* demonſtrans, veteres æris ita durandi artem calluiſſe, ut acies ſecando aptas habere poſſent: ejusque generis exempla cerni in muſeis. add. locum Pauſaniæ Laconic. *Lib. III. Cap. III.* ERN.

v. 237.

Φλοιὸς, ῦ, ὁ, cortex, librum, ſtirps. Αὖτε *h. l.* pro δὲ.

v. 238.

Παλάμῃς, dat. plur. *Jon.* pro παλάμαις, a nomin. παλάμη, ης, ἡ, palma manus: manus.

Φορέω, ῶ, geſto, fero, porto. a φέρω, *idem.*

Δικασπόλος, ȣ, ὁ, judex, qui verſatur circa jus. ex δίκη, ης, ἡ, jus, fas, cauſſa; & πολέω, verſor.

Θέμις, ιστος, vel ιδος, ἡ, lex. 2.) inſtitutum. 3.) jus, fas.

v. 239.

Εἰρύαται, *Jon.* pro ἐρύνται, *mutato* ν *in* α, tuentur. ab ἐρύομαι. Vid. *v.* 216.

Πρὸς Διὸς εἰρύαται] *a Jove tuentur, custodiunt.* Sanctiſſimo ſenſu Antiquitatis facit legitima imperia divini juris. CAM.

Ὁ δέ τοι] οὗτος δέ σοι.

v. 237 — 239.

Sceptrum non ſolum fuiſſe regium inſigne, verum etiam reliquorum magiſtratuum, & in primis Δικασπόλων, i. e. *Judicum*, dubitare non ſinit *Varinus*, dum ita ſcribit in Lex. Σκῆπτρα οὐ μόνον βασιλεῦσιν, ἀλλὰ καὶ Δικασπόλοις. Ἔστι γὰρ τὸ σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ θέμιδος σύμβολον. Et *Euſtathius:* Σημεῖον δὲ, inquit: βασιλείας, καὶ λόγων, καὶ δίκης κατὰ τοὺς παλαιοὺς, τὸ σκῆπτρον ἦν. κτλ. Idque Hom. comprobat. *h. l.* dum, loquens de ſceptro, per quod Achillem jurantem introduxerat, ait: Ἐν παλάμαις φορέουσι &c. PFEIFF. *Antiq. Græc. Lib. II. Cap. VIII.* add. FEITH. *Ant. Hom. Lib. II. Cap. VII.* §. *I.*

v. 240.

Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος] ὄντως δή ποτε ἐμοῦ τοῦ Ἀχιλλέως.

Ποθὴ, ῆς, ἡ, deſiderium. a ποθέω, ῶ, deſidero.

Ἵξεται, invadet. fut. 1. Med. v. ἱκνέομαι, οῦμαι, venio. *h. l.* invado: tango.

v. 241.

Ξύμπας, *Att.* pro σύμπας, ασα, αν, univerſus, totus, cunctus, ſimul omnis. ex σὺν & πᾶς.

Οὔτι *Poët.* pro οὐ, non.

Δυνήσεαι, poteris. 2. ſing. fut. 1. ind. Med. *Jon.* pro δυνήσῃ, v. δύναμαι, poſſum.

v. 242.

Εὖτε, quando, quum, ubi.

Ἀνδροφόνος, ου, *Jon.* οιο, ὁ, homicida, ſicarius. ex ἀνὴρ & φόνος, ου, ὁ, cædes, homicidium.

v. 243.

Πίπτωσι, cadent. Ἔνδοθι, *adv.* intus, in. ab ἔνδον, *adv.* idem.

Θυμὸν ἀμύξεις] propr. & ad verbum: *animum lacerabis.* h. e. *animum conficies mœrore.* Animus enim lacerari nequit. Eſt translatio a luctu, in quo ſolebant vultum, pectus, genas lacerare. Hinc *Euſtathius* ad *h. l.* citat ἀμύσσειν παρειὰν, *lacerare genas. Lucianus* de luctu, ἀμύσσειν τὸ πρόσωπον, *lacerare faciem.* SCHERPEZ.

v. 244.

Τίω, *h. l.* honoro, in honore habeo, magni æſtimo.

v. 245.

Ποτὶ, *Dor.* pro πρὸς, ad, in.

Βάλε, projecit. *Jon.* pro ἔβαλε. aor. 2. ind. Act. v. βάλλω, jacio.

Γαία, ας, *Poët.* γαίη, ης, ἡ, terra, tellus.

Ποτὶ δὲ] Dorica præpoſitio, & eſt Ἰμῆσις. Προσέβαλε τῇ γῇ τὸ σκῆπτρον, *inflixit terræ.* CAM.

v. 246.

Ἧλος, ου, ὁ, clavus, palus.

Πεπαρμένον, transfixum. perf. part. Paſſ. v. πείρω, fut. περῶ, tranſadigo, transfigo, infigo.

v. 245 - 246.

Regum & virorum illuſtrium ſceptra *clavis argenteis & aureis* inſignita plerunique erant. POTTER. *Arch. Gr. Tom. I. p.* 108. add. FEITH. *Lib. II. Cap. IV. §. III.*

v. 247.

Ἑτέρωθεν, *adv.* altera ex parte, diverſa ex parte. ab ἕτερος, alter; alius.

Μηνίω, ſuccenſeo, iram, odium *vel* ſimultatem exerceo, iraſcor. a μῆνις, ιος, vel ιδος, ἡ, ira, odium.

v. 248.

Ἡδυεπὴς, έος, ὁ, ἡ, ſuaviloquus, eloquens, facundus, ex ἡδὺς, ſuavis, & ἔπω, dico.

Ἀνορούω, exſurgo, proſilio. ex ἀνὰ & ὀρούω, impetum do, irruo.

Ἀνόρουσε] Ut in re magna & periculoſa, non placide aſſurgentem facit, ſed prorumpentem ſenem quoque. Et eſt hæc eximia oratoris imago dulcis quidem illius & lenis, hoc enim ætati Neſtoris conveniebat. CAM.

Λιγὺς, εῖα, ὺ, ſtridulus, argutus. 2.) canorus. 3.) jucundus. a λίγγω, ſtrideo, ſtridorem edo.

Ἀγορητὴς, οῦ, ὁ, orator, concionator. ab ἀγορέω, concionor.

v. 249.

Ῥέεν, fluebat. 3. ſing. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἐῤῥέεεν, v. ῥέω, fluo.

Αὐδὴ, ῆς, ἡ, vox, oratio, ſermo.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Hoc ſimile in S. Litteris ſæpe legitur. ex. gr. Pſ. XIX. 10. τὰ κρίματα Κυρίου γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Pſ. CXIX. 103. Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. Cant. II. 14. ἡ φωνή σου ἡδεῖα. Ibid. Cap. IV. 11. Κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου, νύμφη· μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου. Eundem fere in modum alii quoque Poëtæ cecinerunt. ex. gr. *Heſiod.* Θεογ. v. 39. 40. & 96. 97. *Theocrit.* Idyll. VIII. circa fin. *Bion.* Idyll. IV. v. ult.

v. 250.

Μέροψ, οπος, ὁ, diviſam vocem habens. μέροπες *hominum* epitheton: homines. ex μείρω, divido, & ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox. *Homines* vocantur μέροπες, quod diſtincta & articulata voce loquantur. Hoc ſoli homini, & nulli, ſi ab eo diſceſſeris, animali conceſſum eſt. Recte itaque *Heſychius* v. Λαοὶ. Μέροπες ἀπὸ τοῦ μεμερισμένην ἔχειν τὸν ὦπα, ὅ ἐστι φωνήν. Totidem fere verbis *Suidas.* Et in eandem ſententiam ſcribunt *Euſtath.* & *Pſeudo-Did.* SCHERPEZ.

Γενεὰ, ætas.

v. 251.

Ἐφθίαθ', perierant: effluxerant. 3. plur. pluſq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἔφθιντο, *facta ex* 3. *ſing. inſerto* α *ante* το. v. φθίω, corrumpo, perdo, tabefacio. 2.) conſumor, deficio, tabeſco. φθίομαι, corrumpor, perdor, pereo, morior.

Πρόσθεν, antea, prius. a πρὸ, ante.

Οἱ οἱ πρόσθεν —] τουτέστιν· οἱ πρὸ τούτου γενόμενοι, καὶ οἱ ἅμα αὐτῷ τραφέντες. *Schol.*

Τράφεν, nutriti ſunt. 3. plur. aor. 2. ind. Paſſ. *Jon.* & *Bœot.* pro ἐτράφησαν, v. τρέφω, nutrio, alo.

Ἐγένοντο, fuerunt, vixerunt.

v. 252.

Ἠγάθεος, έα, *Jon.* ἔη, εον, admodum divinus, ſacer. ab ἄγαν, valde, *mutato* α *in* η, *quod aliquando in compoſitione* ν *amittit:* & θεῖος, divinus.

Μετὰ, cum Dat. *Poët.* inter.

Τρίτατος, άτη, ατον, tertius. *Superlat.* a τρίτος, *idem.*

Μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν] Nonagenarius circiter exiſtens. CLARK.

v. 254.

v. 254.

Πόποι, ων, οἱ, dicebantur Dii in Dryopum lingua, qui in Græcia fuerunt. Interpretari ergo liceat ὦ πόποι, *o Dii immortales*, ſeu *proh Deûm hominumque fidem*, vel *papæ*. Vox eſt *admirantis*, vel *indignantis*.

Ἦ, ἦ κεν, certe.

Πένθος, εος, τὸ, luctus, dolor.

Ἀχαιὶς γαῖα, *vel* Ἀχαιὶς, hoc nomine *Homerus* ſæpius utitur de regione illa univerſa, ex qua gens Græcorum priſca ad expeditionem Trojanam confluxit. Vide PALM. *Gr. Antiq. L. I. Cap. IV.*

Ἱκάνω, convenio, adeo. *h. l.* tango, invado, opprimo. ab ἵκω, venio.

v. 255.

Γηθήσαι, lætaretur: *lætabitur*. aor. 1. opt. v. γηθέω, ῶ, gaudeo, lætor.

v. 256.

Κεχαρόιατο, gauderent: *gaudebunt*. aor. 2. opt. Med. *Jon.* pro χάροιντο. Tum Poëtæ etiam perfecti augmentum aoriſtis ſecundis præcipue tribuunt, & formant Jones 3. plur. a 3. ſing. ante το vel ται α inſerentes. a χαίρω, gaudeo, lætor.

v. 257.

Σφῶϊν, veſtrum duorum. genit. dual. *Poët.* pro σφῷν. a σὺ, tu.

Πυθόιατο, audiverint. *Jon.* pro πύθοιντο, 3. plur. aor. 2. opt. Med. v. πυνθάνομαι, & πεύθομαι, audio, intelligo, cognoſco, reſciſco, certior fio.

Μαρναμένοιϊν, depugnantium. genit. dual. part. præſ. *Jon.* pro μαρναμένοιν, v. μάρναμαι, pugno, prælio decerto de eventu belli.

Ἐι (*ſupple*: περὶ) σφῶϊν - μαρναμ. ſi (de) vobis - decertantibus.

v. 258.

Περὶ - ἐςὲ, pro περίεςε, v. περίειμι, ſuperior ſum, ſupero, antecello. περὶ *h. l.* in compoſitione idem eſt ac πρὸ, *præ*.

Βυλῇ, pro ἐν βυλῇ, conſilio. & μάχεσθαι, pro ἐν τῷ μάχεσθαι, pugnando, pugna.

Οἱ περὶ μὲν βυλῇ] Egregii *Ducis* duas neceſſarias virtutes, *prudentiam* & *fortitudinem*, indicat, quæ ſi in eum concurrant, nihil deeſt illi, quod ad bellorum confectionem deſideret. Unde Veteres prudenter *Palladem* & *Martem* bellis præfecerunt, quaſi illam *conſilio*, hunc *pugnæ*. SPOND.

v. 259.

Πίθεσθ᾽, pro πίθεσθε, perſuadeamini. aor. 2. imper. Med. v. πείθω, perſuadeo.

Νεώτερος, έρα, ερον, junior. a νέος, juvenis.

Ἐςὸν, eſtis. num. dual. præſ. v. εἰμὶ, ſum.

Νεωτέρω (πρὸ) ἐμεῖο (pro ἐμῦ) juniores (præ) me. Vid. ea, quæ dicta ſunt ad *v.* 114.

v. 260.

Ἀρείων, ονος, ὁ, ἡ, præſtantior. *propr.* armis præſtantior. ab Ἄρης, Mars: prælium.

Ἠέπερ, *conj.* quam. ex ἢ, *Poët.* ἠὲ, quam: & περ.

Comparativa, mediante particula ἢ, vel ἤπερ, & ἠέπερ, varios caſus adſciſcunt, ſed ita, ut ſequentium verborum ratio habeatur. POSSEL. *Synt. Gr. p.* 30. 31.

v. 261.

Ὁμιλέω, ῶ, in cœtu aliquorum verſor. & *generaliter*: converſor, commercium *vel* conſuetudinem habeo cum quo, verſor cum quo. ab ὅμιλος, ου, ὁ, cœtus, turba.

Ἀθερίζω, ſperno, rejicio, contemno, parvi pendo, *ſcil.* velut ſpicas degeneres. ab ἀθὴρ, έρος, ὁ, ariſta, pars ſpicæ acuta: ſpica: ſpica degener.

v. 262.

Ἴδον, vidi. aor. 2. ind. Act. } v. εἴδω, video.
Ἴδωμαι, videbo. aor. 2. ſubj. Med. }

v. 263.

Ποιμένα λαῶν] Sic translata voce a cuſtodibus pecorum appellare Reges & Principes Homerus ſolet, ſignificans, illorum officium idem eſſe, quod paſtorum. Nam, ut illi de pabulis proſpiciunt pecudibus, ut curant atque enutriunt, ut omnem vim ab illis propulſant: ita Principum officium eſt, omnibus commoditatibus augere ſubditos, & ab omnibus injuriis defendere. CAMER. Conf. Mich. V. 2. Ἐκ σῦ μοι ἐξελεύσεται, τῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τῦ Ἰσραήλ.

Ἰσραήλ· cum Matth. II. 6. Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. & vide in poſteriorem locum WOLFII *Cur Philol.* RAPHELII *Annotat. in N. T.* GEORG. DAV. KYPKE *Obſervat. Sacr. in N. T. Tom. I. p. 6.*

v. 264.

Ἀντίθεος, ου, ὁ, ἡ, æquiparandus Deo, ſimilis Deo, divinus. ex ἀντί, quod *h. l. æqualitatem* denotat; & Θεός, Deus.

Πολύφημον] Non utique *Cyclopem* illum, ſed *Lapitharum* Ducem quendam. CLARK.

v. 265.

Ἐπιείκελος, ου, ὁ, ἡ, ſimilis. ex ἐπί & εἴκελος, η, ον, *idem.* quod ab εἴκω, ſimilis ſum.

v. 266.

Κάρτιστος, ίστη, ιστον, idem quod κράτιστος, *per Metatheſin:* fortiſſimus, validiſſimus. *Superlat.* a κράτος, robur.

Κεῖνος, η, ο, pro ἐκεῖνος, ille.

Ἐπιχθόνιος, ου, ὁ, ἡ, terreſtris, in terris verſans. ex ἐπί & χθών, νός, ἡ, terra, humus.

v: *267.

Ἔσαν, erant. imperf. ind. *Poët.* pro ἦσαν, v. εἰμί, ſum.

Μάχεσθαί τινι, pugnare cum quo. *Certandi* verba Dat. regunt, per Ell. præp. σύν.

v. 268.

Φήρ, Φηρός, ὁ, fera. 2.) centaurus. *Euſtath.* Φῆρες, ἀντί τοῦ Θῆρες, Αἰολικῶς.

Ὀρεσκῷος, ου, ὁ, ἡ, pro ὀρεσίκοιος, *facta Syncope, mutatoque* οι *in* ω, in montibus degens *vel* cubans. ex ὄρος, εος, τό, mons; & κείω, jacere *ſeu* cubare cupio.

Ἐκπάγλως, *h. l.* audaciſſime & atrociter. ab ἔκπαγλος, ου, *per Metatheſ.* pro ἔκπλαγος, terribilis. Ἀπόλεσσαν, interfecerunt.

v. 269.

Μεθομιλέω, ῶ, verſor, commercium habeo cum aliquo. ex μετά & ὁμιλέω, *idem.* (*v.* 261.)

v: 270.

Τηλόθεν, *adv.* procul, e longinquo, eminus. a τῆλε, *adv.* procul, longe.

Ἄπιος, longinquus. ἐξ ἀπίης γαίης, *i. e.* ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς

καὶ

καὶ μακρὰν ἀπεχύσης γῆς, inquit *Scholiaſtes* ab ἄπειμι, abſum. *vel*, Ἀπίης, i. e. τῆς Πελοποννήσυ, ab Apide, filio Phoronei.

V. 271.

Κατ' ἐμ' αὐτὸν, *pro mea virili*, pro meis viribus, pro mea facultate, per me ipſum.

Οὔτις, ιος, ὁ, ἡ, nemo, nullus.

V. 272.

Βροτὸς, ῦ, ὁ, mortalis: homo.

Μαχέοιτο, pugnet, pugnaret: pro μαχοῖτο, *Jonica diſſolutio diphtongi circumflexæ.* præſ. opt. v. μαχέομαι, ῦμαι, pugno.

V. 273.

Μὲν, *h. l.* tamen. Βυλέων, (conſiliorum) *conſilia*, genit. plur. *Jon.* pro βυλῶν, a βυλὴ, conſilium. μεῦ βυλέων, mea conſilia.

Ξύνιον, audiebant. pro ξυνίεν, quod pro ξυνίεσαν. imperf. ind. v. ξυνίημι, audio, intelligo. *cum Genit.*

V. 274.

Ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες (*Æol.* pro ὑμεῖς) *Auſcultate vos mihi ſeni juvenes, cui etiam Juveni auſcultarunt Senes.* CLARK.

V. 275.

Τόνδ'] ab iſto, ab eo.

Ἀποαίρεο, aufer, auferas. 2. ſing. præſ. imper. Med. *Jon.* pro ἀφαίρεσο, ſeu ἀφαιρῦ, v. ἀφαιρέω, aufero.

V. 276.

Ἔα, ſine. præſ. imperat. v. ἐάω, ſino, permitto.

Ὡς οἱ πρῶτα] ὡς αὐτῷ ἐξ ἀρχῆς.

V. 277.

Θέλ' *pro* θέλε, velis. Ἐριζέμεναι, contendere. præſ. infin. *Dor.* pro ἐρίζειν, v. ἐρίζειν, contendo, certo.

V. 378.

Ἀντιβίην, *adv.* contra, e contrario, ex adverſo. propr. eſt accuſ. fœm. ab ἀντίβιος, contrarius, adverſus. quod ex ἀντὶ & βία, vis.

Ἔμμορε, ſortitus eſt. præt. ind. Med. *per Metatheſin*, pro μέμορε, v. μείρω, divido, partior. μείρομαι, ſortior, nanciſcor, accipio.

Ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς, (*plene*: ἐξ ὁμ. ἔμμ. τιμ.) ſimilem ſortitus *ſeu* nactus eſt honorem.

v. 279.

Σκηπτῦχος, ου, ὁ, ſceptrum geſtans, ſceptriger. ex σκῆπτον, pro σκῆπτρον, ſceptrum; & ἔχω, habeo. Vid. ad *v.* 15. *annot.*

Κῦδος, εος, τὸ, gloria, decus.

Veteres a Jove regnum tribui credebant: indeque *Reges* Homero paſſim dicti Διογενεῖς, Διοτρεφεῖς, *a Jove geniti ac nutriti.* ex. gr. *v.* 176. FEITH. *Ant. Hom. Lib. II. Cap. I.* §. *IV.*

v. 280.

Γείνατο, generavit. aor. 1. ind. Med. *Jon.* pro ἐγείνατο, v. γείνομαι, gignor, naſcor. 2.) *active*, gigno, procreo.

v. 281.

Πλεόνεσσιν, pluribus. pro πλείοσι. *Poët.* ita *v.* 4. κύνεσσι, pro κυσὶ. *v.* 288. πάντεσσι, pro πᾶσι.

v. 282.

Παῦε τεὸν μένος, *compeſce tuam iram.* Παύειν cum accuſativo rei non ſemel eſt apud Homerum, v. c. *h. l. I. v.* 260. &c. ERN. ad *Xenoph. Memor. Lib. IV. C. II. v.* 17.

v. 283.

Μεθέμεν, deponere. aor. 2. infin. Act. *Jon.* pro μεθεῖναι, v. μεθίημι, dimitto, miſſum facio, depono.

Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ, Precabor Achillem.

Ὃς μέγα πᾶσιν] Hac Achillis commendatione oſtendit Neſtor, quanto ſit Græcis ille præſidio, ut etiam hoc pacto ipſum Agamemnoni anteponere videatur, cum nihil tale de eo prædicet: itaque tacite quodammodo Agamemnonem ad iræ remiſſionem excitat, quaſi iſto belli propugnaculo ipſe idem carere non poſſit. SPOND.

v. 284.

Ἕρκος, εος, τὸ, ſeptum, vallum, propugnaculum. ab εἴργω, *Poët.* ἔργω, includo, in carcerem conjicio.

Πέλω, vel πέλομαι, ſum.

v. 286.

Μοῖρα, ας, ἡ, pars, portio: officium, munus, quod convenit alicui, dignum eo eſt. κατὰ μοῖραν, *convenienter.* κατὰ cum Genit. & Accuſ. adverbiaſcit. a μείρω, partior, divido. — CAM. Κατὰ μοῖραν vertit: *ita ut res eſt, pro vera parte locutus es.* Significat (*inquit*) hæc vox: *quod*

res,

res, *verum*, *debitum eſt.* Significat 2.) *officium.* 3.) *fatum* κατ' ἐξοχήν. Intelligitur enim pars divinitus deſtinata.

v. 287.

Περὶ, cum Genit. *h. l.* præ, ultra, ſupra.

v. 288.

Πάντων κρατέειν, pro ὑπὲρ πάντων κρατέειν, (*contr.* κρατεῖν) omnibus dominari. *ad verbum*: poteſtatem *ſeu* imperium habere ſuper omnes. Vid. *v.* 79.

v. 289.

Σημαίνω, *propr.* ſignum do, vel, ſigno dato aliquid præcipio. *Generaliter*, ut *h. l.* præcipio, impero, præſum. a σῆμα, τος, τὸ, ſignum, nota.

Πείσεσθαι, perſuaſurum.

v. 290.

Ἔθεσαν, *h. l.* fecerunt. aor. 2. ind. Act. v. τίθημι, pono. *h. l.* reddo, facio.

Θεοὶ αἰὲν ἐόντες] i. e. ἀθάνατοι, *Dii immortales.* Et eſt ſententia: Ideone, ſi divino beneficio bellator eſt, convicia etiam ad maledicendum ſuppetunt, *h. e.* procacem & contumelioſum eſſe oportet? CAM.

v. 291.

Τοὔνεκά οἱ] τούτου χάριν αὐτῷ.

Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι] *Euſtathius* interpretatur, "*Ideone ſermonem ejus etiam prævertunt contumeliæ?*" Alii, προθέουσιν, *active* accipiunt, ut ſit, "*Ideone ei* [προτρέπουσιν] *permittunt*, [vel, *ideone eum impellunt*,] *ut contumelias effundat?*" Reddi tamen poteſt, etiam ſimpliciſſime: "*Ideone ei* [æquum eſt ut] *effundantur contumeliæ inter loquendum?*" CLARK. Canter. Lect. N. 1. 3. putat eſſe antique dictum pro προτιθεῖσι. Sed nec hoc poteſt eſſe *ſinunt*, *permittunt*, quod ſenſus deſiderat. ERN.

Προθέω, præcurro, antecurro. ex πρὸ & θέω, curro.

Ὄνειδος, εος, τὸ, probrum, dedecus, exprobratio.

Μυθέομαι, οῦμαι, dico, dictito, loquor. a μῦθος, verbum, dictum.

v. 292.

Ὑποβλήδην, *adv.* interpellato ſermone. Magis *Poëticum* eſt. *Heſych.* ὑποβλήδην, ὑποβάλλων τὸν λόγον, πρὶν σιωπῆσαι τὸν λέγοντα.

λέγοντα. HOOGEV. ad VIGER. *Idiot. Cap. VII. Sect. I. §. XIV.* (*N.* 6.) ab ὑποβάλλω, ſubjicio : interloquor.

v. 293.

Δειλὸς, ὴ, ὸν, miſer, pauper. *h. l.* timidus, ignavus.

Καλεοίμην, vocaret; vocer. præſ. opt. Paſſ. v. καλέω, voco.

Ἦ γάρ — καλεοίμην] Certe — eſſem. Καλεῖσθαι enim Græcis ſæpe εἶναι ſignificat. Sic in S. Scr. Luc. I. 76. Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ. *Et tu, puerule, propheta Summi Dei eris.* Matth. V. 9. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί. ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται· *Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei erunt.* & alibi. Ita & *nominari* & *vocari* Latinis *eſſe* aliquando notant. SCHERPEZ. Vid. etiam GEORG. *Vindic. N. T. a Ebr. p.* 121.

v. 294.

Πᾶν ἔργον, *pleno : κατὰ πᾶν ἔργον*, in omni re.

Ὑπείξομαι, cedam, ceſſero. fut. 1. ind. Med. v. ὑπείκω, cedo, concedo, obſequor, obtempero. ex ὑπὸ & εἴκω, cedo.

Ὅ, τί κεν, *Poët.* pro ὅ, τι & κεν.

v. 295.

Ἐπιτέλλεο, impera. *Jon.* pro ἐπιτέλλου, præſ. imperat. Med. v. ἐπιτέλλω, faciendum injungo, jubeo, mando. ex ἐπὶ & τέλλω, *inuſit.* facio, fio.

v. 296.

Σήμαινε·] Noli imperium poſthac uſurpare in me. *Il.* B. 805.

Πείσεσθαι, *me* obtemperaturum.

v. 297.

Ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο (*Jon.* pro βάλλου) σῇσι, (*Jon.* pro σαῖς,] in animo tuo *vel* mente tua teneto.

v. 298.

Χερσὶ μὲν] *non decertabo manibus*, h. e. non tecum manus conſeram ob puellam.

v. 299.

Οὔτε τῳ, *Attice*, τινί.

Ἀφέλεσθε, aufertis, abſtuliſtis. *Jon.* pro ἀφείλεσθε, aor. 2. ind. Med. v. ἀφαιρέω, aufero, adimo.

Ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες· quoniam mihi eripitis, quam dediſtis.

v. 300.

Θοῇ παρὰ νηΐ, velocem apud navem.

v. 301.

v. 301.

'Ανελὼν, auferens. aor. 2. part. v. ἀναιρέω, ῶ, aufero, tollo.

Φέροις ἀνελὼν, auferes abripiens *vel* captum.

'Αέκοντος ἐμεῖο, me invito. ἀέκων, ουσα, ον, invitus. ex α priv. & ἑκὼν, οῦσα, ὀν, voluntarius, qui ſponte aliquid facit.

v. 302.

'Ει δ' ἄγε μὴν] *Sin autem; age* &c.

Πείρησαι, fac periculum. aor. I. imper. Med. v. πειράω, ῶ, conor, nitor, tento, experior. a πεῖρα, ας, ἡ, conatus, periculum.

Γνώωσι, cognoſcant. aor. 2. ſubj. Act. *Poët.* pro γνῶσι, v. γινώσκω, cognoſco.

v 303.

'Αἶψα, *adv.* ſtatim continuo, cito, celeriter.

Κελαινὸς, ἡ, ὸν, niger, ater. *quaſi* μελαινὸς, a μέλας, niger.

'Ερωέω, ῶ, eo. 2.) *h. l.* fluo, mano. 3.) impetu feror.

Δόρυ, δόρατος & δυρός, τὸ, haſta.

v. 304.

"Ως τώ γ'] οὕτως οὗτοι.

'Αντίβιος, ία, ιον, & ος, ου, ὁ, ἡ, contrarius, adverſus.

Μαχεσσαμένω, contendentes. nomin. dual. aor. I. part. Med. v. μαχέομαι, pugno, prælior: contendo, rixor. Potuiſſet, non indignantibus Muſis, dicere μαχησαμένω. Ita *v.* 54. καλέσσατο, pro καλήσατο. Vide *ibid.* dicta.

v. 305.

'Ανστήτην, ſurrexerunt. 3. dual. aor. 2. ind. Act. *Poët.* pro ἀνεστήτην, v. ἀνίστημι, ſurgo.

Λῦσαν δ' ἀγορὴν, dimiſerunt autem concionem.

v. 306.

'Είσος, ση, σον, *Poët.* pro ἶσος, æqualis, æquabilis.

Νῆες ἔισαι ſunt *bonæ, bene ædificatæ.* ERN.

v. 307.

"Ηϊε, ivit, abiit. perf. ind. Med. *Jon.* pro ἦε, v. εἶμι, eo.

Σύν τε Μενοιτιάδῃ] σὺν τῷ Μενοίτιου υἱῷ, Πατρόκλῳ, καὶ τοῖς Μυρμιδόσι. κεχώρικε δὲ τῶν λοιπῶν ἑταίρων τὸν Πάτροκλον, κατ' ἐξοχήν. *Schol.*

v. 308.

'Ατρείδης δ' ἄρα νῆα] Vocula iſta, ἄρα, nequaquam ſupervacanea eſt; ſed vim habet in *connectenda ſententia* cum

eo,

eo, quod præceſſit. *v.* 141. Νῦν δ᾽ ἄγε, νῆα μέλαιναν &c. CLARK.

Ἅλαδε, *adv.* ad mare, in mare. ab ἅλς, mare.

Προερύω, protraho : *deduco.*

v. 309.

Ἐς δ᾽ ἐρέτας] εἰς αὐτὴν δὲ καὶ κωπηλάτας.

Κρίνω, *h. l.* eligo, ſeligo, ſecerno.

Ἐείκοσι, *Poët.* pro εἴκοσι, viginti.

Ἐς δ᾽ ἑκατόμβην] εἰς αὐτὴν δὲ καὶ ἑκατόμβην.

v. 310.

Βῆσε, impoſuit. aor. 1. ind. Act. *Jon.* pro ἔβησε, v. βαίνω, gradior, eo, *Tranſitive*, impono.

Ἀνὰ δὲ] ἀναγαγὼν δὲ εἰς τὴν ναῦν.

v. 311.

Εἷσεν, collocavit. aor. 1. ind. Act. v. ἕω, ſedere facio, colloco.

Ἐν - έβη, inſcendit. v. ἐμβαίνω, ingredior : inſcendo.

Πολύμητις, ιος, ὁ, ἡ, abundans conſilio & prudentia, valde prudens & ſapiens, peritus. ex πολὺς & μῆτις, ιος, ἡ, conſilium : prudentia.

v. 312.

Ἐπιπλέω, ſupernavigo. ex ἐπὶ & πλέω, navigo.

Ὑγρὸς, ρὰ, ρὸν, humidus, madidus.

Κέλευθος, ου, ἡ, via. *plur.* τὰ κέλευθα, viæ.

Ὑγρὰ κέλευθα] τὴν διὰ θαλάσσης ὁδὸν : maria humida. *Virg.*

v. 313.

Ἀπολυμαίνομαι, purgor, luſtror. ex ἀπὸ & λυμαίνομαι, *idem.*

Ἀνώγω, jubeo, hortor, ſuadeo, inſtigo.

v. 314.

Λῦμα, ατος, τὸ, purgamentum, ſordes.

v. 313. - 314.

Variis de cauſſis *Luſtrationes* a priſcis uſurpatæ. Cujusmodi hæc Agamemnonis juſſu ſolenniter facta in exercitu Græcorum, cum Apollo ob injurioſe habitum ſacerdotem eſſet placandus. FEITH *Lib. I. Cap. VI.* §. *IV. Sordes*, quas in Luſtrationibus abſterſerant, ab oculis hominum, veluti res profana, remotæ fuerunt. Et ſi juxta mare luſtrabantur, ſordes in id mittebant : quod *h l.* faciunt Græci. POTTER. *Tom. I. p.* 247.. *Ceterum de Luſtrationi-*

 bus

bus veterum Gentilium inter multos alios prolixe egerunt JOH. LOMEIER, & ANT. BANIER. *prior* in ſuo toto hac de re *Syntagm. poſterior* in ſuo ſæpe jam citato Tractatu, *Tom. I. Lib. IV. Cap. VI. p.* 881. *ſqq.*

v. 315.

Ἔρδω, facio. *h. l.* ſacrifico.

Τελήεις, ήεσσα, ῆεν, perfectus: eximius, ſolennis. a τέλος, finis. Vid. dicta ad *v.* 65. 66.

v. 316.

Θὶν, θινὸς, ὁ, ἡ, *h. l.* littus, ripa.

Ἀτρύγετος, ου, ὁ, ἡ, ſterilis, infructuoſus. ex α priv. & τρύγη, ης, ἡ, triticum, hordeum. *Vel* ἀτρύγετος ἅλς, quod τρυγᾶσθαι, *exſiccari*, nequeat. *Vel* ſecundum *Plinium*, ἀκαταπόνητος, *indomitus*. a τρύχω, vexo & attero.

v. 317.

Οὐρανὸν, pro εἰς οὐρανὸν, in cœlum.

Ἑλίσσω, *vel* ἕλω, volvo, circumvolvo, complico.

Καπνὸς, οῦ, ὁ, fumus.

Ἑλισσομένη περὶ καπνῷ, circumfuſus fumo.

v. 318.

Τὰ] ταῦτα.

Πένομαι, facio, efficio, ago: elaboro; adminiſtro.

Κατὰ, per.

v. 320.

Mittebantur κήρυκες, *præcones* ad perferenda nuntia, vel ad aliquem accerſendum. Sic Agamemnon *h. l.* mitttit Talthybium & Eurybatem ad Briſeidem ab Achille traducendam. FEITH. *Lib. II. Cap. V. §. III.*

v. 321.

Τώ οἱ ἔσαν] οἵτινες αὐτῷ ἦσαν.

Ὀτρηρὸς, ρὰ, ρὸν, celer, ſedulus, diligens. ab ὀτρύνω, incito.

Θεράπων, οντος, ὁ, miniſter, famulus, ſervus.

v. 322.

Ἔρχεσθον, abite. præſ. imper. num. dual. ab ἔρχομαι.

Κλισίην, pro εἰς τὴν κλισίαν, ad tentorium.

v. 323.

Χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν] Vel eſt Attico more Infinitivus in ſignificatione Imperativi. Quale & hoc *Iliad.* B. *v.* 10.

Πάντα

Πάντα μάλ᾽ ἀτρεκέως ἀγορευέμεν·

Nihil eſt omnino hoc apud Græcos uſitatius. *Priſciano* quidem ἐλλειπτικῶς dici videtur, ut deſit verbum finitum: *jubeo*, *volo*, *impero*; ſed poteſt etiam ſic accipi, ut Infinitivus apponatur ad verbum finitum ἔρχεσθον ἀγέμεν, *ite ducere.* ſicut hoc paulo poſt: δῶκε δ᾽ ἄγειν. Et ſimili figurâ *Terent.* Hecyra: *introiit videre.* Et Phormion. *Vultis eamus viſere.* Uſitatior eſt poſterior ſupini vox in hac forma Latinis, ut fieret illud: *eamus viſum.* CAMER.

v. 324.

Δώησιν, dederit. 3. ſing. aor. 2. opt. Act. *Jon.* pro δώῃ, & hoc *Attic.* pro δοίη, v. δίδωμι, do.

v. 325.

Ἐγὼ δέ κεν — πλεόνεσσι] *Ipſe illam, cum exercitu veniens, auferam.* CLARK.

Ῥίγιον, magis horrendum, durius, acerbius. *Comparat.* a ῥῖγος, εος, τὸ, rigor, frigus vehemens.

v. 326.

Προΐει, præmittebat. imperf. ind. Act. *contr.* pro προΐεε, a verbo *inuſit.* προΐέω, præmitto. Vid. ad *v.* 3.

v. 327.

Βάτην, iverunt 3. dual. aor. 2. ind. Act. *Dor.* pro ἐβήτην, v. βαίνω, eo.

v. 328.

Ἱκέσθην, pervenerunt. 3. dual. aor. 2. ind. Med. v. ἱκνέομαι, ἵκομαι, venio, pervenio.

v. 329.

Παρὰ, cum Dat. *h. l. vicinitatem* notat, & exponitur: *apud*, *prope*, *juxta.*

v. 330.

Οὐδ᾽ ἄρα τώγε] οὐδὲ δὴ τούτους.

v. 331.

Ταρβήσαντε, perterriti. nom. dual. aor. 1. part. Act. v. ταρβέω, ῶ, paveo, timeo, trepido. 2.) vereor, honoro, a τάρβος, εος, τὸ, terror, timor.

Αἴδομαι, revereor. ab αἰδὼς, pudor: reverentia.

v. 332.

Στήτην, ſteterunt. 3. dual. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἐστήτην, v. ἵστημι, ſto.

Ὀυδέ τι μιν προσεφώνεον] *Silentio iſto* ſignificantius, quam ullo ſermone potuiſſent, & *Agamemnonis* honori, & *Achillis*, & *ſuæ* etiam *ipſorum* ſaluti, conſulunt. Ut recte hic annotavit *Popius*, & Domina *Dacier*. CLARK.

Προσφωνέω, ῶ, alloquor, compello, acclamo.

Ἐρέοντο, interrogabant. imperf. ind. Med. *Jon.* pro ἤροντο, v. ἔρομαι interrogo, rogo.

v. 333.

Ἧισιν (dat. plur. *Jon.* pro αἷς) ἐνὶ φρεσὶ, ſua in mente.

Φωνέω, *h. l.* dico, loquor.

v. 334.

Χαίρετε, ſalvete, avete. a χαίρω, gaudeo, lætor.

Χαίρετε, κήρυκες,] *Præconum* genus ſacroſanctum habetur, quos violari nefas putatur, omnium gentium, i. e. ipſius naturæ, judicio. Neque hi ſolum humanarum, ſed etiam divinarum quondam rerum interpretes & promulgatores erant. Ob eam magis cauſſam Poëta *nuntios Jovis & hominum* appellat, quam quod genus illorum referretur ad Κήρυκα quendam, filium Mercurii, ſuſceptum a Pandroſo Cecropide, Jovis nepotem. CAMER. add. POTTER. *Arch. Gr. Tom. I. p.* 228. *& II. p.* 56.

v. 335.

Ἆσσον, *adv.* prope, propius.

Ἴτ', pro ἴτε, accedite. præſ. imper. v. εἶμι, eo, vado, venio.

Ὕμμες, *Æol.* pro ὑμεῖς.

Ἐπαίτιος, ου, ὁ, ἡ, qui eſt in culpa, culpandus. ex ἐπὶ & αἰτία, cauſſa; culpa.

v. 336.

Σφῶϊ, vos. accuſ. dual. a σύ, tu. Προΐει, *h. l.* miſit. Ita Γ. *v.* 118.

v. 337.

Διογενὲς, generoſe. Vocat. ſing. a διογενὴς, έος, ὁ, ἡ, e Jove genitus *ſeu* ortus. 2.) generoſus, divus, nobiliſſimus. ex Ζεὺς, διός, & γείνομαι, naſcor.

Πάτρoκλεις, pro Πατρόκλεες. Vocat. ſing. a Πατροκλέης, ῆς. Flectitur cum duplici craſi. Genit. έεος, έους, ῦς.

v. 338.

Σφῶϊν δὸς ἄγειν, ipſis trade, ut abducant, da eis abducendam.

Τὼ

Τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔςων] *Ipſi autem teſtes ſint.*

v. 339.

Πρὸς, cum Genit. *h. l.* coram.

Μάκαρες, *Beati*; dicuntur *Dii*, quia omnium beatiſſimam vitam degunt.

v. 340.

Ἀπηνὴς, έος, ὁ, ἡ, crudelis, immitis, ſævus, durus, trux.

v. 341.

Χρειὼ, όος, ȣ̃ς, ἡ, *Poët.* pro χρεία, ας, ἡ, opus, uſus.

Ἀεικὴς, έος, ὁ, ἡ, indecens, indecorus. *h. l.* durus, aſper. ex α priv. & εἴκω, ſimilis ſum.

Ἀμύνω, auxilior, opem fero. *h. l.* propello, arceo.

v. 342.

Ὀλοῇσι, perniciofis. dat. plur. *Jon.* pro ὀλοαῖς, ab ὀλοὸς, ἡ, ὸν, perniciofus, exitiofus. ab ὄλλυμι, perdo.

Θύω, *h.l.* cum impetu quaſi furibundus feror: furo, inſanio.

v. 343.

Ὀυδέ τι οἶδε] Periphraſi hac dicit, illum deſipere, neque ſcire conſulere Reipublicæ. Nam *prudentis* eſt, de priorum conſideratione facere futurorum judicia. CAM.

Πρόσσω, *adv.* ante ſe, in anteriorem partem: *præſentia.*

Ὀπίσσω, *adv.* retrorſum, retro, a tergo: *futura.*

v. 344.

Ὅππως, ut, quomodo. *Poët.* pro ὅπως.

Σόος, ſalvus, incolumis.

Ὅππως οἱ — Ἀχαιοί] *Haud ſecum animo præcepit Agamemnon, qua ratione Trojanos claſſem ipſam Achivorum, ſimul atque Ego abiero, oppugnaturos repellat.* CLARK.

v. 346.

Ἄγαγε, duxit. aor. 2. ind. Act. *Att.* & *Jon.* v. ἄγω, duco.

v. 347.

Δῶκε, dedit, tradidit. pro ἔδωκε, v. δίδωμι, do.

Ἴτην, ibant. 3. dual. imperf. ind. Act. v. εἶμι, eo.

v. 348.

Ἅμα τοῖσι, una cum his, *ſcil.* præconibus.

Κίω, vado, eo. κίε pro ἔκιε, imperf. *ibat.*

348. 349.

Ἀχιλλεὺς δακρύσας] *Heroas* Homericos *lacrimantes*, nominatim *Achillem*; ſive potius Homerum, lacrimantes

 indu-

inducentem, bene defendit Cl. *Riccius Diſſ. Hom. XIII.* ERNEST.

v. 349.

Ἄφαρ, *adv.* ſtatim, continuo.

Νόσφι, *vel* ιν, *adv.* ſeorſum. ἑτάρων νόσφι, ſeorſum a ſociis.

Λιάζω, agito, jacto, turbo; ſeparo. λιάζομαι, ſeparo me, ſecedo.

Ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο] Solebant, qui ſe lacrimis & dolori darent, egredi, & e conſpectu hominum diſcedere. Hom. *Odyſſ.* Φ. *v.* 90. κλαίοντες ἐξελθόντε, *flete egreſſi. Terent.* Hecyr. III. 3: 16. *Corripui illico me inde lacrymans*; ubi Donatus: *Ardens ſcilicet dolore. Et eſt cauſa, cur cito exierit.* Vid. & *Pricæum* ad Matth. XXVI. 75. SCHERP.

v. 350.

Θῖν' ἐφ' pro ἐπὶ θῖνα. Πολιὸς, ὰ, ὸν, canus, albus, candidus: *Canum* dicitur *mare*, propter ſpumam & fluctus.

Ὁρόων, *Poët.* pro ὁρῶν, videns, inſpiciens. v. ὁράω, ῶ.

Οἶνοψ, οπος, ὁ, qui vinei coloris eſt, rubicundus, purpureus, niger. ab οἶνος, ου, vinum, & ὄψις, εως, viſus, adſpectus.

Πόντος, ου, ὁ, pontus, mare.

Pontum οἴνοπα dicit *nigricantem*, de vini colore, cui maxime ſolet hoc apponere epitheton, ut appellet αἴθοπα οἶνον, i. e. *nigricans*, ut aduſta apparent. CAM. add. *Cel.* JO. CLERICI *Art. Crit. Vol. I. P. II. S. II. C. I.* §. 7.

v. 351.

Ἀράομαι, ῶμαι, precor, ſupplico, facio vota. *cum Dat.* ab ἀρὰ, preces.

Μητέρι φίλῃ] i. e. ἰδίᾳ, *matri ſuæ.* Φίλος Homero & aliis ſæpius eſt ἴδιος. *Il.* Γ. *v.* 162. φίλον τέκος, *mea filia. Il.* Φ. *v.* 276. φίλη μήτηρ, *mea mater.* & alibi. SCHERP.

Ὀρεγνὺς, extendens. part. præſ. v. ὀρέγνυμι, porrigo, extendo.

v. 350 - 351.

Moris fuit, ut *ſupplicantes manus ſupinas protenderent.* FEITH. *III.* 14. §. 3. Porro, *Marinos* ad Deos preces qui funderent, *mare* verſus manus expandebant. Hoc geſtu Achilles *h. l.* precatur Thetidem matrem. LAKEM. *P. III. Cap. II.* §. *VIII.* POTTER. *Tom. I. p.* 269.

v. 352.

Μινυνθάδιος, δία, διον, brevi tempore durans. a μίνυνθα, *adv.* parumper, paullulum, ad parvum temporis ſpatium. quod a μινύθω, minuo, imminuo.

v. 353.

Ὀφέλλω, *h. l.* debeo. Περ *h. l.* ſaltem, quidem.

Ὀλύμπιος] Jupiter cœleſtis & tonans.

Ἐγγυαλίζω, in manus trado. 2.) trado; præſto, tribuo. ex ἐν & γύαλον, ȣ, τὸ, manus cavitas: manus.

v. 354.

Ὑψιβρεμέτης, ȣ, ὁ, *q. d.* altifremens, altiſtrepens, altiſonans, altitonans. Epitheton *Jovis.* ex ὕψι, *adv.* alte, & βρέμω, ſono, ſtrepo. *Schol.* ὁ ἐν ὕψει ἠχῶν, ὅ ἐςι, βροντῶν· βρόμος δὲ κυρίως ὁ ἐκ τȣ πυρὸς ἦχος.

Τυτθὸν, *adv.* paululum, parum. a τυτθὸς, ἡ, ὸν, parvus, puſillus.

v. 356.

Ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας, *abſtulit, abduxit præmium.*

Si participium ἑλὼν dicamus abundare, evaneſcit notio *auferendi*, quam tamen in primis innuit Achilles, querens, prœmium ſuum ab Agamemnone ablatum. HOOGEV. *ad* VIGER. *Cap. VI. Sect. II. Reg. IV.* (*N.* 56.)

Ἀπȣ́ρας, poſtquam eripuit, cum abſtulit. aor. 1. part. Act. *per Syncop.* pro ἀπȣρίσας, v. ἀπȣρίζω, aufero, ſeparo. ab ἀφαρίζω, *idem.*

v. 357.

Δακρυχέω, lacrimas fundo. a δάκρυ & χέω, fundo.

Πότνιος, ια, ιον, venerandus, honorandus, auguſtus.

v. 358.

Βένθος, εος, τὸ, profunditas, profundum. a βάθος, εος, τὸ, *idem.*

v. 359.

Καρπαλίμως, *adv.* cito, raptim. a καρπάλιμος, ȣ, ὁ, celer, rapidus. *quaſi* ab ἁρπάλιμος, ab ἁρπάζω, rapio.

Ἀνέδυ, prodiit. imperf. *vel* aor. 2. ind. Act. *v.* ἀναδῦμι, *vel* δύω, prodeo, emergo. ex ἀνὰ & δύω, δῦμι, ſubeo.

Ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, emerſit e cano mari. Vid. *v.* 496.

Ἠΰτε, *adv.* ſicut, velut, tanquam. *Jon.* & *Poët. dialyſi*, pro ἦυτε.

 Ὀμί-

Ὁμίχλη, ης, ἡ, nebula, caligo.

v. 360.

Πάροιθ᾽ (pro πάροιθε) αὐτοῖο (pro αὐτȣ̃) ante ipſum, coram eo. Adverbia *loci* gaudent, quando caſum adſciſcunt, Genitivo.

v. 361.

Καταρέζω, demulceo manu. ex κατὰ & ῥέζω, facio.

Χειρί κατέρεξεν] *contigit, blandius attrectavit, & nominatim compellavit* CAM.

Ἐξονομάζω, nomine voco. 2.) loquor, verba facio. Apud Hom. frequenter *per Tmeſin* & *Jon.* ἔκ τ᾽ ὀνόμαζε.

v. 362.

Σε φρένας] *Attic.* pro σȣ̃ φρένας, qui utuntur Accuſ. pro Genit. *vel* potius pro εἰς φρένας, *Synecdoch.*

v. 363.

Ἐξαύδα, dic. præſ. imper. Act. *contr.* pro ἐξαύδαε, v. ἐξαυδάω, ῶ, eloquor, dico.

Κεύθω, occulo, *ſeu* occulto, abſcondo, celo.

Ἵνα εἴδομεν] ἵνα *h. l.* cum Indicativo conſtruitur, quod in hac vocis notione rarius eſt. Exempla in N. T. vide 1. Cor. IV. 6. ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τȣ̃ ἑνὸς φυσιȣ̃σθε. *ibid.* Cap. IX. 18. ἵνα ἀδάπανον θήσω. Apoc. XXII. 14. ἵνα ἔσαι. Conf. in *h. l.* WOLF. RAPHEL. KYPKE. PALAIR. aliosque.

v. 364.

Βαρυστενάχω, graviter gemo. ex βαρὺς & στενάχω, *Poët.* pro στενάζω, gemo.

v. 365.

Τίη; *Poët.* pro τί; cur? quid?

Εἰδυίῃ, *Jon.* pro εἰδυίᾳ, ſcienti. perf. part. Act. num. ſing. caſ. dat. gen. fœm. v. εἰδέω, *vel* εἴδημι, ſcio.

Ἀγορεύω, *h. l.* dico, loquor.

v. 366.

Ἱερὴν] ἱερὰν, μεγάλην καὶ θαυμαστὴν, magnam & mirandam.

v. 367.

Διεπράθομεν, diripuimus. aor. 2. ind. Act. v. διαπέρθω, devaſto, everto; depopulor.

v. 368.

Δάσσαντο, diviſerunt. *Jon.* & *Poët.* geminato σσ, pro ἐδάσαντο, aor. 1. ind. Med. v. δάζομαι, divido.

Μεʹτὰ σφίσιν, inter ſe.

V. 369.

Ἐκ — εἷλον, elegerunt. pro ἐξεῖλον, *vel* ἐξεῖλον. aor. 2. ind. Act. v. ἐξαιρέω, ῶ, ſecerno, eligo, ſeligo.

V. 371.

Χαλκοχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, æream loricam geſtans, ænea tunica indutus *vel* armatus. ex χαλκὸς, ῦ, æs, & χιτὼν, ῶνος, tunica.

V. 381.

Ἐπεὶ μάλα οἱ φίλος ἦεν] ἐπειδὴ πάνυ αὐτῷ προσφιλὴς ὑπῆρχεν.

V. 382.

Οἱ δέ νυ λαοὶ] Non ſupervacaneum eſt iſtud, νύ. Eam enim fere vim habet, ac ſi Latine dicas: *Milites vero ſtatim* &c. Ortum habet ſcilicet ex vocabulo νῦν. CLARK.

V. 383.

Ἐπασσύτεροι illi dicuntur facere, cum unus facit poſt alterum, continua ſerie, conferti, crebri, frequentes. ex ἐπὶ & ἆσσον, prope. ἀσσοτέρω, propius.

Θνῆσκον ἐπασσύτεροι, moriebantur catervatim; accumulata fuerunt funeribus funera

V. 384.

Πάντη, *adv.* ubique, undique, quoquo verſus, undequaque.

Ἄμμι, nobis. dat. plur. *Dor.* pro ἡμῖν.

V. 385.

Εὖ εἰδὼς ἀγόρευε, peritus in concione expoſuit,

Ἑκάτος, ου, *Jon.* οιο, ὁ, longe jaculans. Epithet. *Apollinis.*

V. 387.

Ἀτρείωνα] τὸν Ἀγαμέμνονα.

V. 389.

Ἑλίκωψ, ωπος, ὁ, ἡ, cui oculi ſunt nigri, *vel* rotundi, *vel* mobiles: pulcri. ex ἑλικὸς, ἡ, ὸν, volubilis: niger, & ὢψ, ὠπὸς, oculus. *vel* ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν τὰς κώπας, i. e. a remis circumvertendis.

V. 390.

Ἐς, pro εἰς, *h. l.* ad.

Δῶρα ἄνακτι] Victimas Apollini afferunt, quibus mactatis illius ira placari poſſit. *Regem* autem *Apollinem* proprie dixere. Quid enim lumine ſolis excellentius? CAM.

v. 391.

Νέον, *adv.* recens, nuper. a νέος, νέα, νέον, novus, recens.

Κλισίηθεν, e tentorio.

Ἔβαν, iverunt. *Bæot.* pro ἔβησαν, v. βαίνω, eo.

v. 393.

Εἰ δύνασαί γε] *ſi quidem potes.* Conf. Marc. IX. 22. ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν· & in *h. l.* WOLFII *Cur. Philol.* RAPHEL. *Annotat.* aliosque.

Περίσχεο, curam ſuſcipe, auxiliare. 2. ſing. aor. 2. imperat. Med. *Jon.* pro περίσχου, v. περιέχω *mutuantis fut.* 2. περισχῶ a περισχέω, contineo, defendo, adjuvo, curam ſuſcipio.

Ἑῆος] vel eſt ἑαυτῆς, i. e. *tui filii*; vel ἐῆος, *præſtantis & chari.* CAM.

v. 394.

Λίσσαι, precare. v. λίσσομαι, precor.

v. 395.

Ὄνημι, juvo, proſum, utilitatem adfero.

Ἤ, vel. — ἠὲ καὶ, vel etiam. Ἔπει, verbis.) (Ἔργῳ, re.

Κελαινεφέϊ Διὸς] τὸν Δία, περιφραστικῶς.

v. 396.

Πολλάκι, *adv.* ſæpe, ſæpius, frequenter.

Σέο, genit. ſing. *Jon.* pro σοῦ.

Μέγαρον, ου, τὸ, ingens domicilium, palatium. a μέγας, magnus. *Sed generaliter*, quæcunque domus. Ἄκουσα] ἤκουσα.

Πολλάκι γάρ σέο] σέο adjungendum ad εὐχομένης, ut ſit: *patris mei in ædibus audivi.* Hoc enim ita ſolet fere intelligi, cum *pater* aut *mater* tantum dicitur. CAM.

v. 397.

Εὔχομαι, *h. l.* glorior, jacto me.

Ἔφησθα, dicebas. 2. ſing. imperf. ind. Act. *Æol. paragoge* pro ἔφης, v. φημὶ, dico.

Κελαινεφὴς, έος, ὁ, ἡ, nubium obfuſcator, nubes atras reddens *vel* cogens. ex κελαινὸς, ἡ, ὸν, niger, ater: & νέφος, εος, τὸ, nubes.

Κρονίων, *i. e.* ὁ τοῦ Κρόνου παῖς, Saturni filius, *Jupiter* inprimis. a Κρόνος, ου, Saturnus. Ita Πηλείων, *i. e.* Πηλέως παῖς. v. 197.

Κελαιν. Κρον. *ab* atras nubes cogente Saturnio.

v. 398.

v. 398.

'Ἐν *h. l.* inter.

v. 399.

'Ὀππότε, quando. *Poët.* pro ὁπότε.

Ξυνδέω, *Attic.* pro συνδέω, colligo, connecto, vincio.

v. 400.

Ποσιδάων, ωνος, ὁ, *Dor.* pro Ποσειδῶν, Neptunus.

Optimo artificio Jovi hic ii memorantur fuiſſe inimici, qui a partibus jam ſtabant *Achivorum*, qui ut plectantur oratum mittitur Thetis. CLARK.

v. 401.

'Ὑπελύσαο, ſolviſti. 2. ſing. aor. 1. ind. Med. *Jon.* pro ὑπελύσω, v. ὑπολύω, *q. d.* ſubſolvo, ſubterſolvo.

Δεσμὸς, ȣ̃, ὁ, vinculum, ligamen.

'Ὑπελύσαο δεσμῶν, liberaſti *a* vinculis. pro ἀπὸ δεσμῶν.

v. 402.

'Ὦχ' pro ὦκα, ob ſequent. aſpirat. *adv.* ſtatim, celeriter. ab ὠκὺς, celer.

'Εκατόγχειρος, ȣ, ὁ, ἡ, centimanus. ex ἑκατὸν, centum, & χεὶρ, manus.

Μακρὸς, ρὰ, ρὸν, longus, prolixus. *h. l.* altus, excelſus. ex μᾶκος, *Dor.* pro μῆκος, εος, τὸ, longitudo.

v. 403.

Apud Hom. quæ διώνυμα reperiuntur, eorum quod ad *Deorum* appellationem nomen refertur, *antiquius* putandum; *recentius* autem, quod ad *Hominum.* CAM. Mihi ſic videtur: quæ *Eruditioribus* uſitata fuerint nomina, *Diis* tributa; quæ *Vulgo* magis trita, *Hominibus.* CLARK.

v. 404.

'Ὁ γὰρ — ἀμείνων] Patre ſuo *Neptuno* fortior.

v. 405.

Κῦδος, εος, τὸ, gloria, decus.

Γαίω, glorior, ſuperbio, efferor.

v. 406.

'Ὑπέδδεισαν, timuerunt. *Poët.* pro ὑπέδεισαν, v. ὑποδείδω, ſubvereor, ſubtimeo:

'Οὐδ' ἔτ' ἔδησαν] neque ad Jovem ligandum amplius aggreſſi ſunt. CLARK.

v. 407.

v. 407.

Μνάω, ῶ, in memoriam revoco. μνάομαι, recordor, memor ſum.

Παρέζεο, aſſide. *Jon.* pro παρέζυ, v. παρέζομαι, aſſideo.

Λάβε γούνων] *prebende genua. Supplicum* geſtus, de quo paulo poſt copioſius dicemus.

v. 408.

Ἐθέλῃσιν, velit. 3. ſing. præſ. ſubj. Act. *Jon.* pro ἐθέλῃ, v. ἐθέλω, volo. Jones tertiis perſonis ſingularibus Conjunctivi Act. & Med. in ῃ annectunt σ vel σιν. ita *v.* 324. δώῃσιν pro δῷ. WELL. *Gramm. Gr. p.* 173. & FISCH. *Animadv. in eam. p.* 191.

Ἀρήγω, ἐπαρήγω, auxilior, opem fero. *propr.* in bello. ab Ἄρης, Mars; bellum.

v. 409.

Πρύμνα, ης, ἡ, extrema navis pars, puppis. a πρυμνὸς, ἡ, ὸν, extremus, ultimus.

Ἔλσαι, agitare. aor. 1. infin. Act. *per Syncop.* pro ἐλάσαι, v. ἐλαύνω, agito, impello. — Ἔλσαι] intra naves & ad mare cogere morientes Græcos. CAM.

v. 410.

Κτείνω, interficio, occido.

Ἐπαύρομαι, fruor, utilitatem & fructum percipio. 2.) damnum accipio, pœnas luo.

Ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος] Latini Interpretes tranſtulerunt: *ut omnes fruantur rege.* Poterantne inſulſius? ἐπαύρωνται βασιλῆος eſt *plectantur propter regem, luant regis ſtultitiam.* ἐπαυρεῖν enim pro ἀπολαύειν *pœnas dare, damno afſici* frequenter apud Hom. aliosque legitur. Nec melius *Iliad.* Ζ. *v.* 352. — Ἐπαυρεῖν βασιλῆος eſt conciſa locutio, in qua ſubintelligitur κακὸν & ἐκ, aut ἕνεκα, ut integra ſit ἐπαυρεῖν κακὸν ἕνεκα βασιλῆος. Hæc immortalis memoriæ vir *J. G. Grævius* notavit ad Heſiod. Ἐργ. v. 240. Recte quoque hic *Moſchopulus* ἐπαυρῶ exponit τὸ ἀπολαύω. Præterea hunc Homeri locum videtur expreſſiſſe *Horat.* Lib. I. Epiſt. 2. 14.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

SCHERPEZ.

v. 412.

v. 412.

Ἄτη, ης, ἡ, damnum, noxa, culpa. Ἣν ἄτην, ſuam, culpam.

Ὅτ᾽ ἄριστον] ὅτι τὸν ἄριστον, ἀντὶ τοῦ, ἐμὲ τὸν Ἀχιλλέα.

v. 414.

Αἰνὰ, infeliciter, graviter, malo fato. pro αἰνῶς, *Poët.* ab αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis: malus, infelix.

v. 415.

Αἴθε, utinam, ſi. & *Apoc.* αἰ, ſed αἰ fit *Dorice* pro εἰ, hinc fit communiter εἴθε, & αἴθε pro εἴθε.

Αἴθε, εἴθε, ὡς, verbo ὄφελον, vel *Jon.* ὄφελλον, ſæpe præponuntur, ſequente mox Infinitivo: uſurpatur autem ut adverbium *optandi.* factum ex aor. 2. v. ὀφείλω, *debeo,* & aliquando invenitur in prima, ſecunda, & tertia perſona. Αἴθ᾽ ὄφελες ἧσθαι, *utinam ſederes.* VIGER. *Idiot. Cap. V. Sect. IX. Reg. IV. & V.*

Ἀδάκρυτος, ου, ὁ, ἡ, non lacrimans, ſine lacrimis.

Ἀπήμων, ονος, ὁ, ἡ, nullo damno adfectus, ſine incommodo, illæſus, ſalvus, incolumis. ex α priv. & πῆμα, ατος, τὸ, damnum.

v. 416.

Αἶσα, ης, ἡ, Parca, *fati præſes.* 2.) fatum. 3) ſors.

Μίνυνθα, *adv.* parumper, paulliſper, paullulum, ad parvum temporis ſpatium. a μινύθω, minuo.

Αἶσα μίνυνθα] fatum, *inquit*, impendet tibi paulo poſt. Nam fatale erat, poſt interemtum Hectorem mortem illum quoque oppetere. Quod tempus hac ira Achillis urgebatur. CAM.

Δὴν, *adv.* diu.

v. 417.

Ὠκύμορος, ου, ὁ, ἡ, qui ſubito fato abripitur, qui ſubito exitio perit, brevis ævi. ex ὠκὺς, velox, & μοῖρα, ἡ, fatum.

Ὀϊζυρὸς, ρὰ, ρὸν, ærumnoſus, calamitoſus, miſer. ab ὀϊζὺς, ύος, ἡ, ærumna, miſeria, calamitas.

Περὶ, cum Genit. *h. l.* ſupra.

v. 418.

Ἔπλεο, eras: *es.* 2. ſing. imperf. ind. v. πέλομαι, ſum. imperf. ἐπελόμην, ἐπέλου, *per Sync.* ἔπλου, & *per Diæreſin.* ἔπλεο.

Τῷ,

Τῷ, ideo, idcirco, quare.

Τέκον, peperi. *Jon.* pro ἔτεκον, v. τίκτω, pro τίκω, pario.

v. 419.

Τερπικέραυνος, ου, ὁ, fulmine gaudens. *Jovis* epithet. ex τέρπομαι, delector, & κεραυνὸς, ῦ, ὁ, fulmen.

Hom. *Jovem* vocat τερπικέραυνον, *fulgentem*, quique mittendis in terras fulminibus delectetur. Fulmina autem & tonitrua ad auctorem Jovem referri, notum. CAM.

v. 420.

Ἀγάννιφον] Si eſt ἄγαν νιφόμενον, *nivoſum* ſignificat. Quomodo autem *nivoſum* dicit nunc *Olympum*, & alibi ſemper eſſe ſerenitate nitidum, neque ventis concuti, neque imbribus madeſcere? Ergo vel *unde nives decidant*, vel etiam *unde nives abſint*, ut ſit ἄνευ νιφετῶν, vel *niveum*, i. e. *candidum & ſplendidum*, ut nunc hac appellatione αἰγλήεις, ut alibi dicitur, Olympus accipiatur. CAM.

Πίθηται, perſuadebitur: parebit. aor. 2. ſubj. Med. v. πείθω.

v. 421.

Πάρημαι, adſideo. ex παρὰ & ἧμαι, ſedeo.

Ὠκυπόρος, ου, ὁ, ἡ, cito permeans, citato gradu pervadens. 2.) celer, citus, velox. ex ὠκὺς & πόρος, tranſitus. quod a perf. Med. v. πείρω, tranſeo.

v. 422.

Μήνι', pro μήνιε, iraſcere. v. μηνίω, iraſcor.

Ἀποπαύεο, *Jon.* pro ἀποπαύου, abſtine. præſ. imper. Med. v. ἀποπαύω, ceſſare facio, cohibeo. ἀποπαύομαι, deſiſto, deſino.

Πολέμου (pro: ἀπὸ πολέμου) ἀποπαύεο, bello abſtine.

Πάμπαν, *adv.* prorſus, omnino, plane. a πάμπας, omnis. *ſupple:* ἐπὶ vel κατὰ πάμπαν μέρος, ex omni parte.

v. 423.

Ὠκεανὸς, ῦ, ὁ, Oceanus, mare circa terrarum orbem.

Μετὰ, *cum Accuſ.* ad.

Ἀμύμων, ονος, ὁ, ἡ, inculpatus. *h. l.* pius, & vivendi ratione ſimplex.

Αἰθίοψ, & Αἰθιοπεὺς, Æthiops.

v. 424.

Χθιζὸς, ἡ, ὸν, heſternus, pro χθὲς, heri. Græci enim elegan-

eleganter, cum quid volunt certo die factum eſſe, nomen iſtud, quo dies ſignificatur, perſonæ jungunt. Duo etiam in N. T. exſtant exempla. Phil. III. 5. περιτομῇ ὀκταήμερος, octavo die circumciſus. Joh. XI. 39. de Lazaro dicitur, Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐςι· jam putiſcit; abhinc enim quatuor diebus mortuus eſt. Conf. in *h. l.* WOLF. RAPH. HOMBERG. PALAIR. alios.

Δαὶς, δαιτὸς, ἡ, epulum, convivium. a δαίω, epulum præbeo.

v. 423. 424.

Græci Deos conviviorum in ſacrificiis participes credebant: quod multis locis teſtatum facit Homerus, nominatim *h. l.* ubi *Jupiter* dicitur *iviſſe convivatum ad ſacrificia Æthiopum, comitatus ceteris Diis.* Ex quo ritu & menſæ antiquitus in Græciæ templis ad ſimulacra diſpoſitæ; quibus varia fercula Diis ſuis apponebant. Maximam tamen victimæ partem ſibi aſſervabant, genialiter cibo potuque indulgentes. FEITH. *Lib. I. Cap. X.* §. *VII.* Adde POTTER. *Tom. I. p. 256.* RICC. *Diſſ. Hom XXIX.*

v. 426.

Ποτὶ, *Dor.* pro πρὸς, ad.

Χαλκοβατὴς, έος, ὁ, ἡ, qui æri *ſeu* æreis fundamentis inſiſtit. ex χαλκὸς, æs, & βάσις, εως, fundamentum.

Δῶ, pro δῶμα, ατος, τὸ, domus. *per Apocopen.* hoc autem dicitur *contr.* pro δόμημα. a δέμω, ædifico.

Χαλκοβατὲς δῶ] *Stabilem* utique, non *ſolidam*: ut recte innotavit *Domina Dacier.* Quanquam & *ſolidum* credebant Veteres *cœlum.* CLARK.

v. 427.

Γουνάζομαι, genibus innitor, genua amplectens oro. a γόνυ, νος, *Poët.* γουνὸς, τὸ, genu.

v. 428.

Ἀποβαίνω, deſcendo. *h. l.* diſcedo, abeo.

Αὐτοῦ, *loco adv.* ibi, illic. *plene:* ἐπ᾽ αὐτοῦ τόπου, in iſtoc loco.

v. 429.

Ἐΰζωνος, & ἐΰζωνος, ου, *Ion.* οιο, ὁ, ἡ, bene cinctus. 2.) formoſus, pulcer. 3.) expeditus. ex εὖ & ζώνη, ης, zona.

Ἐϋζώνοιο γυναικὸς, pro ἕνεκα ἐϋζ. γυν. propter mulierem eleganter cinctam.

v. 430.

v. 430.

'Απηύρων, auferebant. 3. plur. imperf. ind. Act. *contr.* pro ἀπηύρων, v. ἀπαυράω, ῶ, *q. d.* reſpirationem aufero, *i. e.* occido. *h. l.* aufero, eripio. ex ἀπὸ & αὔρα, ας, ἡ, aura, ventus.

'Αχέοντος, pro ἀπὸ ἀκέοντος, ab invito.

v. 432.

Λιμὴν, ένος, ὁ, portus.

Πολυβενθὴς, έος, ὁ, ἡ, multas profunditates habens. ex πολὺς & βένθος, εος, τὸ, profunditas.

'Εντὸς, *cum Genit.* intus, intra.

v. 433.

'Ιστίον, ου, τὸ, velum navis, textum, velum, velamen. ab ἱστὸς, οῦ, ὁ, malus navis.

Στείλαντο, *Jon.* pro ἐστείλαντο, contraxerunt. aor. 1. ind. Med. v. στέλλω, mitto. *h. l.* contraho: complico: colligo.

Θέσαν, poſuerunt. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔθεσαν, v. τίθημι, pono.

v. 434.

'Ιστοδόκη, ης, ἡ, in quod reclinatur malus navis, receptaculum mali nautici. ex ἱστὸς, malus navis, & δέκομαι, *Jon.* pro δέχομαι, recipio.

Πελάζω, propinquo, adpropinquo. *h. l.* admoveo: applico, appello. a πέλας, *adv.* prope.

Πρότονος, ου, ὁ, *ſcil.* κάλως, funis a malo ſummo ad proram tenſus, malumque firmans. rudens. πρότονοι, rudentes. a perf. Med. v. προτείνω, protendo.

'Υφέντες, demittentes. aor. 2. part. Act. v. ὑφίημι, ſubmitto, demitto.

v. 435.

"Ορμος, ου, ὁ, monile, *colli ornamentum. h. l. ſtatio* in portu.

'Ερετμὸς, οῦ, ὁ, & ἐρετμὸν, οῦ, τὸ, remus. ab ἐρέσσω, vel ἐρέτω, remigo.

v. 436—439.

Mirando admodum artificio Poëta in rebus *minutis* narrandis, & hic & alias, ſententias ſingulas ſingulis verſibus abſolvit. Quod ſemper in narratione *ſublimiori* longe aliter fit. Vide infra ad *B.* 102. & ad *I.* 210. 589. CLARK.

v. 436.

v. 436.

Εὐνὴ, ῆς, ἡ, cubile, lectus. *h. l.* ancora, *quod ad hanc navis conſiſtat & conquieſcat.* Ἐκ - ἔβαλον, pro ἐξέβαλον.

Πρυμνήσια, τὰ, funes, quibus navis religatur ad terram: retinacula. a πρύμνα, ης, ἡ, extrema navis pars, puppis. Vid. *v.* 476.

Κατὰ — ἔδησαν, alligaverunt.

v. 437.

Ῥηγμὶν, ῖνος, ἡ, ſciſſura. *h. l.* littus. a ῥήσσω, frango, rumpo: *quia in littore fluctus frangatur.* Ἐκ - βαῖνον, pro ἐξέβαινον.

v. 438.

Ἐκ — βῆσαν, pro ἐξέβησαν, expoſuerunt.

v. 439.

Ποντοπόρος, ου, ὁ, ἡ, pontum *ſeu* mare trajiciens, pontigradus: (*navi*) quæ mare ſulcaverat. ex πόντος, & perf. Med. v. πείρω, tranſeo. Ἐκ — βῆ, pro ἐξέβη, exiit.

v. 440.

Βωμὸς, οῦ, ὁ, ara, altare.

v. 445.

Πολύστονος, ου, ὁ, ἡ, multum gemens, multis gemitibus mixtus. *h. l.* multis gemitibus proſequendus, lamentabilis, luctuoſus, acerbus. ex πολὺς & στόνος, ου, ὁ, gemitus. quod a στένω, gemo.

Κῆδος, εος, τὸ, cura, ſollicitudo. *h. l.* dolor, mœror, luctus, moleſtia, ærumna.

v. 447.

Κλειτὸς, ἡ, ὸν, inclitus, celebris, præclarus. a κλείω, celebro.

v. 448.

Ἑξείης, *Poët.* pro ἑξῆς, deinceps, ordine. Eſt propr. Genitivus nominis ἑξὴ, *ſeries*, *ordo*, ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι, *proxime ſequi*, *cohærere*, cujus vocis Genitivus tantum remanſit in uſu. Quando igitur occurrit inſtar adverbii, ſubintell. κατὰ. Ex. gr. ἡ ἑξῆς ἡμέρα, integre eſt: ἡ καθ' ἑξῆς ἡμέρα, *dies*, *quæ in ſerie ſequitur*, *dies ſequens.* &c. LAMB. BOS. *Ell. Gr. p.* 330. 331.

Ἐΰδμητος, & ἐΰδμητος, ου, ὁ, ἡ, bene ædificatus. ex εὖ & perf. Paſſ. v. δέμω, ædifico.

v. 449.

Plene hic ab Hom. *ſacrificandi* ritus deſcribitur.

Principio *lavabant manus*, ut in omni officio ſacro, quod χερνίψασθαι Hom. appellat.

Deinde *molæ ſalſæ* e caniſtro in victimæ caput ac tergum *effundebantur*, quod propr. Latinis *immolare*. FEITH.

Mola, quam οὐλὰς & οὐλοχύτας appellat Hom. paſſim, far erat ex hordeo toſto, quod poſtquam ſale permixtum eſſet, inter cornua victimæ, in tergus ejusdem, in partes hoſtiæ jam diſſectæ adolendas, nec non ſuper altare ſpargebatur; in memoriam quidem tum frugum antiquiſſimarum, quas hordeum eſſe ajebant Græci, tum quoque ſacrificiorum priſcorum, quæ ex ſolis conſtiterant frugibus. Latini *molam ſalſam* dixere, & *fruges ſalſas*. &c. LAKEM. *P. III. Cap. I. §. XII.* add. PFEIFF. *Ant. Gr. Lib. I. Cap. XXIV.* BANIER. *III.* Buch, *X.* Cap. *p.* 525. aliosque plures.

Ἀνέλοντο, ſumſerunt: ſuſtulerunt: protulerunt. aor. 2. ind. Med. *Jon.* pro ἀνείλοντο, v. ἀναιρέω, pro ἀνέλω, aufero, tollo: capio, in manus ſumo.

v. 450.

Ἀνασχὼν, ſurſum tollens. aor. 2. part. Act. v. ἀνέχω, ſurſum tollo, in altum erigo.

v. 453.

Πάρος, *adv.* ante, antea, prius.

v. 454.

Ἴψαο, læſiſti. 2. ſing. aor. 1. ind. Med. *Jon.* pro ἴψασο ſeu ἴψω, v. ἴπτω, lædo, noceo, damnum infero.

v. 455.

Ἐπικρήηνον, perfice. aor. 1. imper. Act. *per Epentheſ.* & *Att.* pro ἐπίκρανον, v. ἐπικραίνω, efficio, perficio.

v. 458.

Προβάλοντο, projecerunt. aor. 2. ind. Med. *Jon.* pro προεβάλοντο, v. προβάλλω, projicio.

v. 459.

Αὖ, *adv.* rurſum. *h. l.* retro, retrorſum.

Ἐρύω, traho.

Σφάζω, *ſeu* σφάττω, jugulo, macto.

Δέρω, excorio, pellem detraho.

Vecte

Vecte aliquo ſive clava graviori (σκυτάλῃ, ῥοπάλῳ,) feriebatur victima, ſi eſſet grandior, a ſacerdotum miniſtris, ſpeciatim a βουθύταις, ſive *victimariis*, ſi qui adeſſent, vel & a κήρυξι, ut procideret. Aliqui vero ſecuri tendines victimæ abſcindebant cervicales. Cadentem cultris excipiebant ſuppoſitis, quibus jugulum perſecarent, quod quidem, ſi Diis ſacrificandum eſſet ſuperis, ſurſum vertebatur, cervice reſupinata. Id Homero *h. l.* eſt αὖ ἐρύειν. Ad quem locum ſic inter alia commentatus eſt *Euſtathius*: Εἰ μὲν τοῖς ἄνω Θεοῖς ἔθυον, ἀνακλᾶν τὸν τοῦ ἱερείου τράχηλον, ὥστε ἀφορᾶν εἰς οὐρανόν· *Superis ſi ſacrificarent, invertere ſolebant cervicem victimæ, ſic ut cœlum illa reſpiceret.* Quibus plane gemina ſunt, quæ in *Scholiis* leguntur *parvis*, niſi quod in his additur: ὡς καὶ αὐτῶν ὄντων ἐν οὐρανῷ, *quippe cum illi etiam* (Dii ſuperi) *degant in cœlo.* — Contra vero, ſi Heroibus aut mortuis res ſacra fieret, pronas jugulabant hoſtias, jugulo deorſum verſo. — Tum excoriabatur victima, inteſtinisque extractis, membratim concidebatur. LAKEM. *P. III. C. I.* §. *XVIII.* add. POTTER. FEITH. & quotquot *de Antiq. Græc.* ſcripſerunt.

v. 460.

Ἐξέταμον, exſecuerunt. aor. 2. ind. Act. v. ἐκτέμνω, excido, exſeco. — CLARK. *proſecuerunt.* Unde *Proſecta*, vox ſacrificalis: Κατά — ἐκάλυψαν, cooperuerunt. v. κατακαλύπτω, obvelo, obtego, operio, cooperio.

Conſtabant partes adolendæ e *coxis*, μηροῖς, μηρίοις, quæ præcipue gratæ cenſebantur Diis, omento atque arvina tectis. Imponebantur ſimul, tanquam primitiæ quædam, e membris reliquis ſingulis extisque particulæ crudæ, ut membra Diis omnia viderentur offerri. LAKEM. *loc. cit.*

v. 461.

Δίπτυχος, ου, ὁ, ἡ, duplex, geminus, duplicatus. δίπτυχα, *adv.* dupliciter. δίπτυχα ποιεῖν, duplicare. ex δὶς, bis, & πτὺξ, πτυχὸς, ἡ, plica.

Ὠμοθετέω, ῶ, crudas carnes ex ſingulis victimæ membris carptas aris impono. ex ὠμὸς, ή, όν, crudus, & τίθημι, pono.

v. 462.

Καῖε, pro ἔκαιε, adolebat. imperf. ind. Act. *Jon.* v. καίω, uro, incendo, adoleo.

Σχίζῃς, lignis fiſſis. dat. plur. *Jon.* pro σχίζαις, a σχίζη, ης, ἡ, fiſſura. σχίζαι, ligna ſciſſa in uſum ſacrificiorum. a σχίζω, findo, ſcindo.

Αἴθοπα οἶνον Hom. vocat a colore ſaturiori, *bene coloratum*; quod eſt ſignum boni vini: etiam *rubens*, ut Ovidius appellat. ERN. Αἴθοψ, οπος, ex αἴθω, uro, & ὤψ, vultus. Adolendorum ſingula conſpergi farina oportebat ſubtili. Atque tunc demum igni tradebantur, quem ligna alerent ſciſſa (σχίζαι) atque arida, e. c. ex olea. Affundebaturque inter adolendum vinum (quibusdam in ſacrificiis oleum, imo lac quoque & mel.) tum ut pro libamine eſſet, tum ut flamma magis excitaretur: quæ ſi multum exſiliret emicaretque, omen interpretabantur bonum. Adſpergebantur etiam odores grati, præſertim thura. LAKEM. *loc. cit.*

v. 463.

Λεῖβε, libabat. *Jon.* pro ἔλειβε. v. λείβω, libo, fundo, ſtillo.

Ἐπιλείβω, inſuper *ſeu* ultra libo. 2.) ſuper aliqua re libo. 3.) libo.

Πεμπώβολον, ου, τὸ, veru quinque cuſpides habens, veru quinquefidum. a πέμπε, pro πέντε, *Æol.* quinque, & ὀβελὸς, ου, ὁ, veru. Νέοι, juvenes.

v. 464.

Κατὰ — ἐκάη, exuſta erant. aor. 2. ind. Paſſ. v. κατακαίω, concremo, exuro, comburo.

Σπλάγχνον, ου, τὸ, viſcus. σπλάγχνα, viſcera, exta.

Πάω, vel potius πάομαι, poſſideo, paro. *h. l.* guſto, veſcor. πάσσομαι, *idem.*

v. 465.

Μιςύλλω, in parvas partes *ſeu* fruſta exigua concido, in parva fruſta diſſeco.

Ὀβελοὶ, verua, *ſive* ferra in ſummo acuminata, jaculo *ſive* ſagittæ ſimilia, niſi quod multo eſſent longiora, quibus carnes figebant, epuli ſacri cauſſa aſſandas.

Πείρω, transfigo, transfodio.

v. 466.

v. 466.

'Οπτάω, ῶ, aſſo, torreo.

Περιφραδέως, *adv.* ſcite, perite, rite. a περιφραδὴς, έος, ὁ, ἡ, ſcitus, peritus. quod a περιφράζω, circumloquor: conſidero, perpendo.

'Ερύω, traho: *detraho.*

v. 467.

Παύσαντο (*Jon.* pro ἐπαύσαντο) πόνε (pro ἐκ πόνε) ceſſarunt ab opere.

Τετύκοντο, apprararunt. aor. 2. ind. Med. *cum reduplicat. Jonica*, κ pro χ *Jon.* pro ἐτύχοντο. v. τύκω, vel τεύχω, fabricor, ſtruo, paro, apparo.

v. 468.

Δαίνυμαι, convivor, epulor. a δαίω, convivio excipio.

Δεύομαι, *Poët.* pro δέομαι, egeo, indigeo, mihi opus eſt.

'Ουδέ τι θυμὸς ἐδεύετο]. *Nec non abunde erant contenti.* Convivarum cuique ſua carnis portio æqua diſtribuebatur. Καὶ τῶν κρεῶν δὲ μοῖραι ἐνέμοντο, ait *Athenæus.* Unde Δαῖτας vocat Hom. ἐΐσας, ἀπὸ τῆς ἰσότητος, *ab æqualitate*, ut idem cenſet, καὶ ἀπὸ τῦ δατεῖσθαι, *a dividendo.* FEITH. *III. V. §. V.* 'Επείδη δὲ Ζηνόδοτος, δαῖτα ἐίσην, τὴν ἀγαθὴν λέγεσθαι. *Athenæus L. I. C.* 10. CLARK. Probo Zenodoti judicium. add. ad 306. infr. 575. δαιτὸς ἐσθλῆς. & Α. 48. ubi de victimâ unius Dei eſt. ERN.

v. 464 - 468.

Sacrificio peracto, ex partibus ſacrificalibus reliquis, (ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων, & εἰδωλόθυτα dicuntur Act. XV. 20. & 29.) in fruſta minuta ſectis, diligenterque aſſatis, epulum inſtruebatur, (δαὶς, θοίνη, θαλία,) unde convivarentur, qui ſacrificium obtulerant, una cum ſacerdotibus amicisque ad id invitatis. Convivabantur autem vel domi, vel, quod fere uſitatius, in ipſo, uti Paulus vocat 1. Cor. VIII. 10. εἰδωλείῳ, five *templo*, in conclavi, ut videtur, peculiari, uſui huic deſtinato. LAKEM. *P. III. C. I. §. XXII.*

v. 469.

Πόσις, ιος, ἡ, potio, potus. a πίνω, bibo.

'Εδητὺς, ύος, ἡ, cibus, id quod comeditur. ab ἔδω, edo.

Ἔρος, ου, ὁ, amor; deſiderium, cupido.

Ἐξ — ἕντο, exemerunt. aor. 2. ind. Med. v. ἐξίημι, emitto: eximo, depono. Ἐξ ἔρον ἕντο] ἐκορέσθησαν, ſaturati ſunt.

v. 470.

Κρητὴρ, *Jon.* pro κρατὴρ, ῆρος, ὁ, crater, vas, in quo miſcetur vinum. a κεράω, vel κεράννυμι, miſceo: infundo. quod a κέρας, ατος, τὸ, cornu. *Pocula* enim Veterum primo ſimplicis materiæ, lignea vel fictilia: poſtea, creſcente luxu, aurea, argentea, gemmis diſtincta, cælata, aliisque modis ad ſplendorem exornata. Verum antiquiſſima pocula *e cornibus animalium* fuere, quorum labra argento vel auro ſæpe obducta.

Ἐπιστέφω, corona redimio. ex ἐπὶ & στέφω, corono.

Ποτὸν, οῦ, *Jon.* οῖο, τὸ, potio, potus. a πίνω, bibo.

Pocula *coronis floreis* circumdari, tum etiam *ad ſummum usque marginem impleri* ſolebant. Nam ἐπιστέψαντο ſecundum Veterum *Scholiaſtem* eſt: ἄχρι τῆς στεφάνης ἐπλήρωσαν, ὅ ἐστι μέχρι τέλους. Et στέφειν πλήρωσίν τινα σημαίνει, *plenitudinem quandam ſignificat*, unde pocula ἐστέφοντο, præcipue, quando libationes Diis offerebantur, ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς Θεοὺς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα. τὸ δὲ πλῆρες τέλειόν ἐστι, *quia nihil mutilum Diis offerimus, ſed quod integrum & perfectum ſit: plenum autem eſt perfectum,* quod obſervat ex Ariſtot. Sympoſio *Athenæus* Lib. XV. Cap. V. Fiebat itaque boni ominis cauſa: ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρητῆρες, ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρητῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι, καὶ ταύτῃ ἔπεγερσεον πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι· *coronantur vino pateræ, hoc eſt, ita implentur, ut vino labra ſuperante circumſtare corona videatur, quod fieri ſolet bonæ ſcævæ gratia.* ut refert idem Auctor Lib. I. Cap. XI. POTTER. *Tom. I. p.* 234. & *Tom. II. p.* 328. add. FEITH. *Lib. III. Cap. II.* §. *IV.*

v: 471.

Νωμάω, ῶ, diſtribuo, divido. a νέμω, *idem.*

Ἐπάρχω, impero, dominor. 2.) ſum præfectus. hinc ἐπάρχομαι, auſpicor.

Δεπάεσσιν, poculis. dat. plur. *Jon.* pro δέπασι, a δέπας, ατος, τὸ, poculum: patera.

Cibis ubi repleti eſſent convivæ, vinum illis infundebatur. Libandum vero ex illo erat tribus poculis Jovi ſerva-

ſervatori, Bono Genio & Mercurio, quibus aliqui Heroas etiam addunt. Id Homero ἐπάρξασθαι δεπάεσσι, *auſpicari poculis* dicitur. Reſpicitque eandem ad conſuetudinem, imo ad epulas Græcorum ſacras in univerſum, Apoſtolus, quando 1. Cor. X. 21. ait: Ὀυ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. Ὀυ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων· *Non poteſtis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum: Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* LAKEM. *P. III. C. I. §. XXII.*

v. 472.

Πανημέριος, ία, ιον, perdius, per totum diem. ex πᾶν & ἡμέρα, dies.

Μολπὴ, ῆς, ἡ, cantus, carmen, hymnus, a perf. Med. v. μέλπω, canto, cantu celebro.

v. 473.

Παιήων, Παιὼν, & Παιὰν, ὁ, hymnus in laudem Apollinis, Παιὼν, & Παιὰν, dicitur ipſe Apollo. Hymnus autem hic canebatur aut in belli congreſſu, (& tum Marti,) aut parta victoria, aut in averſione malorum, veluti *h. l.* ut peſtis ſedaretur.

v. 474.

(Καλὰ) Φρένα τέρπω, animo delecto, oblecto, exhilaro. τέρπομαι, delector, gaudeo. τέρπετ᾽ pro ἐτέρπετο, delectabatur.

v. 472 - 474.

Laudes inter pocula cantabantur Deorum, quibus ſacrificatum erat. LAKEM. add. PFEIFF. FEITH. &c.

v. 475.

Ἦμος, *adv. Poët.* quando, quum.

Ἠέλιος, ου, ὁ, *Poët.* pro ἥλιος, ſol. Poëtæ cum Doribus & Jonibus frequenter ε hinc inde interponunt. WELL. *Gramm. p.* 13. FISCH. *Anim. p.* 16.

Κατέδυ, occidit. aor. 2. ind. Act. v. καταδύω, δύνω, & υμι, occido.

Ἐπὶ — ἦλθε, pro ἐπῆλθε, ſupervenit. *v.* ἐπέρχομαι, accedo, advenio, ſupervenio.

Κνέφας, τὸ, caligo, tenebræ.

v. 476.

Κοιμάω, ῶ, facio dormire, ſopio. κοιμάομαι, ῶμαι, cubo, dormiendi gratia: dormio, obdormio.

Πρυμνήσια, *retinacula*, vel *funes*, quibus navis in littore alligabatur, quæ ſic vocantur ἀπὸ τῆς πρύμνης, quia puppes ad littus verſæ erant. *Longus* Paſtoral. II. p. 443. τὴν ναῦν ἐκ τῆς πρύμνης ἄκρας εἰς τὴν γῆν ἔδησαν. unde πρυμνήσιον propr. *a puppi dependens*. quare, ſi funes illi hac voce deſignentur, intellige χοινία, vel πείσματα. BOS *Ell. Gr. p.* 195. Vid. *v.* 436.

v. 477.

Ἠριγένεια, ας, ἡ, diluculum producens. *Auroræ* epithet. ex ἦρι, *adv.* mane, & γείνω, *obſol.* exiſto, fio: gigno, procreo.

Ῥοδοδάκτυλος, ου, ὁ, *quaſi* roſeos digitos habens: i. e. pulcer. ex ῥόδον, ου, τὸ, roſa, & δάκτυλος, ου, digitus.

Ἠὼς, ἠόος, *contr.* ἠοῦς, ἡ, aurora, diluculum.

Ἠριγένεια] *Auroram roſeam* vocat: Maro *luteam*, quæ roſeis bigis inveheretur, quo ſpecies cœli ante ortum ſolem illuſtris ſignificatur. Ἠριγένεια autem *matutina*, quæ vel tum oriatur, vel id potius, quod *mane* dicimus, gignat. Matutinum quidem Latini a ſplendore nominarunt, cum de tenebris jam luceſcit. *Matuta* enim eſt his, quæ Græcis Λευκοθέα. CAMER.

v. 478.

Ἀνάγοντο, reducti ſunt; revehebantur. imperf. Paſſ. *vel* aor. 2. Med. pro ἀνήγοντο, v. ἀνάγω, tollo, eveho: reduco, refero. Verbum *nauticum* eſt, deque navibus ipſis & nautis uſurpatum reperitur. Ἀνάγομαι, ſolvo *e portu*, provehor *in altum*.

v. 479.

Ἴκμενος, η, ον, i. e. ἱκνεῖσθαι ποιούμενος, venire faciens; ſecundus, proſper. ab ἵκομαι, venio.

Οὖρος, ου, ὁ, ventus ſecundus, proſper ventus.

Ἵει, mittebat. imperf. ind. Act. v. ἵημι, mitto.

v. 480.

Στήσαντ' pro ϛήσαντο, erexerunt. aor. I. ind. Med. *Jon.* pro ἐϛήσαντο, v. ἵϛημι, ſto: ſtatuo.

Ἀνὰ — πέτασσαν, expanderunt. v. ἀναπετάζω, & ἄννυμι, expando, explico.

v. 481.

v. 481.

Ἐμπρήθω, *h. l.* inflo. ex ἐκ & πρήθω, flo, inflo. ἐνέπρησεν *Jon.* pro ἐνέπρησεν, flatu implevit.

Κῦμα, ατος, τὸ, fluctus, unda.

v. 482.

Στεῖρα, ας, *Jon.* στείρη, ης, ἡ, carina navis: quaſi στερρὰ, a στερρὸς, ſolidus, firmus, pro στερεὸς, *idem.* ἐπεὶ στερεωτέρα τῶν σανίδων ὑπάρχει· ἐπὶ γὰρ τῷ ξύλῳ τούτῳ ὥσπερ ἐπὶ θεμελίῳ τινὶ ἐποικοδομεῖται τὰ ἄλλα ξύλα τῆς νεώς, inquit *Euſtath.* quod carina ſit ſolidiſſimus aſſerum: quippe in quem, tanquam fundamentum quoddam, ædificantur ceteræ partes navis. ἀμφὶ στείρῃ, circum carinam.

Κῦμα πορφύρεον] *fluctus purpureus, unda purpurea. Mare* enim dicitur *purpureum* fieri, cum leviter ventis agitatur, & terga ejus criſpantur auris. SCHERP.

Μεγάλα, valde.

Ἰάχω, vociferor, clamo. & *de rebus inanimatis*, reſonare, ſtrepitum edere.

Νηὸς ἰούσης, navi eunte.

v. 483.

Θέω, curro, curſu feror.

Κατὰ, *h. l.* per.

Διαπρήσσω, pertranſeo, percurro, ex διὰ & πρήσσω, tranſeo.

v. 484.

Κατὰ, *h. l.* ad.

v. 485.

Ἤπειρος, ου, ἡ, continens, terra firma, regio mediterranea. & *Poët.* terra. ex α priv. & πέρας, τὸ, finis: *quaſi* ſine fine.

Ἐρύω, traho: *ſubduco.*

v. 486.

Ὑψοῦ, *adv.* alte, in alto: in altum. ab ὕψος, εος, τὸ, altitudo.

Ἐπὶ, *cum Dat.* ſuper.

Ψάμαθος, ου, ἡ, arena, ſabulum: littus. a ψάμμος, ου, ἡ, *idem.*

Ἕρμα, ατος, τὸ, fulcrum, ſtabilimentum, ſuſtentaculum.

Ἕρματα, trabes, quibus fulcirentur erectæ in littore naves. ab εἴρω, necto.

Ὑποτανύω, ſubtendo, ſubter protendo *ſeu* extendo, ſubſterno. ex ὑπὸ & τανύω, tendo.

v. 487.

Σκίδναμαι, diſſipor, diſpergor. σκίδνημι, diſſipo, diſpergo

v. 488.

Μηνίω, ſuccenſeo, iram, odium *vel* ſimultatem exerceo, iraſcor. a μῆνις, ira, odium.

v. 490.

Εἰς ἀγορὴν, in concione, *v. ſq.* ἐς πόλεμον, in prælio.

Πωλέσκετο, verſabatur. imperf. *Jon.* pro ἐπολεῖτο, a πωλέω pro πολέω, verto, verſor, dego, ago.

Κυδιάνειρος, ου, ὁ, viros illuſtres habens, claros viros continens. ex κῦδος, gloria, & ἀνὴρ, vir.

v. 491.

Poëta pulcerrime expreſſit animum hominis propter iram abſtinentis ab rebus, quas amet, & plus ægritudinis ſibi quam iis, quibus iraſcitur, adferentis. ERN.

Φθινύθεσκε, macerabat. *Jon.* & *Poët.* pro ἐφθίνυθε, imperf. *per Epentheſ.* τῦ σκ, v. φθινύθω, perdo, corrumpo, conſumo, macero. φίλον κῆρ, ſuum cor.

v. 492.

Αὖθι, *adv.* illic, ibi.

Ποθέεσκε, deſiderabat. *Jon.* & *Poët.* pro ἐπόθει, ει. v. ποθέω, ῶ, deſidero, amo.

Ἀϋτὴ, ῆς, ἡ, clamor, vox pugnæ commiſſæ: pugna. ab ἀϋτέω, ῶ, clamo.

Πτόλεμος, pro πόλεμος, ου, ὁ, bellum: prælium, pugna.

v. 493.

Ἐκ τοῖο, pro τούτου, ex eo tempore, *h. e.* poſtea.

Δυωδεκάτη γένετ' ἠὼς, duodecimus illuxit dies: duodecim erant dies.

v. 494.

Ἴσαν, ibant, imperf. v. εἶμι, vado, eo.

v. 495.

Ἦρχε, præibat, v. ἄρχω, præeo: præſum.

Λήθετ' pro λήθετο, obliviſcebatur. imperf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐλήθετο, v. λήθω, lateo. λήθομαι, obliviſcor.

Ἐφετμὴ, ῆς, ἡ, mandatum, juſſum. ab ἐφίημι, mando. ἐφετμέων, *Jon.* pro ἐφετμῶν.

v. 496

V. 496.

Ἀνεδύσατο κῦμα — emerſit ex unda — Vid. *v.* 359.

V. 497.

Ἠέριος, ρία, *Jon.* ρίη, ριον, *h. l.* matutinus. ἠερίη, ante lucem, *h. e.* mane, matutino tempore, ab ἠὴρ, pro ἀὴρ, tenebræ, caligo, nubilus aër.

V. 498.

Εὐρύοπα, ωπος *vel* οπος, ὁ, ἡ, latum *vel* magnum habens oculum, late videns *ſeu* proſpiciens. *Jovis* epithet. quaſi omnia longe lateque providentia ſua perluſtrantis & gubernantis, ex εὐρὺς, & ὤψ, *oculus. Aut* ab ὄψ, *vox*, ut ſit; voce longé lateque ſonans, *vel* tonans.

Κρονίδης, ου, ὁ, Saturni filius, Saturnius, *Jupiter* in primis, a Κρόνος, ὁ, Saturnus.

Ἄτερ ἄλλων, ſeorſum ab aliis.

V. 499.

Ἄκρος, ρα, ρον, ſummus, extremus. *h. l.* ſummus, *i. e.* ſupremus.

Κορυφὴ, ῆς, ἡ, vertex capitis. 2.) cacumen, faſtigium, vertex cujusvis rei.

Πολυδειρὰς, άδος, ὁ, ἡ, montium juga *ſeu* cacumina multa habens. ex πολὺς & δειρὰς, άδος, ἡ, jugum montis.

V. 500.

Λάβε (*Jon.* pro ἔλαβε) γούνων (pro ἐκ γούνων) prehendit genua. Hoc loco geſtum *ſupplicantium* expreſſit. Nam, *prehendere genua*, h. e. *ad genua advolvi*, ſolebant ſupplices: unde & γουνοῦμαι verbum *ſupplico*. Et *Plinius Hiſt. Nat. Lib. XI. Cap.* 45. *Hominis genibus*, inquit, *quædam & religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt; ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant; fortaſſe quia ineſt iis vitalitas.* Idem & antiquos in ſupplicando *mentum attingere* ſolitos ſcribit. Quod & de hoc Homeri loco manifeſtum fit. CAMER. Vid. etiam. POTTER. *Tom. I. p.* 265. FEITH. *Lib. III. Cap. XIV.* §. *V. & VI.*

V. 501.

Σκαιὸς, ὰ, *Jon.* ἡ, ὸν, lævus, ſiniſter. a σκάζω, claudico: σκαιῇ, *ſcil.* χειρί.

Δεξιτερὸς, ρὰ, *Jon.* ρὴ, ρὸν, dexter. a δεξιὸς, *idem.* δεξιτερῇ, *ſcil.* χειρί.

Ἀνθε-

'Ανθερεών, ῶνος, ὁ, mentum. ab ἀνθέω, floreo: *quia barba inde effloreſcat.*

v. 502.

Κρονίων, ωνος, ὁ, Saturni filius, Saturnius, *Jupiter* in primis. a Κρόνος, Saturnus.

v. 506.

'Αλλὰ, *conj.* ſed, verum.

v. 508.

'Αλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον] *Si alii eum contumelia afficiunt, at Tu eum*, ab Agamemnone ſpretum, o Jupiter! *honora.* Iſtam ſcilicet vim habet vocula πέρ. CLARK. & CAM.

v. 509.

Τόφρα — tamdiu. ῎Οφρα — donec, usque dum, quamdiu.

'Επὶ — τίθει, adjice. præſ. imper. Act. pro τίθετι, v. ἐπιτίθημι, impono: attribuo.

Κράτος, ἑος, τὸ, robur, vis, potentia. *h. l.* victoria.

v. 510.

'Οφέλλω, *h. l.* augeo, cumulo. ἑ] αὐτὸν.

v. 511.

Νεφεληγερέτης, ου, ὁ, nubes excitans, nubes cogens. *Jovis* epithet. ex νεφέλη, nubes, & ἐγείρω, vel ἀγείρω.

v. 512.

῟Ηστο, ſedebat. *Poët.* pro ἧτο, imperf. ind. v. ἧμαι, ſedeo.

῞Ηψατο γούνων (pro ἀπὸ γούνων) adprehendit genua. ἅπτομαι, tango: attingo, adprehendo. ῾Ως, ita ut.

v. 513.

῾Ως] οὕτως. ῎Εχετ', tenebat.

'Εμπεφυῦια, implexa: inhærens. perf. part. gen. fœm. *per Syncop.* pro ἐμπεφυκυῖα, v. ἐμφύω, ingenero, inſero. ἐμφύομαι, inhæreſco tenaciter, ita adhæreo, ut avelli nequeam, ut ingenerari videar.

῎Ερομαι, interrogo, rogo.

Δεύτερον, *adv.* ſecundo. *plene:* κατὰ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ χρόνου.

Αὖθις, *adv.* denuo, rurſus, iterum.

v. 514.

Νημερτὲς, *adv.* vere. a νημερτὴς, έος, ὁ, ἡ, verus, in quo dicendo non peccatur *ſeu* erratur. quod ex νὴ, non, & ἁμαρτάνω, aberro, pecco.

Νημερ-

Νημερτὲς μὲν δή μοι] *Vere jam mihi, quæſo &c.* Non enim hic vacat iſtud, δή. CLARK.

Ὑπόσχεο, promitte. *Jon.* pro ὑπόσχε. aor. 2. imper. Med. v. ὑπισχνέομαι, ῦμαι, polliceor, promitto, adfirmo. ab ὑπίσχομαι, *idem.*

Κατανεύω, adnuo, nutu aliquid confirmo.

v. 515.

Ἀπόειπ', pro ἀπόειπε, abnue. aor. 2. imper. Act. v. ἀποείπω, interdico, veto: nego, denego, abnuo.

Ἔπι, *Poët.* pro ἔπεστι, ineſt. ab ἔπειμι, inſum.

Δέος, εος, ους, τὸ, metus, timor. a δείδω, timeo, metuo.

Ἐπεὶ ὔ τοι ἔπι δέος] Neque enim, *inquiunt*, quisquam eſt, cujus formido tibi obſtare poſſit. Quem enim, *inquit*, metuis? Sed mihi magis εἰρωνεύουσα ſic loqui communi quodam uſu ſermonis videtur, ut dicat, ſe nihil vereri, neque laborare etiam, ſi ille ſuas preces repellat, ne magis dubitare poſſit, ſe eſſe omnium Deorum contemtiſſimam. CAM.

v. 516.

Μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη Θεός εἰμι, inter omnes contemtiſſima Dea ſum. pro πασῶν (πάντων) ἀτιμοτάτη, contemtiſſima omnium. Superlativi adſciſcunt aliàs Genitivos Plurales. Loco Genitivi uti quoque poſſumus Præpoſitione ἐν & ἐκ, vel ἐξ, item μετὰ, *poëtice*, cum ſuo caſu, & eſt periphraſis Superlativi. POSSEL. *Synt. Gr. p.* 37.

Μετὰ πᾶσιν] *inter omnes Deos*, vel, ut alii maluerunt, *apud omnes mortales.* CAM.

Θεός εἰμι] *Dea ſum.* Θεὸς Græcis eſt utriusque generis, quos & hic imitantur nonnunquam Latini. SCHERP.

v. 517.

Ὀχθέω, ῶ, indignor, gravor, graviter fero. *quaſi* ab ἄχθομαι, gravor: moleſte & ægre fero.

Νεφεληγερέτα] Vide ſupra ad *v.* 175.

v. 518.

Λοίγιος, ία, ιον, exitialis, pernicioſus. a λοιγὸς, ῦ, ὁ, pernicies, exitium.

Ἐχθοδοπέω, ῶ, inviſus fio, odio ſum: inimicitias ſuſcipio, ſimultatem exerceo. ab ἐχθοδοπὸς, ῦ, odioſus, inviſus. Dicitur autem quaſi ἐχθοοπὸς, pleonaſmo τῦ δ', ex

ἔχθος,

ἔχθος, odium, & ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox, ſeu viſus; cum quo colloqui, *aut* quem aſpicere, nobis eſt odioſum.

Ἐφίημι, injicio, immitto. *h. l.* impello, incito.

Ἦ δὴ λοίγια] Eſt oratio ſignificans, cum quanto periculo exauditurus illam eſſet. *Profecto*, inquit, *hoc peſſimum eſt negotium, cum ad inimicitias cum Junone ſuſcipiendas me impellas.* CAM.

V. 519.

Ἐρέθῃσιν, irritet. 3. ſing. præſ. ſubj. Act. *Jon.* pro ἐρέθῃ, v. ἐρέθω, laceſſo, irrito, provoco. ab ἔρις, lis, contentio.

Ὀνειδείοις, vel ὀνείδειος, ία, ιον, probroſus, contumelioſus. ab ὄνειδος, εος, τὸ, probrum, dedecus.

V. 520.

Αὔτως, *adv. ſic etiam*, i. e. quamvis non irritata ſit. Alii vertunt: *temere, fruſtra.* μ', mecum. Ἐν, inter.

V. 521.

Νεικέω, ῶ, rixor, altercor, contendo. a νεῖκος, εος, τὸ, rixa, altercatio.

V. 522.

Ἀπόστιχε, diſcede. aor. 2. imper. v. ἀποστείχω, abeo, diſcedo, revertor. ex ἀπὸ & στείχω, vado, eo.

Νοέω, ῶ, intelligo, mente agito, cogito. *h. l.* video, cerno. a νόος, ου, mens, animus.

V. 523.

Ἐμοὶ ταῦτα μελήσεται, mihi hæc curæ erunt.

V. 524.

Εἰ δ' ἄγε, apud Poëtas ſæpius, rarius apud Oratores; etiam καθ' ἔλλειψιν uſurpantur; reddique poſſunt, *quod ſi non credis*, vel, *non creditis*, *age:* tuncque illud ἄγε ad ſequentia potius pertinere videri poſſit. εἰ δ' ἄγε, τοὶ κεφαλῇ &c. *quod ſi dubitas; age, tibi jam capite* &c. VIGER. *C. VIII. Sect. VI. R. X.*

Nutu capitis vota rata habebantur; unde Jupiter *h. l.* Thetidis petitione rata habita, addidit: Εἰ δ' ἄγε, τοὶ κεφαλῇ &c.

Ὄφρα πεποίθῃς, ut fidem adhibeas. πεποίθῃς, præt. ſubj. Med. v. πείθω, perſuadeo. præt. Med. πέποιθα, credo, fidem habeo.

V. 525.

Ἐμέθεν, mei. *pro* ἐμέοθεν. O enim *Æolice* e pronomi-

num

num Genitivis excluditur. Sic *v.* 180. σέθεν, *pro* σέοθεν. Huc refer τίπτε, *pro* τί ποτε; cur? *v.* 202. WELL. *Gramm. Gr. p.* 20. & FISCH. *Animadv. p.* 24.

v. 526.

Τέκμωρ, τὸ, finis, exitus rei. *h. l.* teſtimonium, ſignum. τέκμαρ, τὸ, *idem.*

Ἐμὸν, *ſcil.* χάρισμα, donum. *vel* ἔπος, verbum: promiſſum.

Παλινάγρετος, ου, ὁ, ἡ, rurſus congregatus, revocatus; *vel*, quod revocari *aut* retractari poteſt. pro παλιναγείρετος. ex πάλιν, rurſus, & ἀγείρω, congrego.

Ἀπατηλὸς, ἡ, ὸν, fallax, fraudulentus, doloſus. ab ἀπάτη, ης, ἡ, fallacia, fraus.

v. 527.

Ἀτελεύτητος, ου, ὁ, ἡ, ad finem non perductus. *h. l.* irritus, non effectus. ex α priv. & τελευτάω, ῶ, finio.

Ου γὰρ ἐμὸν — ἀτελεύτητον] Promiſſum meum neque per *levitatem*, neque per *fraudem*, neque per *impotentiam* irritum erit. Ut recte obſervavit *Euſtathius*, aliique. CLARK.

v. 528.

Ἦ, inquit. a φημὶ, *per Aphæreſin* pro φῆ.

Κυανέῃσιν, cœruleis. dat. plur. *Jon.* a κυάνεος, έα, *Jon.* έη, εον, cyanum referens, cœruleus, cyaneus. a κύανος, ου, ὁ, color cœruleus.

Ὀφρὺς, ύος, ἡ, ſupercilium.

Κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι] Quia *cœli* nimirum color cœruleus. Simili de cauſa *Neptunus* itidem κυανοχαίτης. CLARK.

Νεύω, nuo, innuo, nutu ſignifico. ἐπινεύω, *idem.*

v. 529.

Ἀμβρόσιος, ία, ιον, *h. l.* idem quod θεῖος, divinus. ab ἀμβροσία, ας, ἡ, ambroſia, *cibus Deorum.*

Χαίτη, ης, ἡ, juba, ſeta. *in homine* coma, cæſaries.

Ἐπιῤῥώομαι; concutior, commoveor. ex ἐπὶ & *inuſit.* ῥώομαι, quatior, concutior.

v. 530.

Κρὰς, κρατὸς, τὸ, caput. Ἀπ, pro ἀπό.

Ἐλελίζω, rapido volumine torqueo, convolvo *vel* circumago, concutio & tremefacio. ab ἑλίσσω, *vel* ἕλω, volvo, circumvolvo, complico: *reduplicatione primæ ſyllabæ.*

v. 528 — 530.

Phidias, cum Jovem Olympium fingeret, interrogatus, de quo exemplo divinam mutuaretur effigiem, reſpondit, archetypum Jovis in his ſe tribus Homeri verſibus inveniſſe. *Macrob. Saturn. Lib. V. Cap. XIII.* Conf. etiam RICCII *Diſſ. Hom. XXIX.*

Hæc majeſtatis *Jovis* deſcriptio, quæ *h. l.* apparet & exſtat, habet, Clariſſimo POPIO recte obſervante, nonnihil grandis ac venerabilis, cui nihil ſimile ſive in Theologia ſive in Poëtica profanarum Gentium arte offenditur. Nihil in Claſſicis aliis exſtat, quod *Homeri* vincat verba; neque ullus unquam locus cujuscunque Auctoris meliorem, quam hic a magno, quem modo honoris cauſſa nominavimus, viro, nactus eſt converſionem.

Sed ſume ſublime iſtud *Homericum*, quod omni & melioris notæ verborum apparatu ornatum, & grandis ac admirabilis vocum dimenſionis magnificentia circumſcriptum eſt, & cum eo adventum orbis Judicis, quem *S. Joannes* deſcripſit, contende. Hic, qui paucis, iisque planis & quotidianis, conſtat verbis, propriaque ſua ornatus eſt ſimplicitate, omnem Poëtæ ſplendorem pellet. Hunc penitus abſorbebit Apoſtoli gloria, aciem noſtram ſplendore repercutiens nimio, mentemque extra ſe rapiens. Quid eſt *contractio nigrorum ſuperciliorum, ambroſiarum concuſſio comarum, tremor Olympi usque ad centrum?* Nihil ſane, ſi hæc phaleratis hiſce dictis verba oppoſueris: *Cælum & terra fugit a conſpectu filii Dei.* Non addo plura: augere etenim dicta, huncque illuſtrare locum conari, & nimiæ fiduciæ foret, & operam perderem. Hæc enarratio: οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός. (Apoc. XX. 11.) verbis eſt adeo claris atque teſtatis concepta, ut haud deſideret lumen: in eadem tanta fulget majeſtas, ut non invita contemnat & explanationem & liberiorem interpretationem. ANT. BLACKWALL. *Auct. S. Claſſ. defenſ. & illuſtr. p. 255. 256.*

v. 531.

Τώ γ' ὣς] οὗτοι μὲν δὴ οὕτως.

Βουλεύσαντε, conſultantes, deliberantes. nom. dual. aor. I. part. Act. v. βουλεύω, conſulto, delibero, conſilia agito. a βουλὴ, ῆς, conſilium. v. 532.

Διέτμαγεν, disjuncti ſunt; *digreſſi ſunt* a ſe. 3. plur. aor. 2. ind. Paſſ. *Bœot.* pro διετμάγησαν, v. διατμήγω, vel τέμνω, diſſeco, diſcindo. *Paſſ.* disjungor, dividor. *Alii:* διέτμαγον. ex διὰ & τμήγω, vel τμήσσω, ſeco, ſcindo.

v. 532.

Ἆλτο, ſaliit. 3. ſing. aor. 1. ind. Med. *Jon.* & *per Syncop.* pro ἥλατο, v. ἅλλομαι, ſalio. *Alii volunt eſſe* plusq. perf. ab ἥλμην, ἧλσο, ἧλτο, & *Æol.* tenuis pro aſpirato. *Alii*, aor. 2. Med. *per Sync.* pro ἥλετο, & α pro η. Æoles dictiones a quacunque vocali incipientes tenui afficiunt.

Βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus.

Αἰγλήεις, ήεσσα, ῆεν, fulgens, ſplendidus. ab αἴγλη, ης, ἡ, fulgor, ſplendor.

v. 533.

Ἀνέσταν, ſurrexerunt. *Æol. Sync.* pro ἀνέστησαν, aor. 2. ind. v. ἀνίστημι, ſurgo.

v. 534.

Ἕδος, εος, τὸ, ſedes, ſella. ab ἕζω, colloco.

Σφὸς, ῦ, ὁ, *Dor.* pro σφέτερος, ſuus; proprius.

Ἐναντίον, *adv.* in occurſum, ex adverſo, obviam. ab ἐναντίος, ία, ίον, qui eſt in conſpectu, adverſus.

Ἔτλη, ſuſtinuit. aor. 2. ind. Act. v. τλῆμι, vel τλάω, *per Sync.* ex ταλάω, perfero, tolero: audeo, ſuſtineo.

v. 535.

Μένω, maneo, permaneo. 2.) *h. l.* exſpecto, præſtolor.

Ἐπέρχομαι, accedo, advenio.

Ἀντίος, ία, ίον, adverſus, ex adverſo ſtans, qui eſt in conſpectu: *obvius.* ex ἀντὶ, contra, adverſus.

v. 536.

Ἔνθα, *adv.* hic: ibi, illic.

v. 537.

Ἀγνοιέω, *metri cauſſa* pro ἀγνοέω, ignoro, non intelligo: ex α priv. & νοέω, intelligo, cogito.

Ὅτι οἱ] ὅτι αὐτῷ: *quod cum eo.*

Συμφράσσατο, pro συνεφράσατο, contulit. aor. 1. ind. *Poët.* & *Jon.* a συμφράζομαι, ſimul conſulto *ſeu* delibero. συμφράζεσθαι βουλὰς, conſilia conferre, ſimul conſilia capere. ex σὺν & φράζω, dico. φράζομαι, delibero, ſtatuo.

v. 538.

Ἀργυρόπεζα, ης, ἡ, quæ pedes argenteos, *i. e.* argentei coloris, *per conſequens* candidos & formoſos habet. Ἀργυρόπεζα dicitur *Thetis* ἡ κόσμον λαμπρὸν (inquit *Euſtath.*) περὶ τὰς ὤας τῦ ἱματίε ἔχεσα, *quod habeat fimbrias veſtimenti inſtitis argenteis ornatas.* ex ἀργυρῦς, ὁ, argenteus, albus, & πέζα, ης, malleolus pedis: pes.

Ἅλιος, ε, ὁ, ἡ, *vel* ἅλιος, ία, ιον, marinus, maritimus. ab ἅλς, ἁλὸς, ἡ, mare. Ἁλίοιο γέροντος] τῦ θαλασσίε Νηρέως.

v. 539.

Αὐτίκα, *adv.* mox, ſtatim, protinus.

Κερτόμιος, ία, ιον, cor ſcindens. *quaſi* τὸ κέαρ, *i. e.* animum τέμνων, ſecans.

Κερτομίοισι, *ſcil.* ἔπεσι, ῥήμασι, λόγοις, *verbis iratis, immitibus.* Significantur & *convicia* & *maledicta*, & *irriſiones* hoc verbo. CAM.

v. 540.

Δολομήτης, ε, ὁ, qui doloſe cogitat, vafer, doloſus. ex δόλος, ε, fraus, dolus; & μῆτις, ιος, ἡ, conſilium. Τοι, tecum.

v. 541.

Ἐμεῦ ἀπὸ, a me.

Ἐόντα] ὄντα, ὑπάρχοντα.

v. 542.

Κρυπτάδιος, ία, ιον, occultus, clandeſtinus. a κρύπτω, abſcondo, occulto. Κρυπτάδια, clandeſtina *conſilia.*

Φρονέω, ῶ, delibero, cogito, in animo habeo.

Δικαζέμεν, *Jon.* pro δικάζειν, ſtatuere, decernere. a δικάζω, judico, ſtatuo. a δίκη, ης, ἡ, jus, fas.

v. 543.

Οὐδέ τι πώ μοι Πρόφρων] *Nunquam mihi lubens dicis.* Conjunctum eſt enim τέτληκας cum præcedente φίλον ἐςίν, tempore *præſenti.* CLARK.

v. 545.

Ἐπιέλπεο, ſpera. *Jon.* pro ἐπιέλπε, v. ἐπιέλπομαι, ſpero. ex ἐπὶ & ἔλπομαι, apud Poëtas pro ἐλπίζω, *idem.*

Μῦθος, ε, ὁ, verbum, dictum. *h. l.* idem quod μῆτις, conſilium.

v. 546.

v. 546.

Χαλεπὸς, ἡ, ὸν, acerbus, moleſtus, difficilis.

Χαλεποί τοι ἔσοντ',] *Graves*, h. e. non poſſis ſuſtinere. Et mox: Ὃν δ' ἂν ἐγὼν, & quæ ſequuntur, habent conſtructionis verborum incongruitatem. Tranſit enim a maſculino ad neutrum plurale: Μήτι σὺ ταῦτα. Sed hujusmodi apud Veteres, & in hoc Poëta inprimis, plurima occurrere ſolent. CAM.

Ἀλόχῳ περ ἐούσῃ, quamvis uxor (*mea*) ſis.

v. 547.

Ἐπιεικὴς, ἐος, ὁ, ἡ, æquus: decens, conſentaneus. ἐπιεικὲς, *ſubintell.* ἐστὶ, decet, par eſt, æquum eſt. ex ἐπὶ & εἴκω, ſimilis, *vel* conſentaneus ſum.

v. 548.

Εἴσεται, ſciet. fut. 1. Med. v. εἴδω, ſcio, novi.

v. 549.

Ἀπάνευθε θεῶν, ſeorſum a Diis.

v. 550.

Διείρεο, interroga. *Jon.* pro διείρου, v. διείρομαι, inquiro, interrogo. ex διὰ & εἴρομαι, *idem.*

Μετάλλα, *contr.* pro μετάλλαε, perſcrutare. præſ. imper. Act. v. μεταλλάω, ῶ, ſcrutor, inquiro, inveſtigo. *Metaph.* ſumta a *metallorum* ſcrutatione, qua nihil περιεργότερον, inquit *Euſtath.* a μέταλλον, ου, τὸ, metallum.

v. 551.

Βοῶπις, ιδος, ἡ, magnos, *i. e.* pulcros oculos habens: *magnis oculis formoſa.* ex βου, particula *augendi* & ὤψ, oculus. Vid. WELL. *Gramm. Gr. p.* 303. FISCH. *Animadv. p.* 290. ac in primis RICCII *Diſſ. Hom. XI.*

v. 552.

Αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis: ſeverus: importunus.

v. 553.

Λίην, *Jon.* pro λίαν, valde, admodum.

Πάρος, *adv.* ante, antea, prius.

Οὔτ' εἴρομαι] οὔτε ἀνηρώτησα.

v. 554.

Εὔκηλος, ου, ὁ, ἡ, quietus, mitis; placidus, imperturbatus. pro ἕκηλος, addito υ. *Æol.* ἕκηλος autem ab εἴκω, cedo: *qui cedit*, ἡσυχάζει.

Φράζεαι, deliberas. *Jon.* pro φράζῃ. v. φράζω, dico.

Τὰ - ea. Ἅσσα - quæcunque. *pro* ἅτινα.

Ἐθέλησθα, *vis*: velis. præſ. ſubj. *Æol.* pro ἐθέλῃς, v. ἐθέλω, volo. Secundis perſonis in ς Æoles interdum addunt θα.

v. 555.

Αἰνῶς, *adv.* graviter. *h. l.* valde, magnopere.

Δείδοικα, *timeo.* (timui.) præt. ind. Med. *Poët.* pro δέδοικα, & hoc pro δέδοιδα, *euphoniæ gratia.* v. δείδω, timeo, metuo.

Δείδοικα κατὰ φρένα] πλεοναστικῶς, ubi enim metuimus, niſi animo? Tale eſt: *Cogitate cum animis veſtris.* CAM.

Μή σε παρείπῃ] *ne te blandimentis ſuis circumvenerit. Eſt enim* παρειπεῖν *blande colloqui, ſuadere*, denique *orationis artibus* aliquem *aggredi.* IDEM. *ne tibi blanditiis perſuaſerit.* CLARK.

v. 558.

Ἐτήτυμος, ου, ὁ, ἡ, verus, verax. hinc ἐτήτυμον, *adv.* vere, revera, certe. ab ἔτυμος, ου, *idem.*

v. 561.

Δαιμόνιος, ου, ὁ, ἡ, divinus: felix: auguſtus: admirandus. *h. l.* in malam partem; infelix, miſerandus, miſer.

Δαιμονίη] νῦν, κακὴ κεφαλή. ὁτὲ δὲ εὐδαίμων, μακαρία.

Ὀΐεαι, *Jon.* pro οἴῃ, ſuſpicaris. ab οἴομαι, apud Poëtas ὀΐομαι, & *per Craſin* οἶμαι, puto, exiſtimo, ſuſpicor.

v. 562.

Πρῆξαι, proficere. aor. 1. infin. Act. *Jon.* pro πρᾶξαι, v. πράσσω, & τίω, ago, facio, proficio.

Ἔμπης, *Jon.* pro ἔμπας, tamen.

Ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ] *ſed magis es odioſa mihi futura*, i. e. alienior erit a te animus meus. CAM.

v. 563.

Ἔσσαι, eris, *Jon.* pro ἔσῃ. fut. 1. v. εἰμί, ſum.

Ῥίγιον] *triſte, luctuoſum.* Comparativa forma, non apparente Poſitivo, ut ἄλγιον, λῷον, βέλτιον, φέρτερον. CAM.

v. 564.

Μέλλει φίλον εἶναι, gratum erit, placebit, placiturum eſt.

v. 566.

Χραίσμω, *cum Accuſ.* arceo. ERN.

v. 567.

v. 567.

*Ἀσσον, *adv.* prope, propius.

Ἰόνθ' pro ἰόντα, accedentem. aor. 2. part. ἰὼν, v. εἶμι, vado, eo.

Ἀσσον ἰόντε, *congreſſi mecum.* CAM.

Ἄαπτος, ου, ὁ, ἡ, qui tangi non poteſt; *vel*, cui quis nocere nequit, quem nemo lædere poteſt: *ex conſequenti*, fortis. *Si priorem habeat ſignificationem, derivatur ab α priv. & ἅπτομαι*, attingo, apprehendo. *Si poſteriorem, ab* ἰάπτω, noceo. *Poteſt etiam α accipi ἐπιτατικῶς, & tunc ſignificat eum*, qui aliis infert mala, invictus. Ἀάπτους] *violentas*, ad quas offendere exitiale ſit. Ut *inacceſſa regia Circes*, quo non ſine pernicie accedi poſſet. CAM.

Ἐφείω, injiciam: injecero. aor. 2. ſubj Act. *Poët.* pro ἐφῶ, reſoluto ω circumflexo in ε, deinde, metri cauſſà, interjecto ι, v. ἐφίημι, injicio, immitto, infero.

Χεῖρας ἐφείω] Eſt autem Juno Jovis manus olim experta, cum e cœlo ab eo ſuſpenſa eſt, ut ſuo loco, id eſt, infra *Iliad. M.* copioſe videbimus. SPOND.

v. 569.

Καθῆστο, ſedit: ſedebat. imperf. ind. *Jon.* & *Poët.* pro ἐκάθητο, v. κάθημαι, ſedeo.

Ἐπιγνάμπτω, inflecto, intorqueo. ex ἐπὶ & γνάμπτω, flecto.

Ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ] *iram ſuam invite cohibens ac ſedans.* CLARK. *reflectens animum ſuum*, in timore ſcil. qui paulo ante in ferocia exultaſſet. CAM.

v. 570.

Ὀχθέω, ῶ, indignor, gravor. ὤχθησαν, *commoti ſunt animis, ingemuere.*

Οὐρανίων, ωνος, ὁ, cœleſtis: cœlicola. Οὐρανίωνες, Cœlites, Cœlicolæ, Dii. ab οὐρανὸς, cœlum.

v. 571.

Ἥφαιστος, ου, ὁ, Vulcanus, *fabrorum metallicorum Deus, ignis præſes.*

Κλυτοτέχνης, ου, ὁ, celeber artifex, arte clarus. Epithet. *Vulcani.* a κλυτὸς, clarus, celebris, & τέχνη, ης, ars.

Ἦρχε, incipiebat. ab ἄρχω, incipio.

v. 572.

Ἐπίηρος, ου, ὁ, ἡ, auxiliator. 2.) gratiam referens. *per*

Syncop. pro ἐπιήρανας, *idem.* ex ἐπὶ & ἐράω, diligo, deſidero. *verſo* ι *in* η.

Ἐπίηρα φέρων] *gratificans, gratiam inire volens apud matrem.* Vid. *Odyſſ.* Γ. *v.* 164. CAM.

v. 573.

Ἀνεκτὸς, ἡ, ὸν, tolerabilis, tolerandus, ferendus. a perf. Paſſ. v. ἀνέχω, tolero, fero.

v. 574.

Σφῶ, vos. nom. dual. a σὺ, tu.

Ἐριδαίνετον, contenditis. ab ἐριδαίνω, certo, contendo. ab ἔρις, ιδος, lis, contentio. Ὧδε, hoc modo.

v. 575.

Ἐν Θεοῖσι, inter Deos.

Κολωὸς, ῦ, ὁ, tumultus, perturbatio: ſumta *Metaphora* ἀπὸ τῶν κολοιῶν, a *graculis*; quippe aves ſunt gregatim volantes, magno cum garritu ſtrepituque.

Κολωὸν ἐλαύνετον] *Turbam datis, tumultum concitatis.*

v. 576.

Ἦδος, τὸ, (cum leni *Æol.* pro aſpirat. *eſt indeclinabile.*) ſuavitas, delectatio, voluptas. ab ἡδὺς, ſuavis.

Ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ] *Senſus eſt:* Si hæc diſſidia epulis noſtris commiſceantur, peribit tota noſtra delectatio, quia, ubi bonum aliquod eſt, ſi malum acceſſerit, longe major eſt ex malo mœſtitia, quam ex bono voluptas. SPOND.

v. 577.

Παράφημι, ſuadeo, conſilium do, hortor, admoneo.

v. 579.

Νεικείησι, jurget. præſ. ſubj. Act. *Jon.* pro νεικέῃ, *metri cauſa*, νεικείησι, v. νεικέω, ῶ, rixor, altercor, contendo.

Συνταράσσω, conturbo, concito, commoveo. ex σὺν & ταράσσω, turbo, commoveo.

v. 580.

Ὀλύμπιος] Epithetis ſignificatur *Jupiter*, ut cum *tonans* & *hominum pater atque Deûm rex* dicitur. *Atque is*, inquit, *ſi videatur, funditus facile everterit omnia.* ut ſit στυφελίξειεν ἂν, *Vel te proturbet de ſede tua.* CAM.

Ἀστεροπητὴς, ῦ, ὁ, fulgurator, fulminator. ab ἀστεροπὴ, Poët. pro ἀστραπὴ, ῆς, fulgur.

v. 581.

v. 581.

Στυφελίζω, aſpere tracto, duris verbis verberibusque inceſſo. *h. l.* dispello, disjicio, deturbo. a στυφελὸς, ἡ, ὸν, durus, aſper.

Φέρτατος. Vid. *v.* 186.

v. 580. 581.

Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλησιν — Ἐξ ἑδέων στυφελίξαι] Si στυφελίξαι *Modi Infinitivi* intelligatur, elegans erit Ἀποσιώπησις: *Si vult Jupiter e ſedibus omnes deturbare; — poterit ſane.* Sin στυφελίξαι *Modi Optativi* accipiatur, tum ſententia erit plena: *Si velit Jupiter, utique omnes e ſedibus ſuis deturbaverit.* Prior ratio placuit *Euſtathio*, poſterior *Henrico Stephano* in *Annotat. ad Xenophontem.* p. 39. CLARK.

v. 582.

Καθάπτεσθαι, Infinit. pro Imperat. *more Attico.* καθάπτομαι, attingo, tango animum dictis. demulceo, delinio. ex κατὰ & ἅπτομαι, tango.

Μαλακὸς, ἡ, ὸν, mollis: placidus, lenis, mitis.) (σκληρὸς, durus. a μαλάσσω, mollio, lenio.

Καθάπτεσθαι ἔπεσι μαλακοῖς] περιφραστικῶς, i. e. *placato* vel *delenito verbis.* CAM.

v. 583.

Ἵλαος, υ, ὁ, ἡ, propitius. 2.) benignus, clemens, facilis, placidus. ab ἱλάομαι, placo.

v. 584.

Ἀναΐσσω, ſurſum ruo, ſurgo, proſilio. ex ἀνὰ & ἀΐσσω, ruo, cum impetu feror.

Δέπας, ατος, τὸ, poculum: patera.

Δέπας ἀμφικύπελλον] *Schol.* ἀμφοτέρωθεν κοῖλον καὶ περιφερές. *P. Victorius Variar. Lect. Lib.* 54. C. 22. erudite ex *Ariſtotele* oſtendit, poculum hoc eſſe duplex; fundo in media ſui parte, quod ſit utrique poculo, & erecto & inverſo, commune. Quod & notavit *Euſtathius.* Alii poculum *utrinque anſatum* intelligunt. CLARK. Ἀμφικύπελλον poculum, quod eſſet duplex, cujusque partes ſibi ipſis imponi ſolerent, ita ut utraque illarum poculi formam uſumque haberet. Qualia ſunt nunc etiam principum & opulentorum & oſtentatorum magnificentiæ. CAM.

v. 585.

Τίθει, ponebat. *Jon.* pro ἐτίθει, vel ἐτίθη. imperf. Act. *quaſi* a τιθέω, v. τίθημι, pono.

v. 586.

Τέτλαθι, tolera. præſ. imperat. a τέτλημι, quod a τλάω. Sunt tamen, qui aor. 2. eſſe dicunt.

Ἀνάσχεο, ſuſtine. *Jon.* pro ἀνάσχου, v. ἀνασχέω, ſuſtineo, perfero.

Κηδομένη περ, quamvis moeſta *ſis*.

v. 587.

Μή σε φίλην — Θεινομένην] Vis particulæ περ hoc in loco eſt, ut ſententia ſit: *Ne te, quam omnium maxime amo, cogar videre vapulantem.* CLARK.

v. 588.

Θείνω, ferio, percutio.

v. 589.

Ἀργαλέος, έα, έον, difficilis, moleſtus, qui alicui operoſus eſt. pro ἀλγαλέος, ρ pro λ *Attice*, ab ἄλγος, dolor. *Vel* quaſi ἐργαλέος, ab ἔργον, opus.

Ἀντιφέρω, oggero, regero. ἀντιφέρομαι, obviam me fero, offero me, reſiſto, repugno.

Ἀργαλέος Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι, Difficilis eſt Jupiter ad repugnandum. *i. e.* Difficile eſt Jovi repugnare, *ſeu* ſe ei opponere. Infinitivus, Nomini Adjectivo junctus, vim habet Gerundii in *Dum*. Uſus eſt hujus Regulæ etiam in Infinitivis Paſſivis. POSS. *Synt. Gr. p.* 168.

v. 590.

Ἄλλοτε, *adv.* alias, alio tempore. ab ἄλλος, alius.

Ἀλέξω, depello, arceo. *h. l.* opitulor, auxilior, juvo.

Μεμαῶτα, cupientem, ſtudentem. perf. part. Act. *per Syncop.* pro μεμαηκότα, v. μάω, ῶ, vehementer cupio, ſupra modum deſidero. Frequenter in uſu eſt *perf.* quod *præſentis* ſignificationem habet.

v. 591.

Ῥίπτω, jacio, dejicio, projicio, præcipitem do.

Τεταγὼν, prehendens. *Jon. reduplicat.* pro ταγὼν. aor. 2. part. Act. v. τάζω, extendo, corripio, apprehendo. Poëtæ nonnunquam Perfecti augmentum reliquis cujusvis Modi temporibus, maxime vero Aor. tribuunt.

Ποδὸς

Ποδὸς τεταγὼν] *pede prehenſum & circumrotatum*. CLARK.

Βηλός, ῦ, ὁ, limen domus.

Θεσπέσιος, α, ὁ, ἡ, divinus: ſacer. a θέσπις, ιος, ὁ, ἡ, vates, divinus, ex Deo loquens.

v. 592.

Ἦμαρ, ατος, τὸ, dies. *Poët.* pro ἡμέρα.

Πᾶν δ' ἦμαρ] δι' ὅλης δὲ τῆς ἡμέρας.

Φερόμην] ἐφερόμην (ferebar) ἤτοι διὰ τῦ ὀρανῦ, ἢ διὰ τῦ ἀέρος. *Schol.*

Ἅμα ἠελίῳ καταδύντι, una *cum* ſole occidente.

v. 593.

Κάππεσον, decidi. *Æol. Syncop.* pro κατέπεσον, aor. 2. ind. Act. v. καταπίπτω, decido, delabor.

Ἐν Λήμνῳ, in Lemnum. ἐν *h. l.* denotat motum ad locum.

Λήμνος, *Lemnus*: inſula ſulphuroſa, & igne ſubterraneo referta. CLARK. νῆσός ἐςι Θρᾴκης, ἱερὰ Ἡφαίςῳ, ἔχυσα δύο πόλεις, Ἡφαιςιάδα καὶ Μύριναν. *Schol.*

Ἐνῆεν, inerat. *Poët.* pro ἐνῆν. v. ἔνειμι, inſum.

Ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν] περιφραςικῶς inquit, ἐλιποψύχυν, *cum jam animo linquerer, affuere in tempore Sinties, qui me refocillarent.* CAM.

v. 594.

Σίντιες] Οἱ Λήμνιοι· ἀπὸ τῦ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν, ὄντες πειραταί· ἢ ὅτι δοκῦσιν αὐτοὶ πρῶτοι ἐπινενοηκέναι τὰ πρὸς πόλεμον ὅπλα· ταῦτα γὰρ ὁμολογυμένως βλάπτει. *Schol.* Vide etiam POTT. *Tom. II. p.* 18.

Ἄφαρ, *adv.* ſtatim, continuo. Ἔνθα, ibi: tunc.

Κομίζω, curo, alo, foveo: excipio, recipio.

v. 595.

Μειδάω *vel* μειδιάω, ῶ, molliter *ſeu* leniter rideo, ſubrideo.

v. 596.

Κύπελλον, υ, τὸ, genus *poculi*. Παιδὸς, a filio.

v. 597.

Ἐνδέξια, *adv.* verſus dextram. 2.) dextre, apte, cum artificio. ab ἐνδέξιος, ία, ιον, qui eſt ad dextram· 2.) fauſtus, proſper: Græci enim dextra omnia fauſta eſſe ducebant.

Propinatio ſæpius fiebat initio facto *a dextra*, quod Ἐπιδέξια dixerunt. *Pollux Lib. II. Cap. V.* §. 159. Παρὰ

Ἐυπόλιδι προπόσεως σχῆμα· (καλεῖται ἐπιδέξια) Ὅταν πίνωσι τὴν ἐπιδέξια, *Apud Eupolin vox* ἐπιδέξια *propinationis modum denotat, ut, Quando bibunt* ἐπιδέξια. Exemplum aut veſtigium potius *h l.* ubi Diis convivantibus Vulcanus ἐνδέξια πᾶσιν ὠνοχόει, *a dextra exorſus omnibus vinum fundebat.* FEITH. *Lib. III. Cap. V. §. VII.* add. POTTER. *Tom. II. p.* 330.

v. 598.

Ὀινοχοέω, ῶ, vinum fundo, ſum pincerna. ab ὄινος, vinum, & χέω, fundo.

Νέκταρ, αρος, τὸ, Nectar, vini genus, compoſitum ex favis & floribus odoratis, ex quo Poëtæ finxere Deos bibiſſe.

Ἀφύσσω, haurio.

v. 599.

Ἄσβεςος, ε, ὁ, ἡ, & ἄσβεςος, η, ον, inextinguibilis, inextinctus, nunquam ceſſans: (*immenſus.* Translatio ab *igne*, qui ita invaluerit, ut reſtingui nequeat. CAM. ex α priv. & σβέννυμι, extinguo.

Ἐνῶρτο, excitatus erat. plusq. perf. ind. Paſſ. v. ἐνόρω, excito, concito. ex ἐν & ὄρω, *idem.*

v. 600.

Ποιπνύω, opus facio, & quidem ſedulo, valde occupor. 2.) miniſtro. a ποιέω, facio.

v. 601.

Πρόπας, ασα, αν, univerſus, totus. πρόπαν ἦμαρ, *plene*: κατὰ πρόπ. ἦμαρ, per totum diem, toto die.

Ἐς ἠέλιον καταδύντα] ἕως ἡλίου δυσμῶν, usque ad ſolem occidentem.

v. 603.

Φόρμιγξ, γγος, ἡ, *idem quod* κιθάρα, cithara.

Περικαλλὴς, έος, ὁ, ἡ, perpulcher, perelegans. ex περὶ (quod, aliis Nominibus additum, ſignificationem intendit, adeoque idem eſt ac *valde.*) & καλὸς, pulcher.

v. 604.

v. 604.

Μῦσα, ης, ἡ, Muſa, *Dea cantus.* Muſis *canendi* facultas tributa fuit cum Apolline.

Ἀμείβω, muto, commuto. *h. l.* alterno.

Ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox; cantus, cantilena.

v. 605.

Λαμπρὸς, ρὰ, ρὸν, ſplendidus, fulgidus. a λάμπω, ſplendeo, fulgeo.

Φάος, εος, τὸ, lumen, lux. a φάω, luceo.

v. 606.

Καηκείω, decumbere cupio, pro κατακείω. ex κατὰ & κείω, *idem.*

Οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος. Hi quidem dormiturientes iverunt domum unusquisque. *Syntheſis* eſt, *i. e.* cum Nomini *multitudinis* Singulari reſpondet Verbum Plurale. Huc pertinent omnia Nomina, quæ voce & terminatione ſunt Singularia, ſenſu vero Pluralia, ut ἕκαστος, & ſimilia. POSS. *Synt. Gr. p.* 68.

v. 607.

Ἧχι, *adv.* ubi.

Περικλυτὸς, ἡ, ὸν, valde inclytus, celebris, inſignis. ex περὶ & κλυτὸς, inclytus, celebris.

Ἀμφιγυήεις, ήεσσα, ῆεν, utroque pede claudus. Epitheton *Vulcani*, qui claudus fuit, ex quo ob deformitatem a parentibus cœlo dejectus eſt. ex ἀμφὶ & γυιὸς, claudus.

v. 608.

Ἐιδυίῃσι, *pro* ἐιδυίαις, ſolertibus. dat. plur. *Jon.* perf. part. Act. v. ἐιδέω, *vel* ἔιδημι, ſcio, novi.

Πραπὶς, ίδος, ἡ, præcordia, *item* ratio, mens, ſolertia, prudentia: quod mentis ſedes ſunt præcordia ſeu pectus. Sed uſurpatur in plurali tantum.

v. 609.

Πρὸς ὃν λέχος] εἰς τὴν ἰδίαν κοίτην.

Ἤϊ, abiit. pro ἤϊε, perf. Med. *Jon.* ab εἶμι, vado, eo.

v. 610.

Ἔνθα — ubi. *v. ſeq.* ἔνθα — ibi, illic.

Κοιμᾶθ', pro ἐκοιμᾶτο, dormiebat. v. κοιμάομαι, ῶμαι, dormio, obdormio.

Tria hic occurrunt vocabula, quæ *ſomnum* notant, κοιμᾶσθαι, ὕπνος, & καθεύδειν. Κοιμᾶσθαι propr. ſignificat *ad ſomnum ſe componere*, ὅτε ὁ ὕπνος ἱκάνει, τουτέστι καταλαμβάνει ἡμᾶς, quando ſomnus nobis obrepit, *vel* cum ſomno gravamur : ὑπνοῦν dormiendi *actum* : καθεύδειν dormiendi *fructum* innuit. Vide Græcos Magiſtros. SCHERPEZ.

v. 611.

Κάθευδ' pro ἐκάθευδε, dormiebat.

Παρὰ δὲ] παρ' αὐτὸν δὲ.

Χρυσόθρονος, ου, ὁ, ἡ, aureum thronum habens. ex χρυσὸς & θρόνος, ου, thronus, ſolium.

Notat *Scholiaſtes*, Poëtam in toto hoc primo libro ne unam quidem inſeruiſſe *Similitudinem*. Quod itidem doctiſſima *Domina Dacier* & de primo *Odyſſeæ* libro obſervavit. Narrationem nimirum inchoantem, paullo ſimplicior decuit & minus ſublimis oratio. CLARK.

IN

IN B. ILIADIS.

V. 1.

Ἱπποκορυςὴς, ȣ, ὁ, qui armato equo pugnat, bellator equeſtris. ex ἵππος, equus, & κορύσσω, galea armo: armo. Ἱπποκορυςαὶ] De copiis equeſtribus συνεκδοχικῶς & *pedites* intelligendi. Facit autem mentionem militum potiſſimum, quia de bello hiſtoria texitur, cum noctu etiam in pace dormiri ſoleat. Sed ἱπποκορυςαὶ ſunt *equorum agitatores*, ſive *equeſtria prælia facientes*. CAM.

V. 2.

Εὕδω, dormio.

Παννύχιος, ἰα, ιον, per totam noctem *aliquid faciens*. ex πᾶς & νὺξ, nox.

Νήδυμος ὕπνος, profundus & altus ſopor, *vel* ſuavis ſomnus. *Alii* factum volunt ex νὴ & δύω, emergo. *quaſi* ſomnus, unde vix emergere vel excitari poſſis. *Alii* deducunt ab ἡδὺς, ſuavis: *pleonaſmo* τȣ̃ ν.

V. 3.

Μερμήριζε,] quæſivit cum animo ſuo, *aut* variis in cogitationibus agitabatur. ut *Od.* Δ. *v.* 791. CAM.

V. 6.

Οὖλος, ȣ, ὁ, pro ὀλοὸς, pernicioſus, exitialis.

Ὄνειρον, ȣ, τὸ, vel ὄνειρος, ȣ, ὁ, ſomnium, viſum. ab ὄναρ, τὸ, *idem.* Ex *Somniis* etiam divinabatur. Somniorum vero, quæ *divinationem*, ut *Macrobius* loquitur in *Somn. Scip. L. I. c.* 3. *apportarent*, genus conſtituebatur *triplex*. *Primum* χρηματιςμὸν; *oraculum* dixere Græci, cum in ſomniis parens, vel alia ſancta gravisque perſona ſeu ſacerdos, vel etiam Deus aliquis aperte eventurum quid; aut non eventurum, faciendum vitandumve denunciabat. Cujusmodi Agamemnonis fuit ſomnium, quod *Hom. h. l.* enarrat. *Secundum* ὅραμα erat, ſive *viſio*. *Tertium* ὄνειρος, *ſomnium*. LAKEM. *P. III. Cap. IX.* §. *III.* add. POTTER. *Tom. I. p.* 327.

V. 8.

Βάσκω, *Poët.* pro βαίνω, vado, eo.

Ἴθι, age: accelera. imperat. v. εἶμι, vado, eo.

V. 10.

V. 10.

'Ἀτρεκέως, *Jon.* pro ἀτρεκῶς, vere. ab ἀτρεκὴς, έος, ὁ, ἡ, verus, certus. 2.) accuratus.

'Ἀτρεκέως ἀγορευέμεν] *Vere* (nuncia;) non ad narrationis ſententiam, ſed ad verborum narrationem: ut recte annotavit *Spondanus*. Quare melius latine vertitur, *accurate*, quam *vere*. CLARK.

V. 11.

'Ε, ipſum. ab ἕ, ſui.

Καρηκομάω, ῶ, caput comatum habeo, capite crinito ſum. Hinc illud *Homericum* καρηκομόωντες, comantes, capillati, criniti, pro καρηκομῶντες, καρηκομάοντες. ex κάρη, τὸ, *indeclin.* caput, & κόμη, ης, coma.

Ad corporis cultum inter alia etiam pertinet *coma*, in qua alenda non parum decoris Græci poſuerunt. Quare Hom. paſſim celebrat καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς, *comatos Achivos*, h. e. κομόωντας τὰ κάρηνα καὶ πολύτριχας, *capita comantes & capilloſos. Euſtathius* ait: Ἔθος ἦν αὐτοῖς, κόμην τρέφειν, οὐ μόνον εἰς κάλλος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φοβερόν· Οὕτω γὰρ καὶ λέων χαιτήεις φοβερώτερος τοῦ μὴ χαίτην ἔχοντος· *Eos hoc factitaſſe, non venuſtatis tantum gratia, ſed etiam formidinis: Quemadmodum & leo ſetoſus formidoloſior eſt eo, qui jubas non habet.* FEITH. *Lib. III. Cap.* X. §. *I.* add. POTTER. *Tom. II. p.* 163.

V. 12.

Πανσυδίη] Tota hæc Poëtica machinatio id unum narrat: Agamemnonem, poſtquam diſceſſiſſet Achilles, ſibi tamen aſſentatum, ſibi ſomniaſſe, ſibi temere finxiſſe, urbem ſe Trojam, illo abſente, poſſe nihilominus expugnare. Infra. *v.* 37. Φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ· Νήπιος. CLARK.

Πανσυδίη, *Dat. adv.* omni impetu. 2.) feſtinantiſſime. 3.) cum toto exercitu. ex πᾶν & σύδην, celeriter. *vel* quaſi a πανσυδία, omnis impetus.

'Ευρυάγυιος, υία, υιον, latas vias habens: latis viis *ſeu* regionibus, magna (urbs.) ex εὐρὺς & ἀγυιὰ, ἡ, via.

V. 13.

Ἀμφὶς, utrinque: ſine, ſeorſum. *h. l.* diverſe. Ἀμφὶς φράζονται, diſſentiunt.

V. 14

v. 14.

Ἐπιγνάμπτω, inflecto, intorqueo: perſuadeo, precibus moveo.

v. 15.

Κῆδος, εος, τὸ, cura, ſollicitudo. 2.) *h. l.* moeror, luctus, moleſtia, ærumna, damnum, malum.

Ἐφῆπται, impendent. 3. ſing. perf. ind. Paſſ. v. ἐφάπτω, illigo, alligo. ἐφάπτομαι, attingo, alligor: impendeo, mmineo. ex ἐπὶ, & ἅπτω, necto.

v. 18.

Κιχάνω, κιχέω, κίχημι, invenio, deprehendo.

v. 19.

Περὶ —κέχυθ' *Jon.* pro κέχυτο, circumfuſus erat. plusq. perf. ind. Paſſ. v. περιχύω, circumfundo.

Ἀμβρόσιος, ια, ιον, *h. l.* dulcis.

v. 20.

Νηληΐῳ υἷι] τῷ Νηλέως παιδὶ, Νέστορι.

Ὑις, υἷες, υἷι, υἷα, filius.

v. 21.

Τῖ', pro ἔτιε, *Jon.* & *Poët.* v. τίω, honoro.

v. 22.

Ἐισάμενος, cum ſe aſſimilaviſſet. *Attic.* pro εἰσάμενος, aor. 1. part. Med. v. εἴδω, video.

v. 23.

Δαΐφρων, ονος, ὁ, ἡ, bellicoſus. 2.) prudens. ex δαΐς, ἴδος, ἡ, pugna, prælium, bellum.

Ἱππόδαμος, ε, *Jon.* οιο, ὁ, equorum domitor, fortis eques. ex ἵππος, & δαμάω, domo.

Equorum magnus quoque Heroibus in bello uſus; unde paſſim ἱππόδαμοι, *equorum domitores*, ἱπποκορυσταὶ, *equis pugnantes* dicti. FEITH. *Lib. IV. Cap. XI.* §. *I.*

v. 24.

Ου χρὴ παννύχιον εὕδειν βυληφόρον ἄνδρα· Non decet conſiliarium dormire nocturnum, *i. e.* per totam noctem. Adjectiva *Temporis* ponuntur a Poëtis pro Adverbiis. POSS. *Synt. Gr. p.* 270.

v. 25.

Ἐπιτετράφαται, commiſſi ſunt. 3. plur. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐπιτετραμμένοι εἰσὶ, v. ἐπιτρέπω, permitto, trado, committo.

Μέμηλα,

Μέμηλα, curæ ſum. præt. Med. a μέλει, pro μέμολα; aut *per Sync.* pro μεμέληκα, præt. Act.

v. 26.

Ξύνες, audi. aor. 2. imper. Act. *Attic.* pro σύνες, v. συνίημι, intelligo. Ἐμέθεν] ἐμοῦ.

v. 27.

Ἄνευθεν, *adv.* absque, ſine. ab ἄνευ, *idem.*

Ἄνευθεν ἐών, quanquam diſtet, licet a te remotus ſit.

Ἐλεαίρω, miſereor. *idem quod* ἐλεέω. *Poët.* ab ἔλεος, miſericordia.

v. 33.

Λήθη, ης, ἡ, oblivio, memoria abolita. a λήθω, lateo. λήθομαι, obliviſcor.

v. 34.

Εὖτε, *adv.* quando, quum, ubi.

Μελίφρων, mellea dulcedine animum perfundens & oblectans. — *Mellitus* vel *melliti ſenſus*, i. e. gratus & jucundus. Ita enim placidus eſt ſomnus & quaſi amœnorum viſorum: & apud *Theocritum* ὕπνος μέλιτος γλυκίων dicitur. CAM.

Ἀνήῃ, dimiſerit. aor. 2. ſubj. Act. *Poët.* pro ἀνῇ, v. ἀνίημι, pro ἀνίω, dimitto, relinquo.

v. 36.

Τὰ φρονέοντα] ταῦτα λογιζόμενον

Ἅ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε, quæ non erant eventura, exitum habitura. Μέλλω cum infinit. ſignificat *ſum*, Infinitivus autem futuro participio exponitur. Vid. A. v. 564.

v. 37.

Φῆ γὰρ ὅγ'] *i. e.* ἐκεῖνος ἔφη, *h. e.* πεπεισμένος ἦν. *Jam ſibi perſuaſerat, futurum illo die, ut Trojam caperet*, ignarus divini conſilii. Et mox: Θήσειν γὰρ ἔτ' ἔμελλεν ἐπ' ἄλγεα, dixit τμήσει, ut ſit: Ἐπιθήσειν ἄλγεα Τρωσὶ καὶ Δαναοῖς, *objecturum illum miſerias & luctus tam Græcis, quam Trojanis, de belli prœliis.* CAM. Vide etiam ſupra ad *v.* 12.

v. 38.

Νήπιος, ου, ὁ, *ſi ad ætatem referatur*, infans, parvulus. 2.) *ſi ad animum, ſignificat* ſtultum, inſipientem, *ut h. l.*

Ἤδη, noverat, norat. *Att.* pro ᾔδει. plusq. perf. Act. v. εἰδέω, vel εἴδημι, ſcio, novi.

Μήδομαι

Μήδομαι, curam gero, delibero. *h. l.* cogito, meditor, molior. a μῆδος, εος, τὸ, cura, conſilium.

v. 39.

Στοναχὴ, ῆς, ἡ, gemitus, ſuſpirium, dolor. a ςόνος, ε, ὁ, *idem.*

v. 40.

Κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, *h. l.* vehemens, acer, violentus.

Ὑσμίνη, ης, ἡ, pugna, prælium, bellum.

v. 41.

Ἔγρετο, ſurgebat. *Jon.* pro ἠγρετο. imperf. v. ἔγρομαι, *per Sync.* pro ἐγείρομαι, excitor: ſurgo.

Ἀμφέχυτ', circumfuſa erat. pro ἀμφέκυτο, quod pro ἀμφικέχυτο, plusq. perf. Paſſ. *demto augmento*; v. ἀμφιχύω, χέω, circumfundo.

Ὀμφὴ, ῆς, ἡ, vox divina, oraculum, omen, augurium, ſomnium. 2.) vox.

Θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφὴ] Qui hoc in alium ſermonem convertere volet, is demum, quæ ſit horum vocabulorum vis & ἐνέργεια ſentiet. *Domina Dacier* non male: *Il lui ſembla que la voix divine repanduë tout autour de lui, retentiſſoit encore a ſes oreilles.* CLARK. *Aures ei adhuc tinniebant voce divina.* ERN.

v. 42.

Ὀρθόω, ῶ, erigo. ὀρθοῦμαι, erigor, *ſeu* erigo me. ab ὀρθὸς, rectus.

Ἐνδύνω, induo. Χιτὼν, tunica interior.

Veſtis regia non multum ab aliis diſtincta, ut videre eſt *h. l.* ubi Agamemnon ſurgens induit tunicam, pallio humeris circumpoſito, ſubligatis pedibus calceamentis, gladioque accinctus, ac ſceptro munitus egreditur. FEITH. *Lib. II. Cap. IV. §. VIII.*

v. 43.

Νηγάτεον, quid ſignificaret, quæſivere: Atque aliqui acceperunt *recentem* (*nuper factum*, quaſi νεηγάτεος, i. e. νεωςὶ γενόμενος,) aliqui *molliter & ſcite pertextum*, aliqui etiam *nulla artificis manu elaboratum*, ſed divini operis, ut ſit νη quemadmodum in νήγρετος negativa, ita hic jam erit χιτὼν ἀχειρόκμητος ſeu ἀχειρότευκτος. CAM.

Περιβάλλω, amicio, circumjacio, induo.

H Φᾶρος,

Φάρος, vel Φᾶρος, εος, τὸ, pallium, veſtis exterior. Sed; quia Agamemnon bellator nunc eſt, & in expeditione verſatur, accipere, ut opinor, poſſumus *militare pallium*, ſeu *paludamentum*. Græci χλαμύδα & χλανίδα dixere. CAM.

v. 44.

Ποσσὶ, pedibus. dat. plur. *Poët.* pro ποσὶ, a πᾶς, pes.

Ὑπαὶ, *Poët.* pro ὑπὸ, ſub. *h. l.* cum Dat. aliquando cum Genit. aliquando cum Accuſ. vel ὑπαὶ *h. l.* per Tmeſin pro ὑποδήσατο.

Λιπαρὸς, ρὰ, ρὸν, pinguis, obeſus, nitidus: pulcher, præclarus. a λίπος, εος, τὸ, pinguedo, adeps.

Πέδιλον, ου, τὸ, calceus. πέδιλα, talaria.

v. 45.

Ἀργυρόηλος, ου, ὁ, ἡ, argenteis clavis confixus: ἀργυροῖς ἥλοις διαπεπαρμένος, argenteis clavis diſtinctus. ex ἄργυρος, & ἧλος, ου, ὁ, clavus.

Ξίφος, enſis, antiquitus a baltheo ſuperhumerali pendebat.

v. 46.

Ἕιλετο, ſumſit. aor. 2. ind. Méd. v. αἱρέω, capio, ſumo.

Ἕιλετο δὲ σκῆπτρον] Scipionem regium Vulcani opus, ut poſtea dicitur. Hæc enim inſignia principatus fuere apud veteres, quia ſeniores ipſius etiam naturæ ordine, & hominum conſenſu præeſſe debent. Seniorum autem geſtamina ſcipiones, ut incedant firmius baculis niſi. Sed regum & principum ſcipiones conſpicui pretioſa materia atque opere ipſo fuerunt, ut Achillis *Il. A. v.* 245. CAM.

Πατρώϊος, ου, ὁ, ἡ, patrius, paternus. 2.) avitus. a πατὴρ, pater.

Ἄφθιτος, ου, ὁ, ἡ, incorruptus, corruptioni minime obnoxius. *item*, immortalis, æternus. ex α priv. & φθίνω, corrumpo.

v. 47.

Σὺν τῷ ἔβη] σὺν τούτῳ ἐπορεύθη.

v. 49.

Ζὴν, ζηνὸς, ὁ, Jupiter.

Φόως, lux; lumen. pro φῶς, *per pleonaſmum litteræ o.* a φάω, luceo. Vid. *A. v.* 104.

Ἐρέουσι] ἀπαγγελοῦσι, δείξουσι.

Ἀθανά-

Ἀθανάτοισιν] τοῖς Θεοῖς.

v. 50.

Λιγύφθογγος, ου, ὁ, ἡ, ſtridulam *ſeu* ſuavem vocem habens. ex λιγὺς, εῖα, ὺ, ſtridulus, argutus; canorus; jucundus, & φθόγγος, ου, ὁ, ſonus, vox.

Κέλευε] ἐκέλευσε.

v. 51.

Κηρύσσω, præconem ago, præconio voco *ſeu* convoco.

v. 50 - 51.

In *publico miniſterio* præcipue celebrati Κήρυκες, *Præcones*, qui operam præſtabant Regibus in omni officii parte. Unde *Heſychio* dicti οἱ διάκονοι, οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες πράξεις, *miniſtri*, *ſervilia officia ſubeuntes.* Hi populum Regis nomine in concionem convocabant. FEITH. *Lib. II. Cap. V.* §. *II.*

v. 52.

Τοὶ, *pro* αὐτοὶ, hi, illi.

Ἠγείροντο, congregabantur: frequentes adfuerunt. ab ἀγείρω, congrego.

v. 53.

Ἵζω, ſedere *ſeu* conſidere facio. ἵζομαι, ſedeo.

Erant priſcis regibus adjuncti viri ætate ac judicio præſtantes, quorum conſilio domi militiæque rem publicam adminiſtrabant. Homerus vocat *h. l.* βουλὴν γερόντων, *concilium ſenum*, quo primum deliberabatur, quæ populo erant pro concione dicenda: ut videre eſt *h. l.* Ubi ſomnium principibus Græcorum Agamemnon enunciat, & conſilium de tentandis fuga propoſita Græcorum animis, ut cum optimatum aſſenſu in populum evulgentur, quod fit ſtatim coacta concione. FEITH. *Lib. II. Cap. VI.* §. *I.*

v. 54.

Πυληγενὴς, έος, ὁ, ἡ, Pylo ortus *ſeu* oriundus, in inſula Pylo natus. ex Πύλος, & γίνομαι.

v. 55.

Πυκινὸς, ἡ, ὸν, denſus, creber, frequens. *h. l.* prudens, callidus. a πύκα, *adv.* denſe, ſpiſſe; prudenter, accurate.

Ἀρτύω, *vel* ἀρτύνω, adorno, apparo: propono.

Πυκινὴν ἠρτύνετο] Βουλὴ, i. e. *conſilium*, ſignificat tam *rem*, i. e. *deliberationes*, quam *cœtum* deliberantium, ut ἀρχὴ

magiſtratus, *honorem* & *hominem* : δικαςήριον *locum* & *cœtum* judicii. Πυκινὴν autem βυλὴν *denſam* vocat, i. e. *grave* & *ſapiens* conſilium, atque etiam *ſecretius* : ad hæc enim omnia *denſitatis* intellectus transferri poteſt. CAM.

v. 56.

Ἐνύπνιον] *in ſomnis* ſeu *per quietem* ἐπιῤῥηματικῶς, & mox εἶδος, μέγεθος, φυὴν, *faciem*, *ſtaturam*, *habitum* dixit, & ἀμβροσίην διὰ νύκτα, vel *jucundam* ; quies enim hujus temporis propria. Dulcedinem igitur ſomni & hujus gratiſſimam quietem indicat epitheton. Vel, ut Grammatici nugantur, ἀμβροσίη quaſi ἀναβροτίη, quod noctu mortales non obambulare, neque diverſari in publico ſoleant. CAM.

v. 58.

Ἄγχιςα, *adv.* proxime. 2.) maxime. *Superlat.* ab ἄγχι prope, juxta.

Ἐώκει, ſimilis erat. pro ἐοίκει. plusq. perf. Med. a præt. Med. ἔοικα, v. εἴκω, ſimilis ſum.

v. 59.

Καί με πρὸς μῦθον ἔειπεν, & ad me verba fecit.

v. 71.

Ὤιχετ' pro ὤχετο, abiit. aor. 2. Med. v. οἴχομαι, abeo, diſcedo.

Ἀποπτάμενος, avolans. aor. 2. part. Med. v. ἀφίπταμαι, avolo. ex ἀπὸ & ἵπταμαι, volo.

v. 72.

Ἀλλ' ἄγετ', αἴ κέν πως] *Nunc hoc agite, ſi quo modo induere arma poſſimus Græcis.* CAM.

v. 73.

Ἣ θέμις ἐςὶ, vel, *ut par eſt*, aut, *quemadmodum fieri ſolet*, vel, *quatenus me decet*, & *rectum eſt.* IDEM.

v. 74.

Πολυκλήϊσι] Interpretantur μεταληπτικῶς, ut ſit, *multis remis inſtructas naves.* Nam κληῖδας (a κληὶς) eſſe *ſedilia quædam in navibus remigum.* IDEM.

v. 75.

Ἄλλοθεν, *adv.* aliunde.

v. 77.

Ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, *Jon.* pro ἀμαθόεις, arenoſus. ab ἄμαθος, ου, ἡ, arena.

v. 79.

Ἡγήτωρ, ορος, ὁ, dux, ductor. ab ἡγέομαι, duco.

Μέδω, impero, imperium teneo. 2.) curo, curam gero. ὁ μέδων, οντος, regnator, imperator, præfectus.

v. 80.

Ἐνέπω, dico, enarro. pro ἐνέπω. Ἔνισπε, dixiſſet.

v. 81.

Φαῖμεν, diceremus. aor. 2. opt. Act. *per Sync. Attic.* pro φαίημεν, v. φημὶ, ajo, dico.

Νοσφίζω, ſeparo. νοσφίζομαι, ſeparor, ſeparo me. *h. l.* averſor, rejicio, recuſo, repudio. a νόσφι, *adv.* ſeorſum.

v. 84.

Βουλῆς ἐξῆρχε] De Senatu primus exiit, eumque alii exſurgentes & ipſi ſecuti fuere. CAM.

v. 85.

Ἐπανίστημι, excito, erigo. *h. l. neutral.* aſſurgo, exſurgo.

v. 87.

Ἠΰτε ἔθνεα] Prima hæc parabola Homerica *apicularum*, animalis non grandis quidem illius, ſed multiplici laude celebris. Et notantur in his verſibus ea, quæ ὁμοιόπτωτα vocantur. Βοτρυδὸν vero de *agmine denſo examinis* dixit. CAM.

Ἔθνος, εος, τὸ, gens, natio. aliquando pro ordine, & ſocietate, & genere hominum. Dicitur & in ſingulari & plurali de *brutis*: ut *gens* & *gentes* apud Latinos.

Μελισσάων, *Dor.* pro μελισσῶν, a μέλισσα, vel ττα, ης, ἡ, apis. a μέλι, cujus effectrix eſt.

Ἀδινὸς, ἡ, ὸν, confertus, denſus, multus, frequens. ab ἅδην, *adv.* adfatim, abunde, largiter.

v. 88.

Πέτρα, ας, *Jon.* πέτρη, ης, ἡ, lapis, ſaxum. Homero aliisque Græcis Poëtis ſæpe eſt *antrum in rupe excavatum.* Ita *Il.* Δ. *v.* 107. SCHERP.

Γλαφυρὸς, ρὰ, ρὸν, cavus, profundus. a γλάφω, cavo: ſculpo.

v. 89.

Βοτρυδὸν, *adv.* denſe, inſtar racemi. a βότρυς, υος, ὁ, botrus, uva: racemus.

Πέτομαι, & πέταμαι, item πετάομαι, ἅμαι, volo. 2.) rapido curſu feror.

Ἄνθος, εος, τὸ, flos.

Εἰαρινὸς, ἡ, ὀν, vernus. ab εἶαρ, ρος, τὸ, ver. *Poët.* pro ἔαρ.

V. 90.

Ἔνθα — hac. — ἔνθα — illac. Αἱ μὲν — aliæ. αἱ δὲ — aliæ autem.

Ἄλις, *adv.* ſatis, abunde. 2.) adfatim, magna copia. 3.) confertim, coacervatim.

Πεποτήαται, *volant:* (volarunt.) *Jon.* pro πεποτήνται. perf. ind. Paſſ. v. ποτάομαι, ῶμαι, volo, as.

V. 91.

Νεῶν ἄπο] ἀπὸ τῶν νεῶν. νεῶν *per Syſtolen*, pro νηῶν, a ναῦς, ἡ, navis.

V. 92.

Ἠϊὼν, ὀνος, ἡ, littus, ripa.

Προπάροιθε, *vel* θεν, ante, ante oculos, in conſpectu.

Ἐστιχόωντο, ordine procedebant. *pleonaſm. Poët.* pro ἐστιχῶντο. V. στιχάω, ῶ, ordine eo, vado. ab aor. 2. v. στείχω, *idem.*

V. 93.

Ἰλαδὸν, *adv.* turmatim. 2.) affatim. ab ἴλη, ης, ἡ, agmen, grex. 2.) turma, ordo equitum.

Μετὰ δέ σφισιν ὄσσα δεδήει, Ὀτρύνουσ' ἰέναι, Διὸς ἄγγελος] Mira cum ſublimitate atque ἐνεργείᾳ exhibet iſta Imago, quam celeriter, quamque *ardenti ſtudio*, per univerſum Exercitum delata fuerint Imperatoris mandata. CLARK.

Ὄσσα, ης, ἡ, vox. *h. l.* rumor, fama. Rumorem *Jovis nuntium* dicit. Nam fit, ut hi divinitus ſæpe ſpargantur, & voluntates atque animos hominum commoveant. CAMER.

Δεδήει, fulſerat. (CAM. *exarſerat:* ut intelligamus, vehementem fuiſſe incitationem.) plusq. perf. Med. a præt. Med. *Att.* δέδηα, v. δαίω, incendo, uro.

V.

Ὀτρύνω, incito, inſtigo, adhortor.

Ἀγέροντο, congregati erant. aor. 2. Med. v. ἀγείρω.

V. 95.

Τετρήχει, fremebat: tumultuabatur, *ſive* turbis & tumul erat plena (ἀγορὴ, concio.) plusq. perf. Act. *Jon.* ver *Poët.* τρήχω. pro τραχύνω, aſper & ſalebroſus ſum. a τρηχ *Poët.* pro τραχὺς, aſper, ſalebroſus. Ὑπὸ, *h. l.* ſubtus.

Στοναχ

Στοναχίζω, ομαι, gemo, ingemiſco. a ςόναχος, ϋ, ὁ, gemitus, ſuſpirium.

v. 96.

Ὅμαδος, ϋ, ὁ, multitudo. 2.) tumultus, ſtrepitus, quem multitudo excitat. ab ὁμὰς, άδος, ἡ, multitudo, omnes ſimul.

Σφέας, illos, ipſos. *Jon.* pro σφᾶς.

v. 98.

Σχοίατ' pro σχοίατο, reprimerent. aor. 2. opt. Med. pro σχοῖντο, ab ἔχω, cujus fut. 2. σχῶ, ex *inuſit.* σχέω. Hic autem ἔχω ſui compoſiti κατέχω, *reprimo*, *cobibeo*, ſignificationem accipit.

v. 97. 98.

Præcones ſilentium quoque indicebant, ut audientiam dicturis facerent, quibus ſceptrum tradebant. FEITH. II: V. §. II.

v. 99.

Σπυδῇ] *vix tandem conſedere.* σπυδῇ *plene:* σὺν σπυδῇ, cum ſtudio & labore.

Ἐρήτυθεν, tenuerunt. *Bœot. Sync.* pro ἐρητύθησαν. aor. I. ind. Paſſ. (pro Act.) v. ἐρητύω, inhibeo, cohibeo, reprimo.

Καθέδρα, ας, ἡ, cathedra, ſuggeſtum. *h. l.* ſedes, ſella, ſedile.

v. 100.

Ἀνὰ δὲ — Ἔςη] ἀνέςη δὲ.

v. 101.

Κάμε, laboravit. *Jon.* pro ἔκαμε, aor. 2. ind. Act. v. κάμνω, fatigor, deficio. *Tranſitive*, *ſeq.* *accuſat.* cum labore facio, elaboro.

Κάμε τεύχων, cum labore fabricavit.

v. 99 - 101.

In concionibus, *cathedris* diſpoſitis, *conſidebant* univerſi, *ante eo*, *qui verba facturus erat*, & quidem *in medio*. FEITH. *Lib. II. Cap. VI.* §. *II.*

v. 102.

Ἥφαιςος μὲν δῶκε] Apte admodum & ad rem congruenter Poëta, in his quinque verſibus, *Agamemnonis* ſtemma deſcribens, ſingulis verſibus ſententias ſingulas abſolvit. „*Homerum nemo in magnis ſublimitate, in parvis*

 „*proprie-*

„*proprietate ſuperaverit.*„ *Quintilian. lib.* 10. *cap.* 1. Vide ſupra ad A. 436. CLARK.

V. 101. *ſeq.*

Homerus *Agamemnonis ſceptrum* celebrat, a Vulcano fabricatum, & jam inde a majoribus ſibi in manus traditum. Ait vero Il. A. 235. *ex arbore* demtis foliis reciſum. FEITH. *Lib. II. Cap. IV.* §. *II.*

V. 103.

Διακτόρῳ Ἀργειφόντῃ] De epitheto hoc *Mercurii* inprimis videndus Cel. *Hemſterh. ad Lucian. T. I. p.* 489. qui probat eos, qui ab διάγειν ſc. τὰς ἀγγελίας θεῶν ducunt, & interpretantur, *nuncium mandata perferentem.* Niſi quis malit ſimpliciter a διάγειν; ducere, ut *miniſtrum* ſignificet, vel nunciis perferendis, vel aliis mandatis peragendis. CLARK.

Ἀργειφόντης] quia Argum, vel hominem, vel canem oculatiſſimum cuſtodem Inus, juſſu Jovis interemerit. Aut, quia ſit numen hoc purum & φόνε καθαρὸν, i. e. *pacis.* Sed & intelligi poſſe exiſtimo nitore quodam conſpicuum Mercurium, quod ut deſtitutus priorum auctoritate affirmare non auſim, ita ſtellæ Mercurialis ςιλβέάης appellatio adjuvare poſſit. CAM.

V. 104.

Ἑρμείας, & Ἑρμέας, ε, ὁ, *Poët.* pro Ἑρμῆς, ῦ, Mercurius, *nuntius Deorum.*

Πλήξιππος, ε, ὁ, qui pungit & ſtimulat equos, agitator & domitor equorum, eques. 2.) bellator. Epithet. propr. *viri nobilis.* a πλήσσω, percutio, cædo, & ἵππος, equus.

V. 106.

Πολύαρς, αρνος, ὁ, ἡ, multos agnos habens, & *per conſeq.* dives. ex πολὺς & ἄρς, ἀρνὸς, agnus.

Ex re pecuaria omnes pene veterum Græcorum *divitiæ cenſebantur*; quam acquiſitionis ſpeciem omnium juſtiſſimam prædicat *Ariſtoteles*, velut a natura ſubminiſtratam.— Omninoque in univerſum homines opulenti *Homero* vocantur πολύαρνες, πολύμηλοι, *pecoroſi.* FEITH. *Lib. IV. Cap. I.* §. *IV.*

V. 107.

Ἀυτὰρ ὁ ἀυτε Θυέςτ'] Θυέςα, Nominativus; non Vocativus

vus pro Nominativo, quod eſt ineptiſſimum. Vid. ſupra ad Α. 175. CLARK.

Φορῆναι, geſtandum, ut geſtaret. *Poët.* pro φορεῖν, tanquam a φόρημι vel φορέω, geſto, fero.

v. 108.

Νῆσος, ου, ἡ, inſula. Ἀνάσσειν, ut imperaret.

v. 109.

Ἐρείδω, firmo: figo. ἐρείδομαι, *h. l.* incumbo, innitor.

Τῷ ὅγ' ἐρεισάμενος] τούτῳ τῷ σκήπτρῳ οὗτος, τουτέστιν, ὁ Ἀγαμέμνων, ἐπερειδθείς.

HOMBERGK in *Parerg. Sacr.* ad Hebr. XI. 21. προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *adoravit baculo innixus:* Videtur mos veterum, & ſequentis temporis fuiſſe, ut cum ſermonem pro concione vel alibi habere vellent, baculo innixi id facerent. Saltem nobis ita depinguntur a Scriptoribus etiam profanis. Hinc toties Homerus, quando Heroes inter ſe collocatos refert, dicere ſolet: σκήπτρῳ ἐρεισάμενος &c. Atque hinc nollemus illud προσεκύνησεν verti *adoravit*, ſed *incurvavit ſe.* Nam προσκυνεῖν proprie eſt genua flectere, & quia adorantium is geſtus, hinc pro ipſa etiam *adoratione* ponitur. &c.

v. 110.

Ἄρης, εος, ηος, ὁ, Mars: *Jovis & Junonis*, vel, ut alii tradunt, *ſolius Junonis filius*, *belli Deus.*

v. 111.

Μέγα ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ, maxima calamitate adflixit.

v. 112.

Σχέτλιος] Indignantis vox, & ipſum etiam Jovem accuſantis. Significat enim certe σχέτλιος *ſceleratum*, quo Agamemnon, quaſi in vero dolore, verbo nunc utitur, ut exiſtimetur mirifice eſſe commotus, qui etiam Deo ipſi propemodum maledicat. In teutonica lingua vox pæne eadem ſimili in ſignificatione uſurpatur, *ſchentlich.* CAM.

Πρὶν, antea.

v. 113.

Ἀπονέεσθαι, *me domum* rediturum, ἀπονέομαι, abeo: redeo, revertor.

v. 114.

Ἀπάτη, ης, ἡ, deceptio, fallacia, fraus. ab ἀπατάω, fallo, decipio.

v. 115.

Δυσκλέα] inglorium, vel poſt vel ob amiſſam magnam partem copiarum. CAM. δυσκλεὴς, έος, ὁ, ἡ, inglorius, infamis. ex δυς & κλέος, τὸ, gloria.

v. 116.

Οὕτω που, ita ſcilicet.

Μέλλει φίλον εἶναι, placiturum eſt, placebit.

Ὑπερμενὴς, έος, ὁ, ἡ, viribus prævalidus aut præpotens, viribus ceteros præcellens, 2.) nimium violentus. ex ὑπὲρ & μένος, εος, τὸ, robur, vires.

v. 117.

Πολίων κάρηνα] arces & mœnia & turres, quæ omnia ſunt ardua & conſpicua, ut eſt in corpore vertex. CAM. *propr.* urbium vertices.

Καταλύω, diſſolvo. *h. l.* everto, deſtruo, demolior. ex κατὰ & λύω, ſolvo.

v. 119.

Οἱ ἐσσόμενοι, qui erunt in vivis, *i. e.* Poſteri.

Αἰσχρὸν πυθέσθαι, turpe auditu. πυθέσθαι, aor. 2. infin. Med. v. πυνθάνομαι, & πεύθομαι, audio, cognoſco.

v. 120.

Μὰψ, *adv.* fruſtra, incaſſum: μάτην, ματαίως.

v. 121.

Ἄπρηκτος, ου, ὁ, ἡ, *Jon.* pro ἄπρακτος, infectus, non factus. *Active*, qui re infecta revertitur. inefficax, inutilis, irritus. ex α priv. & πράσσω, vel ττω, ago, facio.

Πόλεμον πολεμίζειν, bellum gerere. Vid. *v.* 788.

v. 122.

Παῦρος, ου, ὁ, paucus. παυρότεροι, pauciores.

Πέφανται, apparuit. perf. Paſſ. v. φαίνω, appareo.

v. 124.

Ὅρκια πιστὰ ταμόντες] Ὅρκια τέμνειν non proprie *fœdus facere*, ſed *victimas ferire fœderis cauſa*, ut θύειν γάμους, *nuptiarum cauſa ſacra facere* &c. V. Cup. Obſ. III. 13. & viros doctos ad Heſych. v. τάμνειν. quæ gloſſa ad *h. l.* pertinet. ERN.

Ἀριθμη-

Ἀριθμηθήμεναι, numerari. *Poët.* pro ἀριθμηθῆναι. aor. 1. inf. Paſſ. v. ἀριθμέω, numero. ab ἀριθμὸς, ȣ, numerus.

v. 125.

Λέγομαι, *h. l.* deligo, numero, percenſeo.

Ἐφέστιος, ȣ, ὁ, ἡ, domeſticus, qui eſt apud focum. 2.) qui habet focum ſeu larem, i. e. domum. 3.) oppidanus, civis, incola, *ut h. l.* ἐφέστιοι Θεοὶ, Penates. ex ἐπὶ & ἑστία, ας, ἡ, focus, lar: domus: Veſta, *Dea.* — Ἐφέστιοι] ἀπὸ τῆς Ἑστίας, quæ & Ἱστία, Dorica dialecto Corinthiorum & Siculorum. Quæ Latinis *Veſta*, cui cum publicorum tum privatorum ædificiorum ſedes & fundamenta conſecrabantur. Hujus igitur erat ignis ſacer, qui fovebatur publice, h. e. in templis Deorum, certa etiam religione, Romanorum quidem ritu, quem ex Aſia allatum perhibent, &c. CAM.

Ἔασιν, *Poët.* & *Jon.* pro εἰσὶ, ſunt.

v. 126.

Δεκὰς, άδος, ἡ, decas, numerus denarius. *h. l.* decuria.

Διακοσμηθεῖμεν] *ordinaremur.* Sic, *inquit*, diſtributis nobis in decurias, ſinguli Trojani, qui miniſtrarent nobis potantibus, cuique decuriæ attribuerentur. Κοσμεῖν enim & *diſponere*, ac *inſtruere* & *ordinare* ſignificat. Sine ordine enim & in confuſione ornatum nihil eſſe poteſt. CAM. Eſt autem διακοσμηθεῖμεν aor. 1. opt. Paſſ. *per Sync.* pro διακοσμηθείημεν.

v. 127.

Ὀινοχοεύω, vinum fundo, ſum pincerna. ὀινοχοεύειν, *qui vinum fundant.*

v. 126. 127.

Ad *numerum Convivarum* quod ſpectat, *Athenæus* refert, apud Veteres μὴ συνδειπνεῖν τῶν πέντε γε πλείȣς, ὅτι δέ γε ἡμεῖς ψαμμακόσιοι ἐσμὲν δῆλον, *plures quam quinque una cœnare non ſolitos, etſi ſuo tempore innumeri ſimul convivarentur. Lib. XV. Cap. III.* — *Euſtathius* refert ex *Jamblicho* Pythagoreorum ſyſſitia non habuiſſe plures quam *decem* convivas; eumque antiquum fuiſſe morem: unde factum exiſtimat, quod Agamemnon, ubi de diſtribuendis in convivia univerſis Græcis verba facit, *decadum* mentionem habeat. POTTER. *Tom. II. p.* 305. add. FEITH. *Lib. III. Cap. IV. §. III.*

v. 128.

Δευοίατο, indigerent. 3. plur. præſ. opt. *Jon.* & *Poët.* pro δέοιντο, v. δέομαι, indigeo.

Οἰνοχόος, ου, *Jon.* οιο, ὁ, qui vinum infundit, pincerna: pocillator.

v. 129.

Τόσσον ἐγώ φημι πλέας &c. *Tanto plures ego ajo eſſe filios Achæorum Trojanis.* Ut apud Latinos *eo*, *quo*, *tanto*, *quanto*, *multo*, *longe*, &c. ita apud Græcos hæ particulæ, πολλοῦ, πολλόν, πολύ, ὅσῳ, τόσον, τόσῳ, & ſimiles, Comparativis intendendi aut explicandi gratia præponuntur. POSS. *Synt. Gr. p.* 34.

v. 130.

Οἳ ναίουσι κατὰ πτόλιν, qui habitant in urbe.

Ἐπίκουρος, ου, ὁ, ἡ, auxiliator, adjutor — trix. ex ἐπὶ & κόρος, *Poët.* κοῦρος, ου, ὁ, puer, juvenis. Ita *juvenes* a *juvando* dicti, quia promti ad ſuppetias ferendas.

v. 131.

Ἐγχέσπαλοι] *Bellatores* eſſe dicit, qui haſtas vibrarent, quod fiebat prius, quam illa conjiceretur in hoſtem, nam ictus impetu adjuvabatur, & reddebatur vehementior. Ita & aliquis apud *Maronem* rotat enſem, & telum Æneas fatale corruſcat. CAM. ex ἔγχος, τὸ, haſta, enſis, & πάλλω, vibro, quatio.

v. 132.

Πλάζω, facio errare, errabundum huc illuc agito: *impedio.* πλάζομαι, erro, jactor.

Εἰῶσ' pro εἰῶσι, *Poët.* pro ἐῶσι, ſinunt. præſ. ind. *vel* ſubj. v. ἐάω, ῶ, ſino, permitto.

v. 134.

Βεβάασι, præterierunt. *Jon.* pro βεβήκασι, a βαίνω, *quaſi* a βάω. Jones in verbis in άω & έω ſubtrahunt κ ex præteritis, & corripiunt penultimam. Hinc etiam in particip. βεβαώς. *Il.* Ξ. 477. — POTTER. *Tom. I. p.* 475. Homeri ætate, imo & in Trojani belli tempore, aliquam anni civilis formam habuere; nam Agamemnon ait: Ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοὶ, *Novem utique præterierunt Jovis magni anni.*

v. 135.

Δῦρα, ligna. nom. plur. pro δύρατα, *per Apocopen*; & hoc pro δόρατα, a δόρυ, δόρατος & δυρὸς, pro δόρατος, haſta: lignum.

Σέσηπε, computruerunt. præt. Med. v. σήπω, putrefacio. σήπομαι, putrefio, putreſco.

Σπάρτον, ου, τὸ, ſpartum, vitile. 2.) funis ſparteus. σπάρτα, non modo *funes*, ſed etiam *vela* navium, nam δῦρα *trabes* ſignificat. CAM.

Λέλυνται, diſſoluti ſunt. perf. ind. Paſſ. v. λύω, ſolvo.

Καὶ δὴ δῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται, *Et jam ligna navium putrefacta ſunt, & funes uſu contriti.* Neutro Plurali addunt Attici fere Verbum Singulare: ſed interdum etiam Plurale. WELL. *Gramm. Gr. p.* 308. FISCH. *Animadverſ. in eam, p.* 306. item HOOGEV. *ad* VIGER. *Idiot. Cap. III. Sect. I. Reg. XVII.* (*N.* 49.)

v 137.

Εἴαται, ſedent. *Poët.* pro ἧνται. ἕαται autem *Jon.* pro ἧνται. 3. plur. præſ. indic. v. ἧμαι, ſedeo.

Ποτιδέγμεναι, expectantes. pro προσδεχόμεναι, *Dor.* vel potius pro προσδεδεγμέναι, perf. part. Paſſ. v. προσδέχομαι, exſpecto. Participia enim Præt. Paſſ. fiunt proparoxytona, cum augmento carent.

Ἄλοχοι, καὶ νήπια τέκνα εἴαται ἐν μεγάροις ποτιδέγμεναι, *Uxores & liberi ſedent domi expectantes.* Quando Subſtantiva rerum animatarum occurrunt, Adjectivum vel digniori per *Syllepſin*, ut *h. l.* vel propiori per *Zeugma* reſpondet. POSS. *Synt. Gr. p.* 16.

Ἄμμι, nobis. *Æol.* & *Dor.* pro ἡμῖν.

v. 138.

Αὔτως] i. e. *at res incepta ſic hæret, neque perficitur.* CAM.

Ἀκράαντος, ου, ὁ, ἡ, imperfectus. ex α priv. & κραιαίνω, efficio.

v. 140.

Πατρὶς, ίδος, ἡ, patria; aliquando Subſtantive uſurpatur, interdum Adjective, cum γαῖα, ut *h. l.*

v. 142.

Ὀρίνω, concito, commoveo, perturbo. *h. l.* commoveo, ut perſuadeam. ab ὄρω, *idem.*

v. 143.

v. 143.

Πληθὺς, ύος, ἡ, multitudo. a πλῆθος, εος, τὸ, *idem*.

Πᾶσι μετὰ] Totius multitudinis animi commoventur. Περιφερεστικῶς, omnibus, qui in multitudine erant. Hoc enim ſignificat nunc μετὰ. CAM. Βυλῆς ἐπάκυσαν, conſilium audiverunt: *vel potius*, intellexerunt.

v. 144.

Ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης] ut fluctus profundi *vel* ingentes maris. Hac imagine omnes poſtea ſunt uſi Poëtæ, Oratores & Hiſtorici, qua *concio* comparatur *mari commoto*. SCHERP.

v. 145.

Πόντυ Ἰκαρίοιο] τῦ Ἰκαρίυ πελάγυς, κεκλημένυ ὕτως ἀπὸ Ἰκάρυ τῦ Δαιδάλυ παιδὸς, πεσόντος εἰς αὐτὸ, καὶ ἀπολομένυ ὕτως. *Schol.*

Εὖρος, υ, ὁ, *Eurus*; ventus ab Oriente ſpirans.

Νότος, υ, ὁ, *Notus*, *Auſter*; venti nomen, a Meridie ſpirantis.

v. 146.

Ὤρορ', pro ὤροpε, *per Metatheſin* pro ὄρωρε, commovit. perf. Med. *Attic.* pro ὦρε, v. ὄρω, excito, concito.

Ἐπαίσσω, irruo: erumpo. ex ἐπὶ & αἴσσω, ruo: erumpo.

v. 147.

Ζέφυρος, υ, ὁ, *Zephyrus*: ventus, flans ab occaſu æquinoctiali, adverſus Subſolanum, quaſi ζωηφόρος, *vitam ferens*; Latine *Favonius*, a *favendo* dictus.

Λήϊον, υ, τὸ, ſeges. 2.) triticum. 3.) arvum ſegete conſitum, campus ſegetum.

Βαθὺ λήϊον] Male Interpretes nonnulli *altam ſegetem*. Recte vero *brev. Schol.* μέγα, εὔφορον, σιτοφόρον χωρίον. Et *Heſych.* πολύκαρπον πεδίον. Hinc compoſitum βαθυλήϊος, ἀντὶ τῦ πολυλήϊος, πολύσιτος. *Etymol.* SCHERP.

v. 148.

Λάβρος, υ, ὁ, valde vorax, avidus. *h. l.* vehemens. — Sunt enim Zephyri interdum flatus, cum vehementes, tum pluvii quoque. CAM.

Ἐπαιγίζω, irruo, impetuoſe ſpiro. ex ἐπὶ & αἰγὶς, procella.

Ἠμύω, inclino, cado. 2.) demitto.

Ἐπὶ τ' ἠμύει] concutit ventus ſpicas, qui ſunt ϛάχυες & ἀϛάχυες, *ſive* ſpicis imminet atque intorquet ſeſe. CAM.

Ἀϛαχύεσσιν, ab ἄϛαχυς, pro ϛάχυς, (ἀ enim ſæpe πλεονάζει) υος, ὁ, ſpica, ariſta.

V. 149.

Ὡς τῶν] ὄυτως τύτων.

Τοὶ, *pro* ἀυτοὶ, hi, illi.

Ἀλαλητὸς, ῦ, ὁ, clamor militum dicentium ἀλαλή. 2.) fremitus militum quivis in pugna, clamor militaris. ab ἀλαλὴ, ῆς, ἡ, vox inarticulata, quæ a militibus ante pugnam edi ſolebat. Vide *Il.* Δ. *v.* 436.

V. 150.

Ὑπένερθε, *vel* θεν, *adv.* infra, ſubtus, ſubter. *h. l.* ſub: *cum Genit.*

Κονίη, ας, *Jon.* ίη, ης, ἡ, arena, pulvis. a κόνις, εως, ἡ, *idem.*

V. 151.

Ἵϛατ' pro ἵϛατο, ſtabat. v. ἵϛημι, ſto.

Ἀείρω, tollo, attollo.

Ἵϛατ' ἀειρομένη] *h. e.* pulvis ſublatus concurſu Græcorum conglomerabatur ſupra illos. Sed paulo ante λάβρος ἐπαιγίζων notat largis imbribus vehementem & tempeſtuoſum ventum, & ἀνέμοιο καταιγὶς venti impetus grandinoſus. Καταιγὶς vero, & καταιγίζειν, atque ἐπαιγίζειν vel eſt factum de hoc, quod oriente capella, quæ Olenia dicitur, ſidere hiemali, imbres & grandines, atque turbines concitari ſolent. Vel ductum eſt verbum ἀπὸ τῦ ἀίσσειν, *h. e.* ab impetu & concitatione: unde & ἀιγες dictæ videntur, quia ſaltu concitatiore per rupes ferantur. CAM.

Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον, hi autem alii alios adhortabantur.

V. 152.

Ἅπτεσθαι νηῶν, ἠδ' ἑλκέμεν — Ut prehenderent naves, & traherent —

V. 153.

Οὐρὸς, ῦ, ὁ, alveus, foſſa, per quam deducitur navis in mare. 2.) navalia.

Ἐκκαθαίρω, expurgo. 2.) ejicio.

Οὐρὺς τ' ἐξεκάθαιρον] vel ἐξεκαθῆρον; vel dicit ſentinas repurgaſſe Græcos, vel deterſiſſe foſſas, quibus admitterentur undæ de mari ad navalia, per quas facile in illud deduci naves poſſent. CAM.

Αὐτὴ

Ἀὐτὴ δ' οὐρανὸν] ὑπερβολικῶς: *ferit aurea ſidera clamor.*

V. 154.

Ἵεμαι, *cum leni Spir.* eo cum impetu. Ἵεμαι, *cum aſpero,* cupio, deſidero.

Ἀὐτὴ δ' οὐρανὸν ἷκεν Οἴκαδ' ἱεμένων, *ſcil.* ἀπιέναι· Ivitque clamor in cœlum (Eorum), qui domum deſiderabant, *ſcil.* ire.

Ὑπὸ — ᾖρεον, κατὰ τμῆσιν, pro ὑφῄρεν, ſubtrahebant. imperf. v. ὑφαιρέω, ῶ, ſubtraho.

V. 155.

Ἔνθα κεν, tunc ſane.

Ὑπέρμορα] Quicquid *inopinatum*, præter expectationem; quicquid *violentum*, præter naturam; quicquid *ex ſtultitiâ natum*, præter rationem: ea omnia ὑπὲρ μοῖραν γενέσθαι dicuntur. CLARK.

Νόςος, ϐ, ὁ, reditus. a νοςέω, ῶ, redeo, eo.

Ἐτύχθη, Εἰ μὴ — πρὸς μῦθον ἔειπεν (προσεῖπε λόγον) Contigiſſet, Niſi — ſermone affata fuiſſet.

V. 157.

Ἀτρυτώνη] Inepte Interpretes *indomita*: verte, *indefeſſa.* Recte *Phurnutus* de *Nat. Deor. C. XX.* Λέγεται δὲ ἀτρυτώνη, ὡσανεὶ ϐ τριβομένη ὑπ' ϐδενὸς πόνϐ, *quippe quæ nullo labore atteratur*, ſeu *frangatur.* Recte quoque *Heſych.* Ἀτρυτώνη, ἀκαταπόνητος, ἀκοπίαςος, ἄτρυτος ἐν μάχῃ. CLARK. & SCHERP. τρύω enim *affligo* & *conficio* ſignificat.

V. 159.

Εὐρέα νῶτα θαλάσσης] *ingentia & patentia maris ſpatia* dicit, μεταφορικῶς. Nam hæc pars in corporibus animantium latiſſime aperitur. Sed *Virgilius* dixit alio intellectu *dorſum immane mari ſummo*, ſcopulorum & latentium ſaxorum in mari vaſtitatem. CAM.

V. 160.

Καδδὲ, pro κατὰ δέ.

Καδδέ κεν εὐχωλὴν] Dupliciter poſſumus interpretari hos verſus, vel ſic: *Atque hanc gloriam relinquent Trojanis rapta Helena?* vel hoc modo: καὶ εὐχωλὴν δὲ λίποιεν, i. e. καὶ εὐχὴν, ut ſenſus ſit: *Atque Helenam relinquent Trojanis, ſecundum vota illorum?* CAM.

V. 162.

Αἶα, ης, ἡ, pro γαῖα, & hoc pro γαῖα, terra.

V. 164.

V. 164.

Ἀγανὸς, ἡ, ὀν, mitis, placidus, blandus.

Ἀγανοῖς ἐπέεσσιν] *bonis & clementibus*, vel etiam *ſuavibus verbis.* CAM.

Φὼς, φωτὸς, ὁ, *apud Poëtas eſt* ἀνὴρ, vir; *aut ſimplic.* homo.

V. 165.

Ἀμφιέλισσος, ισση, ισσον, qui utrimque volvitur, agitur, impellitur. ab ἀμφιελίσσω, circumvolvo. νῆας ἀμφιελίσσας, *naves agiles.*

V. 169.

Μῆτις, ιδος, vel ιος, ἡ, conſilium, prudentia, ſapientia.

Ἀτάλαντος, ου, ὁ, ἡ, paris ponderis. 2.) æqualis, par, ſimilis. Sæpe habet Dativum perſonæ, & Accuſat. rei, in qua fit comparatio, ut *h. l.* ex α *ſimilitudinis*, & τάλαντον, ου, τὸ, trutina, lanx. *quaſi* ἀντιτάλαντος, vel ἰσοτάλαντος.

Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον]. *Jovi prudentia parem.* Forte nihil aliud Poëta ſpectavit, quam ut miniſterium alicujus Deæ interponeretur: & Ulyſſes quoque potiſſimum hac de cauſſa deligitur ad rem impediendam, quia ei inprimis favens ubique Pallas inducitur. ERN.

V. 170.

Ἑσταότ᾽, ſtantem. *pro* ἑσταότα, accuſ. ſing. a nominat. ἑστὼς, *per Syncop.* pro ἑστηκὼς, perf. part. Act. v. ἵστημι, ſto.

Ἐύσελμος, *Poët.* ἐύσελμος & ἐύσσελμος, ου, ὁ, ἡ, pulcra habens tranſtra. Epith. *bonæ navis.* ex εὖ & σέλμα, τος, τὸ, tranſtrum.

Ἐυσσέλμοιο] Navem ſuam tranſtris & remis optime inſtructam, ſive etiam firmam & validis tabulatis compactam, non attigiſſe Ulyſſem ait, quippe cui non eſſet fuga cordi, ſed ſtetiſſe ibidem dolore animi afflictum, cum non inveniret, quid in tanto diſcrimine rerum faceret poſſet. Atque eſt hoc pulcherrimum exemplum facinorum eorum, quæ Heroica vocamus, quæ non videntur eſſe humani cujusdam & communis modi. Hæc ergo tum demum exiſtunt, cum alia nulla prodeſſent, neque prius, quam divinitus excitentur ad conandum & agendum animi. CAM.

V. 172.

Ἀγχοῦ, *idem quod* ἄγχι, *adv.* prope.

v. 173.

Λαερτιάδη] Λαέρτυ παῖ, Ὀδυσσεῦ.

Πολυμήχανος, ου, ὁ, ἡ, multis abundans machinis, multis artibus ac dolis inſtructus, ſolers, prudens, aſtutus, verſutus. ex πολὺς & μηχανὴ, ἡ, artificium, aſtutia, ſolertia.

v. 175.

Φεύξεσθ' ἐν] *Fugietis in* &c. Quanta probra hæc ſunt, fugere illos abjectos in navibus? Nam ignavia & formido maxima his verbis objicitur Græcis. Et oſtendit Dea, ignominiam hanc ſuſtinendam univerſis, etiam iis, qui a conſilio & voluntate fugæ longiſſime abfuerint, atque hoc pacto ad omnia experiunda fortem virum Ulyſſem & ſapientem quaſi calcaribus quibusdam ſubditis exſtimulat. CAM.

Νήεσσι πολυκλήϊσι] Intell. *naves amplas, magno remigio.* ut infra *v.* 293. πολύζυγος. Mox *v.* 181. ἀμφιέλισσαι ſunt *celeres.* Similiterque in ceteris epithetis. ERN.

Πεσόντες] Inordinatam & tumultuariam fugam hoc vocabulo notat. Eodem modo ἐς νῆας ἐσπίπτειν dixit *Herodot. in Urania.* Vide SPOND.

v. 177.

Ἀργείην Ἑλένην] *Helena*, quæ fuit Lacæna, *Argiva* dicitur, quia Argos pro univerſa Peloponneſo uſurpabatur. SCHERP.

v. 179.

Ἐρώει, ceſſa. præſ. imper. *contr.* pro ἐρώεε, v. ἐρωέω, eo: fluo. *h. l.* ceſſo.

v. 182.

Ξυνέηκε, agnovit, intellexit. *Jon.* & *Att.* pro συνῆκε.

Ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox. Φωνησάσης, loquentis.

v. 183.

Θέω, curro, curſu feror, curſu contendo. Βῆ θέειν, h. e. *celeriter cucurrit, celeritatis nihil reliqui fecit.* Ita *v.* 665. Βῆ φεύγων, i. e. *celeriter aufugit.* Conjunguntur non raro duo Verba ſic, ut alterutrum Latine verti per Adverbium debeat. FISCH. *Præfat. ad* WELLERI *Gramm. Gr. p. XVII.*

Ἀπὸ — βάλε, abjecit. pro ἀπέβαλε.

Χλαῖναν] Clamydem abjecit, ut eſſet curſus expeditior; nam res in eo vertebatur, ut neque lente neque placide geri poſſet. CAM. χλαῖνα, ης, ἡ, læna, palla: veſtis,

veſtis, quæ tunicæ exteriori ſuperinduitur. Κομίζω *h. l.* tollo.

v. 184.

Εὐρυβάτης] Monent, hunc *Ithacenſem Eurybaten* alium fuiſſe, atque illum Agamemnonis *Eurybaten. Il.* Α. Sane ſuos quique præcones habuere principes & duces. Ipſe vero nunc Agamemnoni ſceptrum eripit; nam auctoritate ſumma opus erat, qua Imperator jam deſtituebatur. Hæc autem niſi ſingulari quodam impetu divinitatis fierent, ſeditioſe fierent. CAM.

Ὀπηδέω, ῶ, comitor, comes ſum: ſequor. ab ὀπηδὸς, ὃ, ὁ, qui ſequi aliquem jubetur, comes. quod ab ὀπάζω, ſequi jubeo, comitem do.

v. 186.

Δέξατό οἱ, accepit ab eo.

v. 188.

Ἔξοχος, ου, ὁ, ἡ, eminens, præeminens. *h. l.* excellens, præſtans. ab ἐξέχω, emineo, exſto.

v. 189.

Ἐρητύσασκε, cohibuit. *Jon.* & *Poët.* pro ἐρήτυσε. aor. 1. ind. Act. v. ἐρητύω, inhibeo, cohibeo, reprimo.

v. 190.

Δαιμόνιε] Habet hæc vox apud Homerum ſemper aliquam *increpationis* ſignificationem, ſed non ſemper acerbam & quaſi infeſtam, ut cum alicujus nimiam promtitudinem etiam in virtute coërcentes, illum improbum aut inſanum vocamus. Ita poſuit *Il.* Ζ. *v.* 407.

Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος.

Aliter autem *Il.* Α. *v.* 561.

Δαιμονίη, αἰεὶ μὲν ὀΐεαι οὐδέ σε λήθω.

Iratus enim ita loquitur Jupiter. Et *hoc loco* quamvis non faciat convitia principibus Ulyſſes, tamen vehementius increpat, quo magis ad laudem & virtutem convertantur. Atque hoc eloquitur mollius. Ἐν βουλῇ δ᾽ οὐ πάντες ἀκούσαμεν, ipſe enim certe conſilio interfuerat. Sed placare vult principes verbis, non lædere. CAM.

Ἔοικε, decet.

Κακὸς *h. l.* timidus.) (καλὸς, fortis & ſtrenuus.

Δειδίσσομαι, vel τ̓ίομαι, terreo. 2.) metuo. a δείδω, timeo, paveo, trepido.

Viros præclaros & generoſos (δαιμονίως) non decet δειδίσσεσθαι, h. e. *metuere*, *trepidare*, *conſternari*, *timore percelli*. Siquidem *Degeneres animos timor arguit. Duport.*

v. 191.

Ἀλλ' αὐτός τε κάθησο] Κάθισον & κάθησο mihi ita diſtinguendum videtur, ut vox κάθισον, *Homeri* utique temporibus, ejus fuerit, qui *ſimpliciter* ut *ſedeat* aliquis, aliosve *ſedere faciat*, jubet; ἧσο autem, vel κάθησο, ejus, qui, ſive *ſtantem*, ſive *ſedentem* alloquatur, & *ſedere* & *quietum permanere* jubeat. CLARK.

Ἱδρύω, ἵδρυμι, ſedere facio, ſtatuo, colloco.

v. 192.

Οὔ πω, nondum.

Σάφα, adv. certo, vere, manifeſte, perſpicue. a σαφής, έος, manifeſtus, apertus, certus.

v. 193.

Τάχα, mox.

v. 194.

Βυλή, *h. l.* concilium: locus, in quem conveniunt.

v. 195.

Μήτι χολωσάμενος] Præruptius paulo hoc inferri videtur. Referemus autem *vel ad ſuperiora*, ut fiat: cum ipſe quieſce, tum alios reprime, ne ſeditionem rex ulciſcatur. *Vel ad ſententiam convenientem*, quam intelligamus animo noſtro, ut ſit tale: providendum vobis, aut cavendum, ne iratus rex in turbulentos gravius poſtea animadvertat. CAM.

v. 196.

Θυμὸς δὲ] Non eſt levis neque evanida regis ira. Reperitur & pluraliter διοτρεφέων βασιλήων, non diſcrepante ſenſu. IDEM.

v. 197.

Μητίετα Ζεύς] Vide ſupra ad *Il.* A. 175.

v. 198.

Δῆμος, ου, ὁ, populus, plebs, vulgus. δήμου ἀνὴρ, plebejus.

Ἐφεύροι, offenderet. aor. 2. opt. Act. ab ἐφευρίσκω, invenio, offendo.

v. 199.

V. 199.

Ἐλάσασκεν, percuſſit. *Poët.* & *Jon.* pro ἤλασε, *abjecto primo augmento, & σε in σασκε converſo.* aor. 1. ind. Act. v. ἐλαύνω, agito, impello.

Ὁμοκλήσασκε, *ut* ἐλάσασκε, ab ὁμοκλάω, *vel* έω, hortor vociferando, minaciter clamo, increpito: clamore impello. ab ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, exhortatio cum vociferatione, increpatio & comminatio.

V. 200.

Ἀτρέμας, *adv.* ſine aliquo motu, quiete, tranquille. 2.) intrepide. ab ἄτρομος, ου, intrepidus.

Δαιμόνι' ἀτρέμας ἧσο] Vulgus conviciis etiam reprimit, atque non verbis ſolum inclementibus, ſed verberibus etiam afficit. CAM. Accuſatum narrat *Socratem* Xenophon, quod, hos verſus ſæpius repetendo, ad *Ignaviam* ſcilicet hortatus ſit plebem. Τὸ δὲ Ὁμήρου, ἔφη ὁ κατήγορος, πολλάκις αὐτὸν λέγειν, ὅτι Ὀδυσσεὺς &c. Ἀπομνημονευμ. *Lib. I. Cap. II.* §. 58. CLARK.

V. 201.

Ἀπτόλεμος, ου, ὁ, ἡ, ad bellum non aptus, imbellis. ex α priv. & πτόλεμος, bellum.

Ἄναλκις, ιδος, ὁ, ἡ, imbecillis, impotens. ex α priv. & ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vires.

V. 202.

Ἐναρίθμιος] Cujus neque in bello, neque in pace reſpectus ſit, *vel* cujus ratio nulla habeatur, *aut* qui locum ipſe non habeat neque inter conſultantes, neque inter pugnantes. CAM. Ἐναρίθμιος, qui aliquo numero eſt.

V. 203.

Οὐ μέν πως, non quidem ullo pacto, nequaquam ſane.

V. 204.

Πολυκοιρανίη, ης, *Jon.* pro ία, ας, ἡ, imperium vel dominium multorum. a πολυκοίρανος, ου, ὁ, multorum dominus & rex.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, Non utile eſt multorum imperium. Uſitatum eſt Græcis, *Subſtantivo Maſculini* aut *Fœminini Generis* jungere *Adjectivum Neutrum*. Poteſt etiam ad Ellipſin referri, ut ſubintelligatur χρῆμα τι vel πρᾶγμα, id quod & additur nonnunquam. POSS. *Synt. Gr. p.* 7.

& 8. BOS *Ell. Gr. p.* 233. & 234. Verbum, quod Subſtantivum vocant Grammatici, in Scriptis Evangelicis & Apoſtolicis ſæpiſſime omiſſum fuit; & eruditus aliquis explanator (*Dan. Whitby*) ad proprietatem *Helleniſtica* linguæ hanc refert omiſſionem Verum ἐςὶ etiam identidem in optimis veteris *Græciæ* Scriptoribus non exſtat. Unde omiſſio iſthæc *Græciſmus* aut *Latiniſmus* eodem poſſet jure dici, quam *Helleniſmus*. In primis in conciſis dictis & moralibus ſententiis elegans illa locum ſibi vindicat ἔλλειψις. BLACKW. *Auct. S. Claſſ. def. & illuſtr. p.* 62. Ceterum inſignis hic locus eſt *de* & *pro* Monarchia. Hunc verſum paſſim citant Scriptores cum veteres, tum recentiores. — Ita vertit *C. Nepos Vita Dionis Cap. VI. Non poſſe bene geri Rempubl. multorum imperiis.* SCHERP.

Κοίρανος, ου, ὁ, princeps, imperator, dominus.

V. 205.

Ἀγκυλομήτης, ου, *Jon.* εω, doloſis conſiliis utens, verſipellis, verſutus, aſtutus: habens curva conſilia. ex ἀγκύλος, η, ον, obliquus; rotundus *vel* curvus, validus: & μῆτις, conſilium.

V. 207.

Κοιρανέω, ῶ, dominor, impero, principatum obtineo.

Δίεπω, adminiſtro, rego, guberno.

Δίεπε ϛρατὸν] Obibat exercitum, reprimens tumultum, & ſedans commotam turbam, auctoritate quadam regia. CAMER.

V. 209.

Ἠχὴ, ῆς, ἡ, ſonus, ſonitus: clamor. Ἠχῇ] σὺν θορύβῳ, μετὰ ἤχου καὶ κραυγῆς.

V. 210.

Αἰγιαλὸς, ȣ, ὁ, littus, ora maritima.

Βρέμω, *Med.* ομαι, fremo, murmuro.

Σμαραγέω, ῶ, reſono, ſtrepitum edo, ſtrideo.

V. 212.

Μοῦνος, *Jon.* & *Poët.* pro μόνος, η, ον, unus, ſolus, unicus.

Ἀμετροεπὴς, έος, ὁ, ἡ, ſine modo loquax, immoderatus verbis: οὐκ ἔχων μέτρον ἔπεσι, non adhibens loquendi modum. ex α priv. μέτρον, menſura, modus; & ἔπω, dico.

Ἐκολῴα] *Obſtrepebat, tumultuabatur. Il.* Α. *v.* 575. Ἐνδὲ

Θεοῖσι κολῳὸν ἐλαύνετον. Et κολοιὸς graculus a ſtrepitu & garrulitate appellatus putatur. CAM.

v. 213.

Ἄκοσμος, ου, ὁ, ἡ, inornatus, indecorus, incultus, inordinatus, ex α priv. & κόσμος, ου, ornatus.

v. 214.

Οὐ κατὰ κόσμον, non prout decebat, decenter:] οὐ κατὰ τὸ πρέπον, ἀτάκτως· τοῦτ' ἔστιν, οὐ δικαίως ἐφιλονείκει τοῖς βασιλεῦσιν.

v. 215.

Εἴσατο, videretur. aor. 1. opt. Med. v. εἴδω, video.

Γελοίϊος, *Poët.* pro γελοῖος, οία, οῖον, jocoſus, facetus, urbanus. At γέλοιος, *ut Grammaticis placet*, ridiculus, irridendus.

Ἀλλ', ὅ, τι οἱ εἴσαιτο] Fuerunt inter Veteres, qui hoc ita acciperent, ut fuerit illud ridiculum ab Achivis exiſtimatum, quodcunque dixiſſet *Therſites.* Atque hoc modo explicat *Scholiaſtes.* Mihi multo ſimplicius aptiusque videtur, tum ad *verborum* tum ad *ſententiæ* conſtructionem; ut *Therſites* ad contentionem ea ſit locutus, quæcunque Achivis riſum movere poſſe arbitraretur. Quomodo plerique hodie interpretantur. CLARK.

v. 216.

Αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ] Pulcherrima hæc viri, & ad deformitatem animi & ad corporis pravitatem inſignis, deſcriptio.— Nec ad artificium Poëmatis nihil eſt, quod hic annotarunt nonnulli; utique unum omnium formoſiſſimum *Nirea*, itidemque omnium maxime deformem *Therſiten*, ſemel depictos, nunquam deinceps in toto Poëmate memoratos. CLARK.

Ὑπὸ Ἴλιον] εἰς τὴν Ἴλιον· ad Ilium.

v. 217.

Φολκὸς, οῦ, ὁ, ſtrabus, ſtrabo, qui habet oculos diſtortos. Ἔην, erat.

Χωλὸς, ἡ, ὸν, claudus, mancus, mutilus. χωλὸς ἕτερον πόδα, claudus altero pede.

Τὼ δέ οἱ ὤμω] οἱ δὲ ὦμοι αὐτοῦ.

v. 218.

Κυρτὸς, ἡ, ὸν, curvus, gibboſus, incurvus.

Συνοχωκότε, contracti. nom. dual. perf part. Act. *Attic.* pro συνοχηκότε, v. συνοχέω, vel potius *Jon.* a συνοχέω, conſtringo, coarcto. a σύνοχος, ν, continuus. quod a συνέχω, conſtringo, contineo, coërceo.

Ὕπερθε, *ſive* θεν, *adv.* deſuper, ſuperne, in ſuperiore parte, ſupra. ab ὑπὲρ, ſuper, ſupra.

V. 219.

Φοξὸς, ὴ, ὸν, acutus & veluti turbinatus, verticem habens faſtigiatum. 2.) qui eſt vultu diſtorto. Φοξὸς κεφαλὴν, acutus capite.

Ψεδνὸς, ὴ, ὸν, raros habens pilos, calvus, glaber. *quaſi* ψεδανὸς, ait *Euſtathius*, a v. ψῶ, rado, minuo.

Ἐπενήνοθε] Non, ut Lexicographi, ex *præt.* ἐπενήνοθα; ſed ex *aoriſto* ἐπενήνοθον. alias enim non conſtaret *Temporum* ratio. CLARK.

Λάχνη, ης, ἡ, lanugo. 2.) pili lanuginis modo molles.

Ἐπενήνοθε λάχνη] Tenuem capillum quaſi floſculi comam ſubduxiſſe calvam dicit. Faciamus igitur verbum ita; ἀνθέω & κατὰ μετάθεσιν, ἀνέθω, & ἤνοθα, παρακείμενον μέσω, & cum duabus præpoſitionibus ἐπενήνοθα. Vel ἔθω, ἐνέθω, ut ἐνέπω, ἤνοθα μέσω, & ἐνήνοθα ἀττικῶς. *Od.* Θ. 365. Οἷα θεὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας. Hoc autem ἔθω volunt eſſe per μετάθεσιν factum ἀπὸ τῦ θέω, ut ſit ἐπενήνοθε, ἐπέτρεχε. Vel quæramus aliquid melius. CAM.

V. 220.

Ἔχθιστος] Infenſiſſimus erat præſtantiſſimis.

V. 221.

Νεικείεσκε, rixabatur. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἐνείκει, a v. *Poët.* νεικείω, pro νεικέω, rixor, altercor.

Τὼ γὰρ νεικείεσκε] His enim convitiari ſolitus erat. CLARK.

V. 222.

Ὀξέα] μεγάλα. *Vel* eſt pro ὀξέως, *vel* referri poteſt ad ὀνείδεα.

Κεκληγὼς, clamans. præt. part. Med. v. κλάζω, clamo, vociferor, clango, ſtrideo.

Λέγ'] ἔλεγεν.

V. 223.

Ἐκπάγλως *h. l.* vehementer.

Νεμέσσηθεν, indignati ſunt. aor. 1. ind. Paſſ. *Jon.* & *Poët.* pro

pro ἐνεμεσήθησαν, v. νεμεσάω, ῶ, & άομαι, ῶμαι, indignor, iraſcor, ſuccenſeo.

v. 224.

Μακρὰ βοῶν] ut paulo ante quoque ὀξέα κεκληγώς. Hoc enim unum norunt ſeditioſi, *vociferari*; unde & *clamatores* vulgo dicuntur. CAM. Νείκει, increpabat, objurgabat.

v. 225.

Τέο δ' αὖτ'] i. e. τοῦ, quod valet τίνος. (*ſubintell.* ἕνεκα.) *Quid te ſollicitat, aut quid eſt, de quo queraris, & quod nunc etiam requiras?* Eſt autem oratio omnibus ſenſibus turbulentiæ inſtructa, ut nihil ſeditioſius fieri potuerit, neque odioſius ad vulgarem audientiam. *Primum* enim objicit ei copiam & ſplendorem vitæ, quæ ſunt invidioſa maxime. *Deinde* voluptates exprobrat, rem indigniſſimam & Imperatori & in bello. *Poſtremo*, quod eſt invidiæ caput, ſuorum virtute abuti Agamemnonem dicit, & illorum labore atque ſanguine parta occupare. Atque ita refricat & vulnus vetus injuriæ allatæ Achilli, non hujus quidem honoris gratia, ſed quia facti invidia erat recens, & exemplum ſingulare ſuperbiæ & cupiditatis regiæ. Hæc capita orationis verbis & ſententiis aptis ad perturbandos multitudinis animos, & elevandam imperii auctoritatem multitudinis elaborata ſunt. IDEM.

Ἐπιμέμφεαι, *Jon.* pro ἐπιμέμφῃ, v. ἐπιμέμφομαι, conqueror de aliqua re, expoſtulo, accuſo.

Χατίζω, egeo, indigeo. 2.) deſidero, cupio, percupio.

v. 226.

Πλεῖος, είη, εῖον, *Poët.* pro πλέος, έα, έον, plenus, refertus.

Πλεῖαί τοι] Refertum dicit eſſe tabernaculum Agamemnonis aere. Nos addidimus, excuſo aere. Nam ſignificat vaſa potiſſimum aerea, i. e. τρίποδας & λέβητας, ſed & arma, ut opinor, quibus omnibus regium tentorium reſplenderet, ad quandam magnificentiam exornatum. Mulieres autem dicit plurimas, quæ extra ſortem datæ eſſent Agamemnoni, i. e. exemtæ de præda, priusquam illa diſtribueretur, quæ γέρα dicebantur. Nam erant præmia hæc virtutis & principatus. CAM.

v. 227.

Ἐξαίρετος, ου, ὁ, ἡ, exemtus e numero, ſelectus,

eximius, præcipuus, peculiaris. ab ἐξαιρέω, ῶ, eximo: ſeligo.

v. 228.

Πρώτιϛῳ δίδομεν, — πτολίεθρον ἕλωμεν — Ὃν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω] Pulcherrime hic *Perſonæ* ſervit Poëta, dum virum omnium ignaviſſimum glorioſius *de ſe* inducit jactantem; quam ipſum *Achillem* omnium fortiſſimum, etiam ferocientem inſuper illum & iratum. CLARK.

v. 229.

Ἦ; an?

Ἐπιδεύομαι, indigeo.

v. 230.

Υἱος ἄποινα] Mercedem filii, qua ille redimatur, vel ἐλλειπτικῶς, ὑπὲρ υἱοῦ. Et ignaviſſimus iſte clamator, nunc ſe fortem facit, & ſic argumentatur ſeditioſo enthymemate: Si militum ſit opera & periculum, præmia quoque & commoditates illis eripi non oportere. Nos, *inquit*, defatigamur, tu fruere quæſitis a nobis. Atque ita accuſat graviſſimum Imperatorem non ſolum avaritiæ, ſed plane neglectionis ſuorum, quibus veluti jumentis ſine omni humanitate ad ſuam utilitatem & bonum abuteretur. CAM.

v. 231.

Δήσας ἀγάγω, vinctum duxero.

v. 232.

Νέος, *h. l.* juvenis, adoleſcens.

Μίσγεαι, miſcearis. *Jon.* pro μίσγῃ, v. μίσγω, miſceo, permiſceo. μίσγομαι, miſceor, coëo, concumbo, congredior.

Φιλότης, ητος, ἡ, amicitia, amor, benevolentia. 2.) concubitus. a Φίλος, amicus.

v. 233.

Ἀπο νόσφι κατίσχεαι] i. e. ἥντινα κατέχῃς ἀπονοσφίσας τοῦ κοινοῦ δηλονότι. *Quam tu de communi præda ſubtraxeris.* Ita jam cupiditatibus obſequentem ſuis Agamemnona aliena etiam invadere, & peculatus inſimulat. CAM.

Κατίσχεαι, *Jon.* pro κατίσχῃ, præſ. ſubj. Med. v. κατίσχω, pro κατέχω, detineo, retineo.

Ου μὲν ἔοικεν] Jam etiam philoſophatur nugator iſte.

Et

Et compoſita oratione ad gravitatem commonefacit Imperatorem officii, & auctorem eum eſſe mali ſuis oportere negat. Omnia ſeditioſiſſime. CAM.

v. 234.

Ἐπιβάσκω, induco. ἐπιβασκέμεν, *Jon.* pro ἐπιβάσκειν, inducere. ex ἐπὶ & *Poët.* βάσκω, pro βαίνω. κακῶν ἐπιβασκέμεν, in mala inducere.

v. 235.

Πέπονες] *molles & faciles* dicit a *maturis fructibus* metaphora ducta; vel etiam a *cucumeribus*, quæ πέπονες, quia molleſcant, appellantur. Conf. KREBS. *Animadv. in Plut. p.* 177.

Κάκ' ἐλέγχε'] pro κακὰ ἐλέγχεα, *ignava probra.* Appoſititia quadam forma orationis dixit, ut *Juvenes fortiſſima fruſtra pectora*; vel potius, ut hæc: ſcelus, labes, ſterquilinium. CAM.

Ἀχαιΐς, ΐδος, ἡ, mulier græca.

Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοὶ] γυναῖκες, οὐκ ἔτι ἄνδρες.

Increpatio eſt militum patientiæ. Hoc enim agit, multitudinem ut concitet adverſus principes, ad imperium detrectandum. *Virg. Æn. IX. v.* 617.

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges! CAM.

v. 237.

Γέρα πεσσέμεν] *Concoquere ea, quæ devoravit.* Quo verbo notat avaritiam Agamemnonis, & eſt translatio ducta a *guloſis*, qui difficulter cibos, quibus ſeſe ingurgitaverunt, poſſunt concoquere. CAM. *Præmia conſumere, præmiis frui.* ERN.

Γέρα, *per Apocopen* pro γέρατα, γέραα. a γέρας, τὸ, præmium.

Πεσσέμεν, *Jon.* pro πέσσειν, a πέσσω, vel πέπτω, coquo; concoquo. *Sæpe licet vertere*, habeo, accepi, fruor.

v. 238.

Ἦ — ἠὲ καὶ οὐκί, utrum — an vero non.

χ' ponitur ob ſeq. vocal. aſpirat. pro κ' vel καί.

Προσαμύνω, inſuper auxilior, auxilior, adjumento ſum.

v. 239.

Ἕο] ἑαυτοῦ. Φῶτα] ἄνδρα.

V. 241.

v. 241.

Μεθήμων, ονος, ὁ, ἡ, remiſſus, negligens. a μεθίημι, dimitto, negligo, remitto. Μάλα] πάνυ, prorſus, omnino.

v. 242.

Ἦ γὰρ ἂν] Acerbe intorſit orationem κατ' ἀποστροφὴν in Agamemnonem. Aliter enim profecto hæc eſſet ultima tua petulantia, i. e. faceret ille, ne poſthac inſultare, & vim atque injuriam afferre alteri poſſes. CAM.

v. 245.

Ἠνίπαπε] Ἐνιπὴν *increpationem* vel *objurgationem* dixere. Verbum ἐνίπτω, μέσως, (præt. Med.) ἤνιπα, in 3tia perſona ἤνιπε, & geminatione, ἠνίπαπε, ut Attica ἀναδιπλώσει. *Od.* Σ. *v.* 77. Ἀντίνοος δ' ἐνένιπτεν. IDEM.

v. 246.

Ἀκριτόμυθος, ε, ὁ, ἡ, i. e. ἄκριτος περὶ τὰς λόγες, qui loquitur inconſiderate & ſine judicio, loquax, qui nullum verborum delectum habet. ex ἄκριτος, ε, ſine ratione & judicio factus, inconſideratus; & μῦθος, verbum.

v. 247.

Ἴσχεο, pro ἴσχε, deſine.

v. 248.

Χερειότερος, & χερείων, *Poët.* pro χείρων, pejor, deterior. Poëtæ Comparativa ſæpe e Comparativis & Superlativis ducunt. WELL. *Gramm. Gr. p.* 136. FISCH. *Anim. p.* 143. *S. Joh.* 3. Epiſt. v. 4. Μειζοτέραν τέτων ἐκ ἔχω χαρὰν, &c. Vox μειζοτέραν vim auget vi, & amplificationem addit amplificationi. Id mihi volo: dictio μειζοτέραν multo eſt efficacior magisque incitata & vibrans, quam μείζονα, quum lectori ſanctam animi Apoſtolici, & ejus, quæ Chriſti decet amicos, caritatis contentionem, majori repræſentet virtute. Munditiem vocis optimorum Auctorum confirmat uſus. *Thucydides* καλλιώτερας a καλλίων derivat, ſicut Joannes, vir ſanctus, μειζότερος, a μείζων. *Homerus h. l.* homini profligatiſſimo omnium mortalium ac perditiſſimo notas turpitudinis omnes inuſturus, eundemque ſummam in contemtionem adducturus, hac utitur loquendi forma:

Ὀυ γὰρ ἐγὼ σέο φημὶ χερειότερον βροτὸν ἄλλον.

S. Paulus, dici non poteſt, quam concinne incredibilem

lem ſuam animi modeſtiam, ac pœnitentem dolorem, quem ex inſcito ſuo Dei ſtudio, & odio nominis ac cœleſtis Optimi Servatoris doctrinæ conceperat, nobili declaret comparandi modo, a Superlativo gradu ducta: Eph. III. 8. Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων &c. mihi longe minimo; *quaſi:* mihi, qui ſum minor minimo omnium ſanctorum. &c. BLACKW. *Auct. S. Claſſ. p.* 37. & 38.

v. 249.

Ἀμ' Ἀτρείδῃσ'] ἅμα τοῖς Ἀτρέως παισὶν, una cum Atridis.

v. 250.

Τῷ, *h. l.* ideo, idcirco, quare.

Ἀνὰ στόμ' ἔχων] Nomina Regum non te decet verſare, volutare, in ore tuo, ignavo ſcil. & improbo; non oportet te mentionem Regum facere, neque de illorum factis loqui, ut: *in ore eſt omni populo.* CAM.

v. 251.

Νόστον τε φυλάσσοις] Negat ad eum pertinere curam reditus, neque ab illo hujus tempora atque occaſiones obſervari oportere. IDEM.

v. 252.

Ὅπως, quomodo.

v. 253.

Νοστέω, ῶ, redeo. νόστος, ου, ὁ, reditus.

v. 255.

Οἱ] αὐτῷ. Μάλα, valde.

v. 256.

Κερτομέω, ῶ, convicior, maledictis inceſſo, cor alicui conviciis & probris ſcindo. a κέρτομος, ου, *quaſi* cor alicui ſcindens: conviciator.

v. 258.

Ἀφραίνω, inſanio, deſipio. ex α priv. & φρὴν, mens.

Ὥς νύ περ ὧδε] οὕτως, ὡς νῦν.

v. 259.

Μηκέτ' ἔπειτ'] Execrationibus ſolemus obſtringere fidem noſtram, ut illa vulgaria: *Diſperam; Ne vivam; Emoriar, ſi non hanc uxorem duxero. Plaut. Di me perdant, ſi illam uxorem duxero.* Sed hanc diſertam fecit *h. l.* Poëta, nam & ſuum & filii unici caput devovet Ulyſſes, niſi ultus

ultus fuerit illam Therſitæ petulantiam. Hoc enim eſt: *Non dicar Telemachi pater*, illo ſcilicet extincto. Vel eſt idiotiſmus, qualis & in teutonico ſermone frequentatur: *Non vocer magis pater Telemachi*, ut cum ajunt, nolle ſe ſuis nominibus appellari, niſi hoc aut illud perfecerint. CAM.

Κάρη, τὸ, *indeclin.* caput. a κάρηνον.

Ἐπείη, impoſitum ſit, *vel* ſit ſuper (*humeros*) ab ἔπειμι.

v. 260.

Κεκλημένος εἴην] Male & hic Interpretes vertunt: *vocer.* expone: *ſim.* Vide, quæ notata ſunt ad *Il.* Α. *v.* 293. SCHERP.

v. 261.

Ἀποδύω, exuo.

Εἷμα, ατος, τὸ, veſtis. ab ἕω, induo.

v. 262.

Τά τ' αἰδῶ] Αἰδὼς, *pudor*, verendam partem vocat, & dicit renonem, vel capiſtrum lumborum, vel tale aliquid. CAM. *Subligaculum*, *faſcias femorales.* CLARK.

Ἀμφικαλύπτω, circumtego.

v. 264.

Πεπληγὼς, cæſum, (cum cæcidi.) perf. part. Med. v. πλήσσω, vel πλῶ, percutio, cædo, ferio.

Ἀγορῆθεν, e concione. Adverbia Localia in θε & θεν ſignificant *motum de loco.*

Ἀεικέσσι πληγῇσιν, ſævis *vel* duris verberibus.

v. 265.

Μετάφρενον, *dorſum*, quia in averſa corporis parte hoc ſitum eſt τῶν φρενῶν, quæ adhærent, juxta Homerum, hepati. CAM.

v. 266.

Ἰδνώθη] *curvatum illum fuiſſe ad ictum* ſignificat, vel *ſe contorſiſſe ad ictum.* IDEM.

Θαλερὸς, ρὰ, ρὸν, florens, floridus. 2.) pulcher. 3.) calidus, vehemens, magnus. *h. l.* de lacrimis. a θάλλω, vireo: ſcateo.

v. 267.

Σμῶδιξ, ικος, ἡ, vibex, livor ab ictu.

Αἱματόεις, όεσσα, όεν, cruentus. ab αἷμα, ſanguis, cruor.

Μεταφρένῳ ἐξυπανέστη, in dorſo exorta eſt. ἐξυπανίσταμαι, exſurgo, exorior.

v. 268.

Ταρβέω, ῶ, paveo, timeo, trepido. a τάρβος, εος, τὸ, terror, timor, metus.

v. 269.

Ἀλγέω, ῶ, doleo: de animo, & de corpore. ab ἄλγος, τὸ, dolor.

Ἀχρεῖον ἰδὼν] *deforme tuens.* ut *torvum tueri* dicimus. Significatur autem in dolore animi contractio & distorſio vultus, repræſentans illius labores. ut in *Eunucho IV.* 4: 3. *Os distorſit ſibi carnifex.* CAM. ἀχρεῖον, pro ἀχρείως, turpiter, indecore. ἀχρεῖος, inutilis. 2.) ineptus.

Ἀπομόργνυμι, *ſeu* γνύω, abſtergo. ex ἀπὸ & μόργνυμι, *idem.*

v. 270.

Οἱ δὲ, καὶ ἀχνύμενοι] Ambiguitas tollitur diſtinctionis nota. Non enim ob ipſum indoluiſſe Græcos dicit, ſed quamvis eſſent animis afflictis, cadente ſcil. ſpe reditus, tamen non potuiſſe continere riſum ad conſpectum vapulantis Therſitæ. CAM.

Ἡδὺ, *adv.* ſuaviter. ab ἡδὺς, ſuavis.

v. 271.

Πλησίος, ία, ίον, propinquus, proximus, vicinus. a πέλας, prope.

v. 272.

Ἦ δὴ] ἀληθῶς δή.

Μυρία ἐσθλὰ] πάμπολλα ἀγαθά.

Ἔοργε, fecit. præt. ind. Med. *Att.* pro ὄργε, a v. *inuſit.* ἔργω, facio. Attici Temporali Augmento Syllabicum inſuper præponunt. Huc refer ἔοικα, *ſimilis ſum*; ἔλπω, *ſpero*; ἔεργω, *facio*: quæ Attice ſua Præterita Media augent præpoſito ε. WELL. *Gramm. Gr. p.* 168. FISCH. *Animadv. p.* 181.

v. 273.

Ἐξάρχω, & ομαι, incipio, auſpicor.

Κορύσσω, *h. l.* adorno.

v. 274.

Ἔρεξεν, fecit. *paulo ante*: ἔοργε.

v. 275.

Λωβητὴρ, ῆρος, ὁ, injuriæ *ſeu* contumeliæ illator, injurioſus, contumelioſus. a λωβάομαι, ῶμαι, injuria adficio, contumeliam infero.

Ἐπεσβόλον] Ἐπεσβόλος, *conviciator*, *rabula*, *ſcurra.* quaſi ἔπεσι βαλλων, *verbis impetens*, ſeu *inceſſens*: ut βλάσφημος quaſi βάλλειν ταῖς φήμαις, *malis & ſiniſtris rumoribus feriens*, ſeu *inceſſens.* Ita enim mallem, quam a βλάπτειν τὴν φήμην. *Duport.*

Λωβητῆρα ἐπεσβόλον] procacem *ſeu* petulantem maledicum. CAM.

Ἔσχ' *pro* ἔσχε, coërcuit. aor. 2. ind. Act. v. ἔχω, habeo. *h. l. pro* κατέχω, cohibeo, reprimo, coërceo.

v. 276.

Θὴν, *partic. Poët.* ſane, profecto, certe.

Ἀνίημι, ſtimulo.

Ἀγήνωρ, ορος, ὁ, admodum virilis, ob fortitudinem admirandus, ſtrenuus, fortiſſimus. *h. l.* audax, præfidens: ſuperbus, arrogans. ex ἄγαν & ἀνὴρ, vir.

Θυμὸς ἀγήνωρ] Ut ſuperbi in lingua latina dicuntur præſtantes & excellentes, atque etiam elati vanitate, itidemque in teutonica. CAM.

v. 278.

Ὣς φάσαν ἡ πληθύς. Sic dixerunt multitudo. *Syntheſis* eſt. Vid. A. *v.* 606.

Πτολίπορθος, ου, ὁ, urbium populator, vaſtator *ſeu* everſor: τὰς πόλεις ὁ πέρθων, a πέρθω *ſeu* πορθέω, everto, vaſto, & πόλις, civitas: *pro quo ſæpe* πτόλις, *ut* πτόλεμος, *pro* πόλεμος.

v. 280.

Εἰδόμενος, ſimilis. ab εἴδομαι, videor, aſſimilor.

Ἀνωγέω, ῶ, idem quod ἀνώγω, *Il.* A. *v.* 313.

v. 282.

Μῦθον ἀκούσειαν] Simul ut exaudire verba univerſa, ſimul & conſilium & ſententiam dicentis perſpicere poſſent. CAM.

Ἐπιφρασσαίατο, pro ἐπιφράσαιντο, aor. 1. opt. Med. v. ἐπιφράζω, præterea dico: diſſero, declaro. *Med.* ομαι, percipio, intelligo, cognoſco. ex ἐπὶ & φράζω, dico, expono.

v. 283.

v. 283.

Ἀγὸράασθαι καὶ μετέειπεν.] Non quaſi balbutiens idem dicit, ſed hoc concionantem ita locutum eſſe. CAM.

v. 284.

Ἀτρείδη, νῦν δή σε] Admirabilis oratio Ulyſſis, & omni virtute eloquentiæ perfecta hoc loco exponitur. IDEM.

v. 285.

Ἐλέγχιςος, ίςη, ιςον, maxime redarguendus, probris digniſſimus, extrema ignominia dignus. ab ἔλεγχος, εος, τὸ, probrum, dedecus. Gradus quidam formantur a Subſtantivis, & aliis Orationis Partibus.

Θέμεναι, *Dor.* pro θεῖναι, *h. l.* pro ποιῆσαι, facere. aor. 2. inf. Act. v. τίθημι.

Ἐλέγχιςον] Culpandum maxime, *h. e.* apud omnes mortales infamiam ſummam tibi conciliare volunt. CAM.

v. 286.

Ὑπόσχεσις, εως, ἡ, promiſſio. ab ὑπίσχομαι, promitto.

Ὑπέςαν, receperunt: ſubſtituerunt. *Bœot. Sync.* pro ὑπέςησαν. 3. plur. aor. 2. ind. Act. v. ὑφίςημι, ſuppono, ſubſtituo: recipio; polliceor.

v. 287.

Στείχω, ordine eo, ordine incedo. 2.) eo, vado.

Ἱππόβοτος, ȣ, *Jon.* οιο, ὁ, ἡ, equis paſcendis aptus. ex ἵππος & βόσκω, paſco.

Ἄργεος ἱπποβότοιο] Vel ſimpliciter campeſtre & paſcuis abundans τὸ Ἄργος dixit, vel eſt epitheton, ut aliqui volunt, hiſtoriæ ſeu fabulæ, quod Neptuno in Argiva regione quædam prata, quæ carperent equi illius, conſecrata fuerint. Neptunus autem, ut notum, ἵππιος eſt. Et hunc perhibent de Argivæ regionis poſſeſſione cum Junone contendiſſe, atque illam fuiſſe adjudicatam Junoni. Unde & Maro *Argivam Junonem* vocavit. CAM.

v. 288.

Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι] Utique ἐκπέρσαντ' non hoc in loco ἐκπέρσαντε eſt, ſed ἐκπέρσαντα. Quid evidentius? Spoſponderunt nimirum Achivi, *Agamemnonem* Trojam ἐκπέρσαντα domum cum gloria rediturum. Quin & *tribus aliis in locis* repetitus idem iſte verſiculus, quorum in *duobus* vox iſta ἐκπέρσαντ' neceſſario ad unum *Agamemno-*

v. 304.

Ἠγερέθοντο, congregabantur. ab ἀγερέθω, Poët. pro ἀγείρω, congrego.

v. 305.

Περὶ cum accuſat. frequentiſſime conjungitur, ac fere *circa* ſignificat. Uſum quod attinet, ἀμφὶ & περὶ gemina ſunt. Hinc aliquando apud Poëtas πλεοναστικῶς utrumque invenitur. Ita *h. l.* ἀμφὶ περὶ, *circumcirca.* Et *Il.* Υ. *paulo poſt initium.* VIGER. *Idiot. Cap. IX. Sect. VII. Reg. VIII.* & *Not.* 61.

Κρήνη, ης, ἡ, fons.

Κατὰ, *h. l.* in.

Sæpe etiam *in præruptis montibus* poſita altaria; frequenter quoque *in lucis*, *agris ſacris*, atque *apud fontes.* FEITH. *Lib. I. Cap. IX.* §. *VII.*

v. 306.

Ἕρδομεν, faciebamus.

v. 307.

Πλατάνιστος, ου, ἡ, platanus, *arbor*, quia ramos late diffundit. a πλατὺς, latus, amplus.

Ἀγλαὸν ὕδωρ, limpida aqua.

v. 308.

Μέγα σῆμα] *portentum* ſeu *monſtrum.* De hoc enim tempus belli prædicit Calchas. CAM.

Δράκων, οντος, ὁ, draco.

Angues & *ſerpentes ominoſi* habebantur: prout colligere eſt ex hoc Calchantis vaticinio de octo paſſerculis una cum matre a ſerpente voratis: quæ ſigna de novem integris annis, quibus Troja obſidenda erat, interpretatus fuiſſe dicitur ille vates in *h. l.* POTTER. *Tom. I. p.* 351.

Δαφοινὸς, ῦ, ὁ, ἡ, *varius*, aut *rubens.* Nam draconibus ineſſe maculas ſanguineas traditur, ut δαφοινὸν accipiamus nunc, qui alibi a Poëta φοινήεις dicitur. φοινὸν enim *cruentum* ſeu *puniceum* eſt. ut *Il.* Π. *v.* 159. CAM.

v. 309.

Σμερδαλέος, ἑα, ἑον, apud Hom. eſt *ingens* & *horribilis.* IDEM.

Φόωσδε, in lucem, in luminis auras: εἰς τὸ φῶς.

v. 310.

Ὑπαΐσσω, clam proſilio, ſubrepo. Βωμȣ̃ ὑπαΐξας] *ex imo* altari prolapſus.

Ὀρύω, impetum do, ruo, impetu feror. ab ὄρω, excito, concito.

v. 311.

Ἔσαν, *Poët.* pro ἦσαν, erant. v. εἰμὶ, ſum.

Στρυθὸς, ȣ, *Jon.* οῦο, ὁ, ἡ, paſſer.

Νεοσσὸς, ſeu νεοττὸς, ȣ̃, ὁ, pullus. a νέος, novus: juvenis.

Νήπια τέκνα] De *homine* transtulit. Propr. enim νήπιοι *infantes* dicuntur, i. e. parvuli, atque ſtolidi. CAM.

v. 312.

Πέταλον, ȣ, τὸ, folium expanſum. a πετάω, pando; explico.

Ὑποπεπτηῶτες, *per Sync. Jon.* pro ὑποπεπτηχότες, perculſi, qui expavere. ab ὑποπτήσσω, præ timore me ſubmitto. quod ex ὑπὸ & πτήσσω, *q. d.* metu contrahor, expaveſco, fugio, me abſcondo: *propr.* de *animantibus* dicitur, quæ, cum hoſtem conſpiciunt, in loco ad latendum commodo præ metu ſe contrahunt. Aut pro ὑποπεπτεῶτες, per Ectaſin, quod eſt participium Epentheticum pro Attico contracto ὑποπεπτῶτες, ex Jonico ὑποπεπταῶτες, hoc vero pro communi ὑποπεπτακότες, ab ἵπτημι, fut. I. πτήσω. præt. πέπτακα, volo, as. Ὑποπεπτηῶτες πετάλοις] *ſub ramis latitantes.* CAM.

v. 314.

Ἐλεεινὸς, ὴ, ὸν, miſerabilis. ἐλεεινὰ, *adv.* pro ἐλεεινῶς, miſerabiliter. ab ἔλεος, miſericordia.

Κατεσθίω, edo, peredo, voro, devoro.

Τρίζω, ſtrideo, ſtrido. τετριγῶτας, ſtridentes. *Poët.* pro τετριγότας.

v. 315.

Ἀμφιποτάομαι, ῶμαι, circumvolito, ex ἀμφὶ & ποτάομαι, ῶμαι, volo, as.

v. 316.

Πτέρυξ, υγος, ἡ, ala. a πέτομαι, volo: *quod ejus beneficio aves volant.*

Πτέρυγος λάβεν (pro ἐκράτησεν) ala prehendit.

Ἀμφιαχυῖαν, valde clamitantem. præt. part. Med. v. ἀμφιά-

ἀμφιάχω, valde clamo. ex ἀμφὶ & ἰάχω, clamo, vociferor.

v. 317.

Κατὰ τέκν' ἔφαγε] κατέφαγε τὰ τέκνα. Αὐτὴν] τὴν ϛρουθόν.

v. 318.

Ἀρίζηλος, ου, ὁ, ἡ, multum æmulandus. ex ἀρι, valde, & ζῆλος, ου, ὁ, æmulatio. 2.) valde clarus, manifeſtus. ζ. poſitu per δ. Æoles enim pro δ habent ζ. ex ἀρι, & δῆλος, manifeſtus.

Θῆκεν] ἔθηκεν, ἐποίησε. Ἀρίζηλον θῆκεν] Il le rendit un ſigne ſtable & merveilleux. DACIER.

Ἔφηνε, oſtendit. aor. 1. ind. Act. v. φαίνω, in lucem edo, oſtendo.

v. 319.

Λᾶας, λάαος, contr. λᾶος, ὁ, lapis, ſaxum.

v. 320.

Θαυμάζομεν, admirabamur.

Οἷον ἐτύχθη] οἷον ἐγένετο· quale factum erat, quod acciderat.

v. 321.

Πέλωρ, ωρος, τὸ, monſtrum, monſtrum immane. 2.) ingens.

Δεινὰ πέλωρα, terribilia portenta.

v. 323.

Ἄνεως, ω, ὁ, ſilens, mutus. ex α priv. & αὔω, clamo.

v. 324.

Τέρας, ατος, τὸ, monſtrum, portentum, prodigium, oſtentum.

Μητίετα Ζεὺς] Et ſimiliter infra v. 336. Ἱππότα Νέϛωρ. Vid. ſupra ad A. 175.

v. 325.

Ὄψιμον, ὀψιτέλεϛον,] qui ne ſera pas vain, qui aura ſon effet, quoique tard. DAC.

Ὄψιμος, ου, ὁ, ἡ, ſerus, ſerotinus, tardus. ab ὀψὲ, adv. ſero.

Ὀψιτέλεϛος, ου, ὁ, ἡ, ſero perficiendus. ex ὀψὲ, & τελέω, perficio.

Ὄψιμον, ὀψιτέλεϛον· ſerum, quod tarde perficitur.

Ὅου, Poët. pro οὗ, cujus.

Κλέος, ους, τὸ, gloria, celebritas, ſplendor nominis.

v. 330.

v. 330.

Τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται] Cic. *quæ jam matura videtis.* Quæ jam prope eſt ut perficiantur. CLARK.

v. 332.

Εἰσόκε, & κεν, *Poët.* donec, quousque, usque dum.

Ἄστυ, υος, τὸ, urbs, civitas.

v. 333.

Ἀμφὶ] ἀμφοτέρωθεν, utrimque.

v. 334.

Σμερδαλέον, vel έα, *adv.* horrendum in modum, horribiliter, terribiliter. a σμερδαλέος, adſpectu *ſeu* intuitu terribilis. Vid. *v.* 309. *hujus Il.* a μέρδω, intueor.

Κοναβέω, ῶ, reſono, ſonitum reddo. a κόναβος, ου, ὁ, ſonitus, ſtrepitus.

Ἄυω, *& per dialyſ.* ἀΰω, clamo, reſono.

v. 333. 334.

Homerus Græcos univerſos indifferenter, modo Ἀργείους, *Argivos*, modo Ἀχαιοὺς, *Achæos*, modo Δαναοὺς, *Danaos* vocat, & iis vocibus utitur paſſim nullo delectu. *h. l.* Argivi & Achæi pro eodem populo ſumuntur. PALM. *Græc. ant. deſcr. Lib. I. Cap. V.*

v. 336.

Γερήνιος] ἔντιμος, παρὰ τὸ γέρας. Ἢ, ὁ ἐν Γερήνῃ κώμῃ τραφείς. *Schol.*

Ἱππότης, ου, ὁ, eques. ab ἵππος, equus.

v. 337.

Ὦ πόποι] In hac oratione omnia facta & compoſita ſunt præclaro artificio, & ratione rhetorica. CAM.

Ἀγοράασθε, loquimini.

v. 338.

Νηπίαχος, ου, ὁ, ἡ, infans, puerilis. a νήπιος, *idem.*

Πολεμήϊος, ου, ὁ, ἡ, bellicus, *ſeu* ad bellum pertinens. a πόλεμος, bellum.

v. 339.

Πῆ; quo?

Συνθεσία, ας, ἡ, pactum, fœdus. a συντίθεμαι, paciſcor.

v. 340.

Ἐν πυρὶ δὴ] Omnia, *inquit*, conſilia & omnes rationes noſtræ evaneſcent, aut recident ad nihilum tanquam igne

 conſum-

conſumtæ; *Vel hoc dicit:* An nihil proderunt, an nulli uſui erunt conſilia & rationes noſtræ, ſed ſuſpendentur ad ignem? CAM.

Γενοίατο, abierint. *Jon.* pro γένοιντο. aor. 2. opt. Med. v. γίνομαι, fio, ſum.

Μῆδος, εος, τὸ, cura, conſilium. *Uſitatum in plur.*

v. 341.

Σπονδαί τ' ἄκρητοι] Teſtibus etiam Diis, *ait*, ſancita fuiſſe illa fœdera, & ſolenni ritu religionis datam acceptamque fidem. CAM.

Σπονδὴ, ῆς, ἡ, libatio, libamen, libamentum, i. e. vinum, quod libatur. 2.) fœdus, induciæ libatione ſancitæ. a σπένδω, libo.

Ἄκρητος, *Jon.* pro ἄκρατος, ε, ὁ, ἡ, merus, meracus. 2) purus, ſincerus. ex α priv. & κεράω, miſceo.

Libationes potiſſimum apud Græcos *fiebant vino.* Sic enim paſſim Homero dicti λείβειν αἴθοπα οἶνον, *libare nigrum vinum.* Erat autem *purum ac merum*; unde σπονδαὶ ἄκρητοι *mera libamenta* appellatæ. Quod ita religioſe a Romanis etiam obſervatum, ut *vinis græcis prolibare Diis nefaſtum* putarent, teſte *Plinio Natural. Hiſt. Lib. XIV. Cap. XIX.* FEITH. *Lib. I. Cap. VIII.* §. *II.* adde LAKEM. *P. III. C. I.* §. *XV.* aliosque.

Δεξιὰ, ᾶς, ἡ, *ſcil.* χεὶρ, dextra, *ſcil.* manus. 2.) fides per dextram data. 3.) pacta conventa.

Δεξιαὶ] Dextræ, promiſſiones dextris junctis firmatæ. *Heſych.* Δεξιαὶ, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν, εἰς σύμβολον τȣ̃ βέβαια ἔσεσθαι τὰ συντιθέμενα. Et huc tendit expoſitio brevium Scholiorum auctoris & *Moſchopuli. Scholiaſt. Ariſtophanis ad Nubes:* Ἔθος ἦν, ἐπὶ πίςει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις· *Moris erat, ut in fidei fœderumque corroborationem dextras mutuo ſibi darent.* SCHERP. Mos hic Perſis maxime ſolennis, quibus dextram ſanctiſſimum fidei pignus fuiſſe, ſcribit *Diodorus Siculus, Lib. XVI. Cap. XLIII.*

Ἧς] ἀεὶς.

Ἐπέπιθμεν, confiſi ſumus. aor. 2. ind. Act. *Jon.* reduplicatis etiam primis duabus litteris, pro ἐπίθομεν, v. πείθω, perſuadeo. *Alii volunt eſſe* pluſq. perf. Med. pro ἐπεποίθειμεν, a perf. Med. πέποιθα.

v. 342.

v. 342.

Ἄυτως] εἰκῆ, μάτην.

Μῆχος, εος, τὸ, artificium, machinatio, conſilium, commentum.

Μῆχος] ἀμηχανίῃ συνεχόμεθα, h. e. nihil explicamus; omnia hærent; nihil procedit eorum, quæ agimus inter ſimultates & contentiones noſtras. Μῆχος autem μηχάνημα eſt, ut πάθος πάθημα. CAM.

v. 344.

Ἀστεμφὴς, έος, ὁ, ἡ, immotus, firmus. 2.) non perturbatus, metu non perculſus. ex α priv. & στέμφω, moveo.

Ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν] firmo & deſtinato conſilio atque propoſito. CAM.

v. 345.

Ἄρχευ, *Dor.* pro ἄρχου, ab ἄρχομαι, impero, dominor. *Vel* eſt ἄρχευ' cum apoſtropho ſcribendum, pro ἄρχευε, v. ἀρχεύω. IDEM.

Κατὰ, *h. l.* in.

v. 346.

Τούσδε δ' ἔα] Ita indefinite dixit, *unum aut alterum*, id eſt, paucos quosdam, qui clandeſtina conſilia inire, & multitudinem perturbare ſolent. CAM.

Τοί κεν] οἵτινες ἄν.

v. 347.

Ἄνυσις, εως, ἡ, perfectio, effectio. 2.) profectus, commodum. 3.) finis, ab ἀνύω, perficio, efficio.

Ἄνυσις δ' οὐκ ἔσσεται αὐτῶν] Nunquam tamen hoc perficient, hinc ut diſcedant domum, bello imperfecto. CAM.

v. 348.

Πρὶν Ἄργοσδ' ἰέναι, πρὶν — Ut *prius* Argos redeamus, *quam* &c.

Ἄργος, *Argos*, vel pl. *Argi*: urbs nobilis Achajæ: ſumitur aliquando pro omni Græcia.

v. 349.

Γνώμεναι, *Dor.* & *Att.* pro γνῶναι, aor. 2. infin. Act. v. γνώσκω, cognoſco. Εἴτε — ἠὲ — utrum — an. Ψεῦδος *h. l.* pro ψευδὴς, falſus, mendax.

v. 353.

Ἀστράπτω, fulguro.

 Ἐπιδέ-

Ἐπιδέξια] ἐπιδεξίως, ad dextram.

Ἐναίσιμος, ου, ὁ, ἡ, fatalis, aliquid portendens. *h. l.* fauſtus, bonus, utilis. ex ἐν & αἶσα, fatum.

Fulgura ominoſa credebantur, quæ, ſi *a dextra*, pro bonis, ſin vero *a ſiniſtra* affulſiſſent, pro malis ominibus accipiebantur: prout *Euſtathius* notavit *h. l.* quo Græ. patriæ repetendæ ſtudio flagrantibus animum reddere molitur Neſtor, aſſerens, Trojam ab iis expugnatum iri ex Jovis promiſſo, quod fulgure quaſi ſigillo firmarat. POTTER. *Tom. I. p.* 352.

v. 350 — 353.

Ἀστράπτων] Inter incongrua & inconſequentia notatur hoc. Dixerat enim ὑπερμενέα Κρονίωνα, & nunc infert caſum rectum ἀστράπτων, & Φαίνων, pro ἀστράπτοντα, & Φαίνοντα. CAM. & SCHERP. Conf. HOOGEV. *ad* VIGERI *Idiotiſm. Cap. III, Sect. I. Reg I.* (*N.* 43.) CLERICI *Art. Crit. P. II. S. I. C. X.* §. 10. Cæterum ἀνακόλουθον tam frequens eſt apud omnes Græcos, inprimis Poëtas, ut id conſulto, velut imitandi cauſa, ſecuti videantur; & ſæpe ab interpretibus veterum Scriptorum illuſtratum eſt. ERN. Vid. etiam KREBS. *Animadv. in Plut. p.* 115.

v. 354.

Τῷ] διό.

Ἐπείγω, urgeo, impello, ἐπείγομαι feſtino, propero, maturo.

v. 355.

Παρ Τρώων ἀλόχῳ] Παρὰ Τρωϊκῇ γυναικί.

Καταχοιμάω, ῶ, ſopio, conſopio. καταχοιμάομαι, ῶμαι, obdormio, dormio.

v. 356.

Τίομαι, ulciſcor, vindico.

Ὅρμημα, ατος, τὸ, id, ad quod animus ſubito impetu fertur. 2.) impetus ipſe. 3.) conatus. ab ὁρμάω, ῶ, incito, concito.

Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε] *Helenæ Profectionem*, vel Ἁρπαγήν: Vel etiam, *noſtros labores*, *Helenæ cauſa.* CLARK.

v. 357.

Ἐκπάγλως, *h. l.* omnino: vehementer.

v. 359.

Πρόσθ' ἄλλων, ante alios.

Πότμος, ου, ὁ, ſors, fatum, caſus *ſeu* fortuna fatali ſorte obveniens. 2.) interitus, mors.

Ἐπίσπῃ, aſſequatur. aor. 2. ſubj. Act. v. ἐπισπάω, ῶ, attraho. *h. l.* conſequor, adquiro, concilio mihi.

v. 360.

Μήδομαι, conſulo, delibero. a μῆδος, τὸ, conſilium.

v. 361.

Ἀπόβλητος, ου, ὁ, ἡ, abjectus, abjiciendus, reſpuendus. ἀπόβλητον ἔπος, repudiandum conſilium, ab ἀποβάλλω, abjicio.

v. 362.

Κρῖν'] κρίνε, digere, deſcribe: ſecerne.

Φῦλον, ου, τὸ, genus, gens, natio.

Φρήτρη, ης, ἡ, tribus, curia. pro Φράτρα.

Κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας] Omnes Interpretes φῦλα exponunt per *gentes* vel *populos*, & mox φῦλα δὲ φύλοις, *gentiles gentilibus*, vel *populares popularibus*. Minus recte, meo judicio. Verte: *digere, deſcribe viros in tribus & curias*, & mox *tribules tribulibus*. Eſt hæc locutio ex Republ. Athenienſium deſumta. Nam uti populus Romanus *in tribus & curias*, ita Athenienſis *in* φῦλα & φρατρίας dividebatur. Et huc tendit mens *Moſchopuli*. Vide quoque omnino *Suidam*, voce Γεννῆται. SCHERP.

v. 364.

Ἔρξῃς] πράξῃς.

v. 365.

Κακὸς, ignavus, timidus: δειλὸς, ἀσθενής.) (*v. ſeq.* ἐσθλὸς, fortis: ἀγαθὸς, ἀνδρεῖος.

v. 366.

Ἔῃσι] ὑπάρχει. 3. ſing. præſ. ſubj. *Jon.* pro ᾖ, v. εἰμὶ, ſum.

Κατὰ σφέας] pro virili. προθύμως, κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος μαχέσεται. Vid. Α. 271.

v. 367.

Θεσπεσίῃ, divino conſilio, divina voluntate. *Subintell.* γνώμῃ, *vel* βουλήσει. *Euſtath.* ἔλλειψιν ἔχει τοῦ βουλῇ, ἢ γνώμῃ, ἢ κελεύσει. a θεσπέσιος, ου, ὁ, ἡ, divinus. quod a θέσπις, ιος, vates,

vates, divinus. — CAM. divino quodam infortunio, an divinitus fiat, quo minus urbs capiatur.

'Αλαπάζω, vaſto, diripio, expugno. ex α pl. & λαπάζω, *idem.*

'Ει — utrum —

v. 368.

'Η — an.

Κακότης, ητος, ἡ, malitia. *h. l.* ignavia, timiditas. a κακός.

'Αφραδία, ας, ἡ, imprudentia, temeritas, ſtultitia. ἀφραδίᾳ πολέμοιο, imperitia belli, ab ἀφραδής, έος, ὁ, ἡ, temerarius, inconſultus: qui multa loquendo effutit. ex α priv. vel epitat. & φράζω.

v. 370.

Μὰν pro μὴν, *Dor.* tamen, ſane, certe. ἦ μὰν] ὄντως, ἀληθῶς δή. revera.

'Αγορῇ, dicendi peritia.

v. 371.

'Αι γὰρ — ἔιεν, utinam enim — eſſent.

v. 372.

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες] Hic videre licet, quanti prudentiam faciat Agamemnon, quam robori antepo-nit, cum Neſtores potius quam Ajaces, aut alios Heroas ad Trojæ everſionem ſibi exoptavit: cujus rei meminit etiam *Tullius de Seneƈt.* Recte ergo *Euripides:* Σοφὸν ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ. SPOND.

Συμφράδμων, ονος, ὁ, ἡ, qui una conſilia agitat, conſiliarius, conſultor. a συμφράζομαι, ſimul conſulto *ſeu* delibero.

v. 373.

Τῷ κε] ὄντως γ' ἄν. Vide *ad* Δ. *v.* 290.

Τάχα] ταχέως, cito.

'Ημύσειε] *inclinaretur,* h. e. procumberet atque rueret, quo de verbo ſuperius (*v.* 148. *hujus Iliad.*) dictum. CAM. eſt autem aor. 1. opt. Act. *Æol.* v. ἠμύω, inclino, cado.

v. 374.

'Αλοῦσα, capta. aor. 2. part. v. ἁλίσκω, capio.

Πέρθω, diruo, everto, vaſto.

v. 376.

Νεῖκος, εος, τὸ, rixa, jurgium, altercatio, contentio.

'Ος

Ὅς με μετ' ἀπρήκτους] qui me objicit graviſſimis & infinitis contentionibus. CAM.

v. 378.

Ἀντίβιος, ια, ιον, & -βιος, ου, ὁ, ἡ, contrarius, adverſus. ex ἀντὶ, & βία, vis.

Ἦρχον, cœpi, incepi.

Χαλεπαίνω, ſuccenſeo: injuria laceſſo, exhibeo me difficilem & aſperum. a χαλεπὸς, difficilis. ἦρχον χαλεπαίνων, cœpi eſſe infenſus, incepi indignari.

v. 379.

Ἐς μίαν, ſcil. βουλὴν, in unum, ſcil. conſilium.

v. 380.

Ἀνάβλησις, εως, ἡ, procraſtinatio, dilatio. ab ἀναβάλλω, differo, procraſtino.

Ἠβαιὸν, adv. paullulum. ab ἠβαιὸς, ά, όν, exiguus, parvus.

v. 381.

Δεῖπνον, ου, τὸ, cœna: prandium. v. 383. pabulum.

Ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα, ut conferamus manum, ut committamus pugnam.

v. 382.

Θήγω, acuo.

Ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus, ſcutum.

Θέσθω, paret: muniat. aor. 2. imper. Med. v. τίθημι, pono.

v. 383.

Ὠκύπους, οδος, ὁ, ἡ, pedibus celer, pernix. ex ὠκὺς & πῦς, pes.

v. 384.

Ἅρμα, ατος, τὸ, currus, vehiculum, quadrigæ. ab ἄρω, apto.

Ἀμφὶς ἰδών] Jubet parari ad bellum, h. e. animo agitare pugnæ & præliorum diſcrimina, & currus undique perſpicere: ut ſit ἀμφὶς ἰδὼν, diſpiciens. CAM.

Μέδομαι, h. l. curo, curam gero: cogito, meditor. cum Genit.

v. 385.

Στυγερὸς, ρὰ, ρὸν, terribilis, horribilis, triſtis, gravis.

Κρινώμεθ' ἄρηϊ] ut decernamus Marte. i. e. conferamus prælium. CAM.

v. 386.

v. 386.

Ὀυ γὰρ παυσωλή] Cur terret inſuper Græcos, magnitudinem laborum commemorando? Non ille quidem terret, ſed mavult confirmatis jam animis ſuorum, majora potius belli incommoda videri militibus, quam falſo minora ſperari. IDEM.

Παυσωλὴ, ῆς, ἡ, ceſſatio, requies, ſedatio. a παύω, ceſſo.

Μεῖέσσεῖαι, poſtea erit, *vel* inter nos erit.

v. 387.

Διακρίνω, diſcerno, dirimo, ſecerno. διακρινέει, pro εῖ; *Jon. diſſol.* fut. 1.

v. 388.

Ἱδρόω, ῶ, ſudo. ab ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, ſudor.

Τεῦ, *Dor.* pro τῦ, *hoc vero* pro τινὸς: cujusque.

Τελαμὼν, ῶνος, ὁ, lorum enſis, & id, ex quo ſcutum pendet. a ταλάω, *quaſi* ταλαμὼν, ſuffero, ſuſtineo.

v: 389.

Ἀμφιβρότης] Interpretantur *latum clypeum, qui tegeret totum viri* ſeu *hominis corpus.* Talibus enim Veteres fuiſſe uſos perhibent, & de *Empedocle* citat *Plutarchus Quæſt. Conviv.* ἀμφιβρότην χθόνα, dicitque, ita appellaſſe illum corpus animæ circumdatum. CAM. ab ἀμφίβροῖος, ȣ, ὁ, ἡ, ex ἀμφὶ, & βροῖὸς, homo.

Ἔγχος, εος, τὸ, haſta: enſis.

Καμεῖται, fatigabit. fut. Med. a κάμνω: fut. καμῶ: Med. καμȣ̃μαι.

v. 390.

Ἔυξοος, & ἐύξοος, ȣ, ὁ, ἡ, bene raſus, *ſeu* politus. ex ἐυ & ξέω, rado, polio.

Τιῖαίνω, tendo, extendo; traho. a τίω & τείνω, tendo.

v. 392.

Μιμνάζω, permaneo, conſtanter maneo, exſpecto. a μίμνω, maneo.

Ὄυ οἱ ἔπειῖα, non ei poſtea.

v. 393.

Ἄρκιον ἐσσεῖται] Jam addit minas regaliter. Sed *Ariſtoteles lib. III.* Πολιῖικῶν docet, fuiſſe apud Veteres quoddam regum genus, qui in pace non haberent poteſtatem occidendi quemquam, in bello vero & cum exercitus ad

pugnam

pugnas educti eſſent, impune in detrectantes imperium animadvertere, & illos interficere poſſent. Dicit autem, tum non magis *profuturam ulli fugam canum & volucrium*, h. e. facturum ſe, ne quis effugiat laniatus illorum, occiſus & abjectus, inſepultus. Addidit autem poſt hunc verſum *Ariſtoteles* initium alterius:

Πὰρ γάρ ἐμοὶ θάνατος —

Quem, ut videmus, noſtri libri non habent, ut hinc etiam conjectura fieri poſſit, aliis illum exemplis hujus Poëtæ uſum fuiſſe. CAM.

Ἄρκιος, ου, ὁ, ἡ, ſufficiens. *h. l.* poſſibile, *ſeu*, utile. ab ἀρκέω, ſufficio.

Ἐσσεῖται, erit. *Poët.* & *Dor.* pro ἔσεται, v. εἰμὶ, ſum.

v. 395.

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, littus.

v. 396.

Προβλὴς, ῆτος, ὁ, ἡ, projectus, prominens. a προβάλλω, projicio, emitto, promo. προβλῆτι σκοπέλῳ, *i. e.* ſcopulo προέχοντι εἰς τὴν θάλασσαν, prominenti in mari.

Σκόπελος, ου, ὁ, ſcopulus, locus editus, ex quo circumjacentia luſtrari poſſunt. 2.) rupes in mari prominens. a σκοπέω, ſpeculor: quod a σκέπτομαι, circumſpicio.

v. 397.

Παντοῖος, οία, οῖον. omnigenus, omnimodus, varius, multiplex. ex πᾶς, omnis. παντοίων ἀνέμων, variis ventis *flantibus*.

v. 398.

Ἀνστάντες, ſurgentes. *pro* ἀναστάντες.

Ὀρέοντο, ruebant. *pro* ὤροντο, *Poëtica augmenti detractione, & pleonaſmo* τοῦ ε.

Κεδάζω, *idem quod* σκεδάζω, diſſipo, diſpergo, diſcutio.

v. 399.

Κάπνισσαν] Dupliciter hoc exponi poſſe dicit *Euſtathius*, vel per πῦρ ἀνῆψαν, *ignem accendebant*, ut nimir. cibum pararent. Vel per ἔθυσαν, *ſacrificabant.* Priori expoſitioni omnino cum brevium Scholiorum auctore ſubſcribendum. SCHERP.

v. 400.

Ἔρεζε, faciebat. *ſupple:* ἱερὰ, ſacra, ſacrificia. Supplet ipſe Hom. *Il.* Α. *v.* 147. ἱερὰ ῥέξας, ſacris factis.

'Αἰειγενέτης, ου, ſemper exiſtens, ſempiternus, immortalis. ex ἀιεὶ, *pro* ἀεὶ, ſemper, & γίνομαι, ſum.

v. 401.

Μῶλον Ἄρηος] *Martis impetum*, ſeu *vim*, vel etiam *prælia Martis*, i. e. belli diſcrimen. Quisque autem ſuorum Deorum, i. e. numinum patriorum, opem invocat. CAM.

μῶλος, ου, ὁ, bellum, pugna, tumultus.

v. 402.

Ἱερεύω, ſacrifico. ab ἱερὸς, ſacer.

v. 403.

Πενταέτηρος, ου, ὁ, ἡ, quinquennis, quinquennalis. ex πέντε, & ἔτος, τὸ, annus.

Ætatis ratione cura adhibebatur, ut certis quibusdam Diis, e. c. Jovi, Cereri, Junoni, Phœbo, Baccho, hoſtiæ offerrentur ætate majores. Sic *h. l.* Jovi Agamemnon bovem immolavit πίονα, πενταέτηρον, *pinguem*, *quinquennem*. LAKEM. *P. III. C. I.* §. *VIII.* add. FEITH. *Lib. I. Cap. IX.* §. *IV.*

v. 404.

Κίκλησκεν, vocavit. a κικλήσκω, verb. *Poët.* idem quod καλέω, voco.

Παναχαιοὶ, ῶν, οἱ, omnes Achivi, univerſi Græci.

v. 407.

Ἕκτος, η, ον, ſextus, a, um. ab ἕξ, ſex.

v. 408.

'Αυτόματος, ου, ὁ, ἡ, ex ſe ipſo aliquid faciens, non alieno impulſu, ſpontaneus. ultroneus. ex ἀυτὸς & μάτην, fruſtra: temere. *vel* μάομαι, excitor, promtus ſum.

'Αυτόματος δέ οἱ ἦλθε] Ineptire hic mihi videntur viri alias doctiſſimi, cum moleſte quærant, rectene an ſecus fecerit *Menelaus*, quod ad cœnam venerit non vocatus. Poëta certe *amicitiam* inter fratres *fraternam*, hoc modo depingere voluit. CLARK.

Βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος] Homerum viros *fortiſſimos* hoc epitheto inſignire ſolitum, docet *Athenæus*; καλέντων τῶν παλαιῶν τὸν πόλεμον, βοήν. Indeque *Platonem* reprehendit, quod, citato hoc verſu, τὸν Μενέλαον μαλθακὸν αἰχμητὴν, (*imbellem pugnatorem*,) ἄκλητον ἐλθόντα repræſentaverit. Confer *Platon. Conviv. ſub initio*; & *Athenæi Lib.* 4. *c.* 26. 27. IDEM.

IDEM. add. POTTER. *Tom. II. p.* 72. & 303. RICC. *Diſſ. Hom.* XIX. FEITH. *Lib. IV. Cap. XIV.* §. *VII.*

v. 409.

Ἤιδει, noverat. *Jon.* & *Att.* pro ᾔδη. plusq. perf. v. εἴδω, ſcio, novi.

Ἀδελφειὸς, ῦ, ὁ, *Poët.* pro ἀδελφὸς, frater.

Κατὰ θυμὸν] Alii voces iſtas cum ἐπονεῖτο conjungunt, ut dicatur ſcil. Agamemnon *animo cruciari.* Alii autem κατὰ θυμὸν ᾔδει conjungunt, ut dicatur Menelaus *animo intelligere*, ſcil. quomodo Agamemnon *laboraret*, τελέσειν ἐνέργει (ut ait *Euſtathius*) περὶ θυσίαν. Quod & rectius videtur. Sic enim infra υ. 430. ἐπεὶ πονέσαντο πόνε. CLARK.

v. 410.

Περιΐστημι, & αμαι, circumcolloco, circumſiſto, circumſto.

Βῦν δὲ περιστήσαντο] περὶ δὲ τὸν βῦν κύκλῳ ἔστησαν.

v. 411.

Τοῖσι δ᾽ ἐπευχόμενος μετέφη — Inter hos autem orans (*Jovem*) allocutus eſt.

v. 412.

Αἰθὴρ, έρος, ὁ, æther. 2.) aër. 3.) cœlum, *Deorum domicilium.* αἰθέρι ναίων, in æthere habitans.

v. 413.

Μὴ πρὶν ἐπ᾽] Ἐλλειπτικὴ locutio; itaque intelligemus δὸς aut particulam ſignificantem votum: *Utinam non ante ſol occidat, neque tenebræ obducantur, quam urbem cepero.* Et eſt ſane votum nequaquam timidum, neque verecundum. CAM. Vid. etiam BOS *Ell. Gr. p.* 269. 270.

Δύω, δύνω, δῦμι, occido. δῦναι, aor. 2. infin. Act.

v. 414.

Πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν] *Quam ego funditus everteró.*

Καταβάλλω, dejicio, everto, deleo, deturbo, proſterno. βαλέειν, pro βαλεῖν. Πρηνὴς, έος, ὁ, ἡ; pronus, in caput propendens, præceps.

Μέλαθρον, ου, τὸ, domus: palatium.

v. 415.

Αἰθαλόεις, εσσα, εν, ardens. ab αἴθω, uro.

Πρήθω, incendo, inflammo.

Δηΐος, ου, *Jon.* δηΐοιο, ὁ, ἡ, *Jon.* pro δάϊος, hoſtilis, infeſtus. a δαίω, uro, incendo.

Πυρὸς δηΐοιο, *plene:* ὑπὸ πυρὸς δηΐοιο. *Heſych.* ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ πολεμικοῦ.

Θύρετρον, ου, τὸ, janua, oſtium. a θύρα, ας, ἡ, *idem.*

v. 416.

Ἕκτόρεον δὲ χιτῶνα] τὸν δὲ τοῦ Ἕκτορος χιτῶνα.

Δαΐζω, divido, partior. *h. l.* diſcerpo, diſcindo. a δαίω, *idem.*

v. 417.

Χαλκὸς, οῦ, ὁ, *h. l.* gladius, enſis.

Ῥωγαλέος, έα, έον, fiſſus, fractus, ruptus. a ῥωγὴ, ῆς, ἡ, fiſſura, ruptura. quod a ῥηγνύω, υμι, ῥήσσω, frango, rumpo.

Πολέες δ'] πολλοὶ δέ.

v. 418.

Κονίησιν, a κονία, ας, pulvis. Ἐν κονίησιν] ἐν τῇ γῇ κείμενοι.

Ὀδὰξ, *adv.* mordicus, dentibus. ab ὀδοὺς, όντος, ὁ, dens.

Λαζοίατο, prehendant. præſ. opt. *Jon.* pro λάζοιντο, v. λάζομαι, capio, prehendo, arripio, corripio.

v. 419.

Οὐδ' ἄρα πώ οἱ] οὐδέπω δὲ αὐτῷ.

Ἐπεκραίαινε, *per Epentheſin,* pro ἐπέκραινε, perfecit: annuit.

v. 420. *ſqq.*

Plene iterum ab Homero *ritus ſacrificandi* deſcribitur. Vid. *Iliad.* Α. 449. & *ſqq.*

Δέκτο, accepit. *Sync.* pro ἐδέχετο, *Jon.* κ pro χ. vel *Poët.* pro ἐδέδεκτο, plusq. perf. v. δέχομαι.

Ἱρὸς, ρὰ, ρὸν, *Jon.* pro ἱερὸς, ſacer. Ἱρὰ] ἱερεῖα, θυσίας.

Ἀμέγαρτον] Ut ἄφθονον de copia & abundantia dixere, ſic ἀμέγαρτον nunc πόνον *magnum* vel *ingentem*, ſimili origine & oratione appellavit. CAM. ex α priv. & μεγαίρω, invideo. ἀμέγαρτος ergo *propr.* ſignif. *invidia carens:* ut ἄφθονος.

Ὀφέλλω, *h. l.* augeo, cumulo.

v. 425.

Ἄφυλλος, ου, ὁ, ἡ, foliis carens. ex α priv. & φύλλον, folium.

v. 426.

Ἐμπείρω, infigo. ex ἐν & πείρω, figo.

Ὑπείρε-

Ὑπείρεχον, tenebant ſuper — *per Metatheſin*, tranſpoſito augmento, pro ὑπέρειχον, ab ὑπερέχω, teneo ſuper *aut* ſupra aliquid, ſupra aliquid attollo. Homerus tamen ſæpe uſus eſt ὑπεὶρ, pro ὑπὲρ, tum extra compoſitionem Ψ. 227. tum in compoſitione, ut ὑπείροχος, excellentior. Ζ. 209.

Ἥφαιςος, ου, ὁ, Vulcanus. *h. l.* ignis.

v. 433.

Μύθων ἦρχε, loqui incipiebat.

v. 435.

Δηθὰ, *adv.* diu. a δὴν, *idem.*

Αὖθι, *adv.* illic, ibi.

Λεγώμεθα] Ne tempus, *inquit*, verbis teramus, & differamus rem. Monet, cavendum, ne occaſio rei bene gerendæ prætermittatur, quam ſi amiſerint, futurum eſſe poſtea, ut fruſtra requirant. Itaque & Alexandrum interrogatum, qua maxime re Græcia fuiſſet potitus, reſpondiſſe ferunt: μηδὲν ἀναβαλλόμενον, i. e. celeritate, qua ipſa & Cæſarem maximas & admirabiles res confeciſſe legimus. Sic tamen habendum, ut, quemadmodum *Saluſtius* ait, *& conſulto & mature facto opus ſit.* CAM.

v. 436.

Ἀμβάλλομαι, *Poët.* pro ἀναβάλλομαι, differo, procraſtino, prorogo.

v. 438.

Κηρύσσοντες ἀγειρόντων, præconio congregent. ἀγειρόντων, *Attic.* pro ἀγειρέτωσαν.

v. 439.

Ἀθρόος, όα, όον, *contr.* ἄθρους, *quod minus frequens*, confertus, in unum collectus, coacervatus. 2.) univerſus, ſimul totus.

v. 440.

Ἴομεν, eamus. *per Jon. Syſtolen*, pro ἴωμεν, aor. 2. ſubj. v. εἶμι, vado, eo.

Θᾶσσον, *adv.* citius. a θάσσων, vel τῖων, ονος, ὁ, ἡ, celerior. *Comparat.* a ταχὺς, celer.

Ὀξὺν Ἄρηα, acrem Martem.

v. 443.

Κηρύσσω, *h. l.* præconio convoco.

v. 444.

Τοὶ δ' ἠγείρονλο μάλ' ὦκα] Hic congregatio Græcorum, ſplendor armorum, multitudo, & ad prælium inſtructio eleganter concinnis valde comparationibus exponuntur, ut nihil ad ornatum narrationis deſiderari poſſit. SPOND.

v. 445.

Οἱ δ' ἀμφ' Ἀτρείωνα] οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀτρέως παῖδα, Ἀγαμέμνονα.

v. 446.

Θύνω, cum impetu feror, propero, ruo. a θύω, *idem.*
Κρίνοντες, *ordines* diſcernentes.
Μετὰ δὲ] ἐν αὐτοῖς δὲ, inter eos vero.

Θῦνον κρίνοντες] Principes, *inquit*, una cum Imperatore diſcurſitabant, occupati in acie inſtruenda, interque illos *Minerva*, & bellicum & amicum Græcis numen, verſabatur, cujus *ægida*, Jovis quoddam ſcutum, breviter ἐκφράζει. CAM.

v. 447.

Αἰγὶς, ἴδος, ἡ, pellis caprina. *h. l.* munimentum pectoris, ægis. ab αἴξ, γὸς, capra.

Ἐρίτιμος, ου, ὁ, ἡ, valde pretioſus, pretioſiſſimus, valde honorandus. ex ἐρι, (particula *augmentat.* quæ eſt in compoſitione tantum,) & τιμὴ, honor, pretium. *ita* ἐριβώλαξ, valde gleboſus. *Il.* Α. *v.* 155.

Ἀγήραος, ου, ὁ, ἡ, ſenectutis expers: incorruptus. ex α priv. & γῆρας, τὸ, ſenectus. — Ἀγήραον] quæ nullo temporis ſpatio, aut injuria corrumpi poſſet. CAM.

Ἀθανάτην] ſimiliter vel ſempiternam, vel geſtamen Deorum immortalium, in qua extantes conſpicerentur centenæ oræ, quarum flexu & implicatione ſcuti ambitus contineretur. Eas aureas dicit fuiſſe, & ita pretioſas, ut ſingulæ centenis bobus æſtimari potuiſſent, atque ipſa quidem animalia dicit, non pecuniam. Pecunia enim & ſignatum æs ad uſum comparandi neceſſaria, quæ moneta & νόμισμα, non reperiuntur introducta a Poëta, qui & minimarum quidem rerum exquiſitas mentiones, & permutationem rerum diligenter deſcripſit. IDEM.

v. 448.

Τῆς, ex qua.

Θύσανοι.

Θύσανοι, οἱ, fimbriæ, ſeu nodi, aut villi, quales dependent a crumenis.

Παγχρύσεος, ου, ὁ, ἡ, totus aureus.

Ἠερέθομαι, & ἀερέθομαι, in aërem attollor. h. l. pendeo, ſuſpenſus ſum. ab ἀείρω, tollo.

v. 449.

Ἐϋπλεκὴς, Poët. pro εὐπλεκὴς, έος, ὁ, ἡ, bene plexus, eleganter contextus. ex εὖ & πλέκω, necto, plecto.

Ἑκατόμβοιος, ου, ὁ, ἡ, centum boum, ſeu ejus nominis nummorum pretio æſtimabilis. ex ἑκατὸν & βοῦς, bos. — *Moſchopulus* exponit, *multis nummis æſtimanda*, i. e. magno pretio. *Idem* addit, Atticos nummos *boves* fuiſſe dictos, quia bovis notam haberent. Teſtatur quoque *Plutarchus in Poplicola*, Vetuſtiſſimos nummos pecudum nota fuiſſe ſignatos: καὶ τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν. SCHERP.

v. 450.

Σὺν τῇ] σὺν ταύτῃ τῇ αἰγίδι.

Παιφάσσω, oculos circumfero. h. l. impetum facio, tumultuor. *quaſi* a παίω φάη, quatio, *ſeu* vibro oculos.

Διέσσυτο, transierat. plusq. perf. ind. Paſſ. *Poët.* pro διέσυτο, v. διασύομαι, pertranſeo, cum impetu tranſeo. ex διὰ & σύω, *vel* σεύω, concito.

v. 451.

Σθένος, εος, τὸ, robur, vis, potentia. a σθένω, valeo, poſſum.

v. 452.

Ἄληκτος, ου, ὁ, ἡ, indeſinens, qui nunquam ceſſat. ἀλήκτως, *adv.* indeſinenter. ex α priv. & λήγω, deſino.

v. 453.

Ἠὲ, h. l. quam.

v. 455.

Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον] Recte hic annotat *Domina Dacier*, Poëtam hoc in loco, interea dum tantus exercitus in ordinem collocatur, ſatis ſibi *ſpatii* habere, ut *quinque continuis Similitudinibus* neque lectorem obruat, neque ullam ei moleſtiam creet. Pulchre igitur & ſummo cum judicio, *Ignis* ſimilitudine, (quod & notavit *Euſtathius*,) *armorum* depingit *Fulgorem*, verſ. 455. *Anſerum Gruumve* huc

huc illuc gregatim *convolantium* motu, *militum* undique *convenientium* inceſſus, verſ. 459. *Foliorum* Florumque *multitudine*, militum *Numerum*, verſ. 468. *Muſcarum* circumvolitantium *murmure*, militum *ardorem* & *aviditatem pugnandi*, verſ. 469. *Paſtorumque* in gregibus ſuis *diſpertiendis* ſcientia, militum *exercitationem*, *ordinem*, ac *diſciplinam*, verſ. 474. CLARK. Breitingers Abhandlung von Gleichniſſen. Bl. 251. u. f.

Ἀίδηλον] Interpretantur vocabulum de eo, quod ignis conſumat materiam; nam δηλεῖν eſt *vaſtare* & *affligere*. *Flamma* igitur *vaſtatrix*, ſeu *infeſta*: ut σὺ δὲ κλείεις ἀϊδήλως. *Il.* Φ. *v.* 220.

Ἐπιφλέγω, incendo, inflammo, comburo. ex ἐπὶ & φλέγω, *idem*.

Ἄσπετος, ου, ὁ, ἡ, multus, immenſus. *propr.* ad cujus magnitudinem pervenire non poſſumus. ex α priv. & ἕσπομαι, ſequor.

Ὕλη, ης, ἡ, materia quæcunque, unde aliquid fit. 2.) *h. l.* ſilva.

v. 456.

Οὔρεος, εος, τὸ, *Jon.* pro ὄρος, mons.

Ἕκαθεν, *adv.* procul, eminus, longe, e longinquo. ab ἑκὰς, *idem*.

Αὐγὴ, ῆς, ἡ, ſplendor, lux.

v. 457.

Ἐρχομένων ἄπο] Ita de his progredientibus æris ſplendor emicabat; *vel* de horum armis eminebat quaſi jubar quoddam, ut ſit ἀπὸ χαλκοῦ. CAM.

Θεσπέσιον] ſignificat certe *admirabile* & *divinum* quiddam, forma, natura, magnitudine ſua. IDEM.

v. 458.

Αἴγλη, ης, ἡ, fulgor, ſplendor.

Παμφανάω, ῶ, totus luceo *vel* fulgeo, undique colluceo, undecunque appareo. ex πᾶς & φαίνω, luceo.

v. 459.

Ὄρνις, ιθος, ὁ, ἡ, avis, ales.

Πετεηνὸς, ἡ, ὸν, volatilis, volucris, volucer. a πέτομαι, volo, as. *pro* πετεινὸς: nam Poëtæ ει in duplex εε mutant, quorum unum in η vertunt.

v. 460.

Χὴν, χηνὸς, ὁ, ἡ, anſer.

Γέρανος, ου, ἡ, grus, *avis quædam.*

Κύκνος, ου, ὁ, cycnus, olor.

Δουλιχόδειρος, ου, ὁ, ἡ, longam cervicem, *ſive* longum collum habens. a δουλιχὸς, *Jon.* pro δολιχὸς, ἡ, ὸν, longus, & δειρὴ, ῆς, ἡ, collum, cervix. *Poët.* pro δέρη, ης.

v. 461.

Λειμὼν, ῶνος, ὁ, pratum, locus irriguus.

Ῥέεθρον, ου, τὸ, *Jon.* pro ῥεῖθρον, alveus. 2.) flumen, fluvius. fluor, fluentum. a ῥέω, fluo.

v. 462.

Ποτάομαι, ῶμαι, volo, as. a πέτομαι, *idem.*

Ἀγάλλομαι, exſulto.

Ἀγαλλόμεναι] *Ariſtarchus* ſcribi vult ἀγαλλόμενα, ut conveniat cum ἔθνεα. Sed omnes libri agnoſcunt ἀγαλλόμεναι, ſubintellige ὄρνιθες, & ita quoque citat *Plutarchus. Euſtathius* hac de re: Ἐχρῆν ὀρθῶς εἰπεῖν ἀγαλλόμενα, ἵνα λέγῃ, ἔθνεα πολλὰ ἀγαλλόμενα. εἴρηται δὲ ὅμως ἀττικῶς, καὶ οὐκ ἀπεδόθη πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ, ἔθνεα, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον, ὅπερ ἐστὶν αἱ ἀγέλαι, ἢ μάλιστα αἱ ὄρνιθες· ταυτὸν γὰρ ἐνταῦθα, ἔθνεα ὀρνίθων, καὶ ὄρνιθας εἰπεῖν· (*h. e.* oportebat recte dicere Ἀγαλλόμενα, *Exultantia*, ita ut ſenſus eſſet, Ἔθνεα πολλὰ ἀγαλλόμενα, *Agmina multa exultantia.* Dictum tamen Attice, neque id relatum ad vocem eam Ἔθνεα, *Agmina*; ſed ad rem ſignificatam, quæ eſt Αἱ ἀγέλαι, *gregariæ turmæ*, vel maxime Αἱ ὄρνιθες, *Aves*; idem enim eſt dicere *Avium agmina*, atque *Aves.*) SCHERP. Eſt hæc *Enallage generis* cum apud Sacros, tum apud Profanos Auctores admodum frequens. In libris Sacris exempla vide Matth. XXVIII. 19. Act. XV. 17. Apoc. XVII. 16. &c. & conf. in *h. l.* WOLF. RAPH. KYPKE. PALAIR. aliosque.

v. 463.

Κλαγγηδὸν, *adv.* cum clangore. a κλαγγὴ, ῆς, ἡ, clangor.

Προκαθίζω, & ομαι, ante confideo. προκαθιζόντων, aliorum ante alios confidentium.

v. 464.

Ὣς τῶν — Sic horum —

Νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων] Recte hic reprehendit *Popius Scaligerum*,

ligerum, qui in hac ſimilitudine Homero id vitio verterat, quod exercitum, in ordinem collocatum, cum avibus huc illuc nullo ordine circumvolitantibus minus apte comparaſſet. At enim milites, in ordinem collocatos, alia jam deinceps ſimilitudine verſ. 474 - 476. deſcribit. Hoc certe in loco milites adhuc incompoſitos, e navibus tentoriisque effuſos, atque accurrentes depingit. CLARK.

v. 465.

Πεδίον, ου, τὸ, campus, planities. a πέδον, ου, τὸ, ſolum, terra, humus.

Προχέω, profundo, effundo.

v. 466.

Κοναβίζω, reſono. a κόναβος, ου, ſonitus, ſtrepitus.

v. 465. 466.

De *præpoſitionibus* illud in genere notandum, illas a Scriptoribus Jonicis & Poëtis longe a caſu, quem regunt, moveri. Ita *h. l.* ποδῶν Caſum ſuum debet longe præcedenti Præpoſitioni ὑπό. HOOGEV. *ad* VIGER. *Idiot. Cap. IX. Sect. I.* (*N.* 58.)

v. 467.

Ἀνθεμόεις, όεσσα, όεν, floridus, vernans. ab ἄνθεμον, ου, τὸ, flos. quod ab ἄνθος, εος, τὸ, *idem.*

v. 468.

Μυρίοι] innumerabiles.

Γίγνονται, naſcuntur.

Ὥρῃ] *verno tempore* κατ' ἐξοχὴν, quo omnia virere & florere ſolent, quod mox totum poſuit ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ. CAM. ab ὥρα, ας, *Jon.* ὥρη, ης, ἡ.

v. 469.

Μυῖα, ας, ἡ, muſca. μυιάων, pro μυιῶν, *Dor.*

v. 470.

Σταθμὸς, οῦ, ὁ, ſtabulum, caula. ab ἵστημι, ſtatuo.

Ποιμνήιος, ια, ιον, ad ovium gregem pertinens: paſtoralis. a ποίμνη, ης, ἡ, grex ovium: ovile.

Ἠλάσκουσιν] volitant, *aut* colliguntur. CAM. ἠλάσκω, vagor, errabundus circumeo.

v. 471.

Γλάγος, εος, τὸ, lac: lacteus liquor; a γάλα, *idem.*

Ἄγγος, εος, τὸ, vas *quodlibet*, ut, dolium, urna, &c.

Δεύω,

Δεύω, madefacio, imbuo: rigo.

v. 472.

Τόσσοι] τοσῦτοι, tot.

Ἐπὶ, *cum Dat.* in, contra.

v. 473.

Διαῤῥαίω, vaſto, perdo, deſtruo. ex διὰ & ῥαίω, *idem.*

Διαῤῥαῖσαι μεμαῶτες] *diſperdere illos cupientes.* CAM.

v. 474.

Αἰπόλιον, ου, τὸ, grex caprarum. ab αἰπόλος, ου, ὁ, caprarius, paſtor caprarum. quod ex αἶξ, capra, & πολέω, verſor.

Πλατὺς, εῖα, ὺ, latus: amplus, ſpatioſus; magnus.

v. 475.

Ῥεῖα, *adv.* facile. *Poët.* pro ῥέα.

Διακρινέωσιν, diſtinguunt. *Poët.* pro διακρίνωσι. v. διακρίνω, diſcerno, ſeçerno.

Νομὸς, ῦ, ὁ, paſcuum, pabulum. a νέμω, paſco.

Μιγέωσιν, commixti ſunt. aor. 2. ſubj. Paſſ. pro μιγῶσι, v. μίγνυμι, ύω, miſceo, permiſceo, commiſceo.

v. 478.

Ἴκελος, η, ον, ſimilis. pro εἴκελος. ab εἴκω, ſimilis ſum.

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν' *ſubint.* κατὰ ὄμμ. καὶ κεφ. oculis & capite. ita in *ſeq. verſu.*

v. 479.

Ζώνη, ης, ἡ, zona, baltheus, cingulum. a ζωννύω, cingo.

Στέρνον, ου, τὸ, pectus.

v. 478. 479.

Comparat Poëta Agamemnonem cum *Jove* oculis & capite, ad oſtendendam auctoritatem, prudentiam, & excellentiam; cum *Marte* zona & baltheo, ratione armaturæ; cum *Neptuno* lato pectore, quod eſt honoris & venerationis.

v. 480.

Ἠΰτε βοῦς] Ineptiunt plane, qui Poëtæ hic illud vitio vertunt, quod, ordine minus apto, humiliter ac demiſſe Agamemnonem, poſtquam *Jovi* ac *Marti* & *Neptuno* contuliſſet, cum *Bove* deinceps ſtatim comparet. Etenim priori ſimilitudine *Virum* ipſum depingit, *conſilio* & *virtute* eximium: Poſteriori, *actionem* ſolummodo atque

eminentiam praeuntis exercitui *Ductoris.* CLARK. add. RICCII *Diſſ. Hom. XXXIX.*

Ἀγέλη, ης, ἡ, armentum, grex, *propr.* boum. hinc ἀγέληφι, in armento. Nam φι & φιν eſt ſyllaba, quam Poëtæ addunt interdum Dativis caſibus. ab ἄγω, duco.

Ἔπλετο] ἐγένετο, eſt.

v. 481.

Μεταπρέπω, decorus ſum, præ aliis excello. *cum Dat.* ex μετὰ & πρέπω, decorus *ſeu* conſpicuus ſum: excello.

Ἀγρομένῃσι] ἀγειρομέναις.

v. 483.

Ἐκπρεπὴς, έος, ὁ, ἡ, decorus & inſignis inter alios, eximius, elegans. Ἐν *h. l.* inter.

v. 484.

Ἔσπω, *Poët.* pro εἴπω, dico.

v. 485.

Ἴστε, ſcitis. præſ. ind. Act. *per Syncop.* pro ἴσατε, v. ἵσημι, ſcio.

v. 486.

Κλέος οἶον] *Sola ad nos fama pervenit.* CAM.

v. 488.

Ὀνομήνω, *Att.* pro ὀνομαίνω, nomino, nominatim recenſeo. ab ὄνομα, nomen. *Vel* regulariter aor. 1. ſubj.

v. 490.

Ἄῤῥηκτος, ου, ὁ, ἡ, non fractus: frangi neſcius. ex α priv. & ῥήσσω, frango.

Χάλκεος, έη, εον, æreus, æneus, aheneus. a χαλκὸς, æs.

v. 491.

Ὀλυμπιάδες, dictæ ſunt *Muſæ*, vel tanquam filiæ Jovis *Olympii*, vel tanquam *Olympias* (cœleſtes) domos inhabitantes. ab Ὄλυμπος, ου, Olympus.

v. 492.

Μνησαίαθ', pro μνησαίατο, idque *Jon.* pro μνήσαιντο, commemorent. 3. plur. aor. 1. opt. Med. v. μνάομαι, ῶμαι, memoro, commemoro, dico.

v. 493.

Ἐρέω, dicam: recenſebo.

Sequitur nunc Copiarum naviumque Græcarum Κατάλογος, quem qui contemnunt, aut faſtidiunt, inſcitiam ſuam

ſuam palam faciunt, pravumque judicium. Non enim ſterilis quædam atque inſulſa recenſio eſt, qualem plerique exiſtimant, ſed pleniſſimus antiquarum hiſtoriarum, & *γενεαλογιῶν* theſaurus; quarum cognitio ad plura, quæ ſequuntur, intelligenda neceſſario requiritur. Quare Homerus Muſam initio invocat, ut oſtendat, res plane magni momenti ſe ibi ſuſcipere narrandas. Sane *Moſes* ad eundem modum in *Numerorum* libro familias & tribus diſcrevit. Duodecim volumina *Apollodorus*, tria vero & viginti *Monogenes* in hunc Κατάλογον ſcripſiſſe dicuntur, quæ culpa temporum interciderunt. Satis tamen eſt, ad ejus pretium æſtimandum ſupereſſe *Strabonem*, qui paſſim ſuis in libris hunc Κατάλογον citans oſtendit, ſe non minus bonum Geographum, quam Poëtam Homerum præſtitiſſe. Cavete igitur, ne hanc recenſionem parvi pendatis, adoleſcentes. RICC. *Diſſ. Hom. XX.*

Ad bellicum apparatum inter alia etiam pertinent *naves*. Iis enim Græci ad Trojam expugnandam profecti, numero MCLXXXVI. ut liquet ex hoc Catalogo, etſi *Thucydides Lib. I.* MCC. enumeret. FEITH. *Lib. IV. Cap. XII. §. I.*

v. 494.

Ἄρχω, *cum Genit.* impero, dominor *cui.*

v. 496.

Νέμομαι, poſſideo, habeo, colo.

Πετρήεις, ήεσσα, ῆεν, ſaxoſus, petroſus, lapidoſus. a πέτρος, ου, *Jon.* πέτρη, ης, ἡ, lapis, ſaxum.

v. 497.

Πολύκνημος, ου, ὁ, ἡ, multos ſaltus *ſive* colles habens, ſaltuoſus. ex πολὺς & κνημὸς, οῦ, ὁ, pars montis, quæ a pede ipſius aſcendit. 2.) locus ſaltuoſus.

v. 498.

Εὐρύχορος, ου, ὁ, ἡ, amplus, ſpatioſus. *ubi in penultima* ο *pro* ω. ex εὐρὺς & χῶρος, ου, ὁ, locus, ſedes, ſpatium.

v. 501.

Ἐυκτίζω, bene ædifico. in partic. præt. Paſſ. ἐυκτισμένος, ſed σ abjicitur *Poëtice.* ab εὖ, bene, & κτίζω, condo.

v. 502.

Πολυτρήρων, ωνος, ὁ, ἡ, columbis abundans. ex πολὺς & τρήρων,

τρήρων, ωνος, ἡ, columba. quod a τρέω, ῶ. tremo, timeo: *eſt enim timida avis.*

v. 503.

Ποιήεις, ήεσσα, ῆεν, herboſus, herbis conſitus. a ποία, ας, *Jon.* ποίη, ης, ἡ, herba.

v. 506.

Ποσιδήϊον, ου, τὸ, Neptuni templum. ab Ποσειδῶν, vel Ποσιδῶν, Neptunus.

Ἄλσος, εος, τὸ, lucus, nemus, ſaltus: Πᾶς τόπος σύνδενδρος, ὕδωρ ἔχων, καὶ θεοῖς ἀφιερωμένος, ἄλσος καλεῖται. *Schol.* Vid. BAN. Götterlehre ꝛc. III. B. VII. C. von Haynen.

v. 507.

Πολυστάφυλος, ου, ὁ, ἡ, uvis abundans. ex πολὺς & σταφυλὴ, ῆς, ἡ, uva.

v. 508.

Ἐσχατόωσα, pro ἐσχατόεσσα, ſecundum *Euſtath.* ab ἐσχατόεις, extremus, ultimus, poſtremus. ab ἔσχατος, *idem.* hinc verbum ἐσχατάω, *Poët.* ſum extremus. niſi ſit partic. ab ἐσχατόων, pro άων. Ἐσχατόωσαν] τὴν ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῆς Βοιωτίας κειμένην. *Schol.*

v. 510.

Κοῦρος, *Poët.* pro κόρος, ου, ὁ, puer, juvenis.

v. 513.

Δόμος, ου, ὁ, domus. a δέμω, ædifico.

v. 514.

Αἰδοῖος, οία, οῖον, venerabilis, venerandus. *h. l.* verecundus. ab αἰδὼς, όος, *contr.* οῦς, ἡ, pudor, verecundia.

Ὑπερώϊον, ου, τὸ, ſumma ædium pars, cænaculum. ex ὑπὲρ & ὠὸν, ου, τὸ, ovulum. FEITH. *Lib. III. Cap. XI. §. VII. Superior domus pars* ὑπερῷον *cœnaculum* dicitur Homero, *Euſtathius*, Τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων ὤα καλοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι· ὅθεν ὑπερῷον τὸ οἷον ὑπερεῖν, ὑπερύψηλον. *Editiora ædium loca (tabulata) Lacedæmonii* ὤα *vocant: unde* ὑπερῷον *idem eſt ac ſi diceres*, ὑπερύψηλον, i. e. *alte faſtigiatum.* Unde *Clearchus* apud *Athenæum Lib. II.* ait: Helenam ἐν τοιούτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς, ὡς ἐξ ὠοῦ εἴη γεγεννημένη· *quoniam in ejusmodi cœnaculis educata fuiſſet, multos ex ovo genitam exiſtimaviſſe.* Homerus utique paſſim

paſſim ibi collocat mulieres. Illic cum Marte concubuit Aſtyoche. — Ita locus etiam iſte vocatur, ubi Apoſtoli congregati erant tempore Pentecoſtes. Act. I. 13. Vide in *h. l.* WOLF. BOS. &c.

Ἐισαναβαίνω, conſcendo, aſcendo.

v. 515.

Παραλέγομαι, cubo ad latus alicujus, juxta quempiam cubo, concumbo.

Λάθρη, *Jon.* pro λάθρα, clam, clanculum, latenter. a λήθω, λανθάνω, lateo.

v. 521.

Ἀμφινέμομαι, circum habito, incolo, habito.

v. 522.

Ποταμὸς, ȣ̃, ὁ, fluvius, flumen, amnis.

Δῖον] θαυμαστόν.

v. 523.

Πηγὴ, ῆς, ἡ, fons, ſcatebra, *ſeu* aqua ſaliens. Ἔπι, ad.

v. 524.

Μέλαιναι νῆες] Vid. ad *v.* 644.

v. 525.

Στίξ, χὸς, ἡ, ordo: agmen. στίχες, ordines. a στείχω, ordine eo.

Ἔστασαν, conſtituerant. *per Sync.* pro ἑστήκεισαν, vel ἑστάκεισαν, plusq. perf. Act. *vel* imperf. Act. pro ἵστασαν, ab ἵστημι, pro ἵστημι, ſtatuo, erigo: colloco, ſiſto.

Ἀμφιέπω, circum quidpiam verſor, circumeo: curo. ex ἀμφὶ & ἕπω, tracto, ago.

v. 526.

Ἔμπλην, *adv.* prope. ab ἐμπλάζω, adpropinquo, pro πελάζω, *idem.* quod a πέλας, *adv.* prope.

Ἀριστερὸς, ρὰ, ρὸν, ſiniſter. ἐπ' ἀριστερὰ, *ſcil.* μέρη, ad ſiniſtram: (ad lævas partes.)

v. 527.

Ἡγεμονεύω, *cum Genit.* præeo, ſum dux, rego. ab ἡγεμὼν, dux, præſes.

v. 528.

Μείων, ονος, ὁ, ἡ, minor. *Comparat. irregul.* a μικρὸς, parvus.

v. 529.

v. 529.

Λινοθώρηξ, ηκος, *Jon.* pro λινοθώραξ, ακος, ὁ, lineum thoracem habens, lineo thorace indutus. ex λίνον, ȣ, τὸ, linum, & θώραξ, thorax, pectus: lorica.

Thoraces ex diverſa materia conficiebantur; alii ex *lino* aut *cannabi* in funiculos contortis ac compactis; idcirco memorantur thoraces *bilices* & *trilices*, a numero liciorum juxta ſe poſitorum. His utebantur in venatione, quia leones aliæque feræ illos dentibus transfigere non valebant, quippe qui funibus inhærebant; ſed in præliis raro geſtabantur, ſicut monet *Pauſanias in Atticis.* Attamen non deſunt exempla hujus rei: Ajax enim, filius Oilei, *h. l.* inſignitur epithetho λινοθώρηξ. Similiter Alexander apud *Plutarchum* dicitur geſtaſſe θώρηκα λινȣ̃ν διπλȣ̃ν, *thoracem lineum duplicem:* & Iphicrates milites juſſit, ut gravibus & inhabilibus thoracibus ferreis depoſitis, armaturam cannabinam accingerent, prout *Corn. Nepos* nos docet in *vita illius Imperatoris.* POTT. *Tom. II. p.* 26. add. FEITH. *Lib. IV. Cap. VIII.* §. *II.*

v. 530.

Ἐγχείῃ, ης, *Jon.* ειη, ης, ἡ, haſta, lancea. *h. l.* peritia haſta certandi. ab ἔγχος, εος, τὸ, *idem.*

Κάζω, orno, exorno, inſtruo. Verbum Poëticum, & uſurpatur tantum in præt. Paſſ. & partic. Ἐκέκαστο, plusq. perf. Paſſ. *eximius erat* inter —

Πανέλληνες, ων, οἱ, omnes Græci. ex πᾶν & Ἕλλην, Græcus.

v. 532.

Ἐρατεινὸς, ἡ, ὸν, amabilis, amœnus. ab ἔραμαι, amo.

v. 535.

Πέρην, trans, ultra. *Jon.* pro πέραν.

v. 536.

Μένεα πνείοντες Ἄβαντες] *robora ſpirantes Abantes.* θυμȣ̃ καὶ δυνάμεως πνείοντες, τȣτέστι, γέμοντες. id homo *ſpirare* dicitur, quo is vehementiori concitatus adfectu, *plenus* eſt, & veluti *turget.* Conf. Act. IX. 1. Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνȣ. *Saulus vero minas cædemque adhuc ſpirans* ſeu *anhelans.* & in *h. l.* WOLF. RAPH. KYPKE. &c.

v. 538.

Ἔφαλος, ȣ, ὁ, ἡ, ad mare ſitus, maritimus. ex ἐπὶ & ἅλς, mare.

Ἀντυὺς

Ἀιπὺς, εῖα, ὺ, altus, excelſus, in alto poſitus.

v. 539.

Ναιετάω, ῶ, habito, incolo. a ναίω, *idem.* ναιετάασκον, pro ναιέτασκον. Poëtæ enim in verbis in άω, ſi contractio fit in α, aliud α contractioni præponunt: ναιέτασκον vero pro ναιετάεσκον, quod pro ἐναιέταον.

v. 540.

Ὄζος Ἄρηος] ἀπόγονος Ἄρεος, πολεμικός· homo bellicoſus, *quaſi* filius Martis, ramus a Martis ſtirpe prognatus.

v. 542.

Κομάω, ῶ, comatus ſum, comam alo. a κόμη, coma. Græci *in certam formam comas præcidebant.* Abantes, Eubœæ populi, *h. l.* dicuntur ὄπιθεν κομόωντες, *occiput comantes*, quia anteriora capillorum reſecabant. FEITH. *Lib. III. Cap. X.* §. *V.*

v. 543.

Ὀρεκτὸς, ὴ, ὸν, porrectus in longum. ab ὀρέγομαι, porrigo.

Μελία, ας, *Jon.* ίη, ης, ἡ, fraxinus: *arbor.* 2.) *h. l.* fraxinea haſta.

v. 544.

Ῥήσσω, frango, rumpo.

Δήϊος, ία, ιον, *h. l. Subſtantive*, hoſtis.

v. 542 — 544.

Haſtarum duo *genera* exſtant, ut *Strabo* probe notavit, *Lib. X. priori*, quæ dicebatur δόρυ ὀρεκτὸν, cominus pugnabant, cujus moderandæ ac torquendæ peritia Abantum celebratur *h. l.* ubi notanda eſt ſignificatio verbi ὀρέξασθαι, quod (ut *Scholiaſtes* animadvertit) ad arma, quibus ex propinquo decertabant, refertur; e contra πάλλειν de miſſilibus potius dicitur, quæ efferuntur generalioribus nominibus παλτὰ & βέλη, *poſterius* haſtarum genus complectentibus. POTT. *Tom. II. p.* 32. add. FEITH. IV: IX.

v. 547.

Δῆμος hoc in loco idem fere eſt, quod latine *Civitas.* CLARK.

Μεγαλήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, magnanimus, magni cordis. ex μέγας, & ἦτορ, τὸ, cor, animus.

Πολὲ,

Ποτὲ, *adv.* olim, aliquando.

V. 548.

Ζείδωρος, ου, ὁ, ἡ, fertilis, almus. Epitheton *Terræ*, ſic dictæ, quaſi δωρουμένη τὸ ζῆν, *verſo η in ει*, quod vitam & ad vitam neceſſaria donet mortalibus. a ζῆν & δῶρον.

Ἄρουρα, ας, *Jon.* ούρη, ης, ἡ, arvum, arata terra, ager. *General.* terra, tellus. ab ἀρόω, ῶ, aro.

V. 549.

Κάθ — εισεν pro καθεῖσεν, collocavit. ex κατὰ & εἶσα, aor. 1. ind. v. ἕω, colloco, ſtatuo. Ἀθήνῃσι, *pro* Ἀθήναις, Athenis.

Ἑῷ ἐνὶ] ἐν τῷ ἰδίῳ.

Πίονι] ἀντὶ τοῦ, πλουσίῳ, καὶ εὐδαίμονι. Νηῷ] ναῷ.

V. 550.

Ἐνθάδε μιν — ἱλάονται] Αὐτὸν, τὸν Ἐρεχθέα. *Schol.* Quod eſt mirum valde. *Euſtathius*, τὴν Ἀθηνᾶν ἱλάσκονται. Cæterum Alii hic, pro ἐνθάδε, legunt ἔνθα δὲ. CLARK.

Ἀρνειὸς, οῦ, ὁ, agnus adultus.

V. 551.

Κοῦροι Ἀθηναίων] οἱ Ἀθηναῖοι, περιφραστικῶς.

Περιτέλλομαι, circumvolvendo *ſeu* circumvertendo perficio orbem: unde *anni* περιτελλόμενοι, i. e. *exacti.*

Non vita functis Heroibus recentis poſt mortem funeris honorem tantummodo tribuebant, ſed cultum ac ſacrificia veluti Diis identidem iterabant. Certe Homerus *h. l.* memorat, Athenienſes ſolitos Erechtheum tauris & agnis in Minervæ templo ſingulis annis placare. Cujusmodi anniverſaria ſacra exhibet apud *Virgilium* Æneas Anchiſæ parenti cæſis victimis, libamentis fuſis, adeoque ludis ſolenni pompa celebratis. *Lib. V.* RICC. *Diſſ. Hom. XXXVI.* adde FEITH. *Lib. I. Cap. XII.* §. *I.*

V. 552.

Πετεῶο] Factum eſt a Πετεῶ, per προσχηματισμὸν poeticum litteræ ο: Eſt autem Πετεῶ Attica declinatio, ut ἀνδρόγεω, λεῶ. CAM.

V. 554.

Κοσμῆσαι] inſtruere. (*in inſtruendis equis &c.*)

Ἀσπιδιώτης, ου, ὁ, ſcutatus, clypeum gerens. ab ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus, ſcutum.

V. 555.

v. 555.

Προγενέστερος, έρα, ερον, ante natus, major natu, ſenior, antiquior. *Comparat.* a προγενὴς, prior natu: quod a προγίγνομαι, *vel* γίνομαι, ſum ante, antecedo.

v. 558.

Ἴνα, *h. l. adv. loci*, ubi.

Φάλαγξ, γγος, ἡ, acies, *propr.* Macedonum, continens octo circiter millia peditum armatorum. Dicitur etiam de quavis acie. Vid. POTT. *Tom. II. p.* 48.

Στῆσε δ' ἄγων, *adductasque ſtatuit ibi.* Non enim obſtat, quod verbum ἄγεν (*adduxit*) præcedenti verſu præmittatur. HOOGEV. *ad* VIG. *Idiot. Cap. VI. Sect. II. Reg. V.* (*N.* 57.)

v. 557. 558.

Cum Athenis incolarum numerus augeretur, Cliſthenes conſulto Apollinis oraculo (ut in ſingulis alicujus momenti rebus fieri ſolebat,) numerum Tribuum mutavit, & quatuor prioribus decem alias ſuperaddidit, iisque nova nomina indidit, a certis quibusdam priſcis Heroibus deſumta, qui omnes, excepto Telamonis filio Ajace, in Attica nati erant; Ajaci enim inter reliquos, utpote vicino, amico, & in bellis ſocio, locum adſcripſit, juxta *Herodotum* & *Pollucem*; quippe Ajax (ut *h. l.* refert *Hom.*) ſuas copias cum Meneſthei, Athenienſium ducis, copiis junxerat. Quin & *Plutarchus* narrat, cum inter Athenienſes & Megarenſes de Salamine lis exorta eſſet, cumque Spartanos ad eam litem dirimendam advocaſſent, hæc ex *Homero* carmina Solonem citaviſſe, atque adeo, quoniam hæc ad jus ipſorum in illam inſulam confirmandam multum conferrent, magno ipſos beneficio ſibi devinxiſſe. POTT. *Tom. I. p.* 48. add. CLERICI *Art. Crit. P. III. S. I. C. XV.* §. 3.

v. 559.

Τειχιόεις, όεσσα, όεν, muratus, muris bene cinctus, muris circumdatus. a τεῖχος, εος, τὸ, murus. τειχίον, parvus murus.

v. 560.

Κατὰ.— ἐχούσας, pro κατεχούσας, occupantes, poſſidentes.

κόλπος, ου, ὁ, ſinus: θάλασσα ὑπὸ ἀκρωτηρίων περιεχομένη.

v. 561.

Ἀμπελόεις, όεσσα, όεν, vitifer, vitibus conſitus. ab ἄμπελος, ου, ἡ, vitis: vinea.

v. 564.

Ἀγακλειτὸς, ἡ, ὸν, valde celeber, præclarus, inclytus. ex ἄγαν, & κλειτὸς, ἡ, ὸν, inclytus, celebris.

v. 565.

Τρίτατος, άτη, ατον, tertius. *Superlat.* a τρίτος.

Ἰσόθεος, ου, ὁ, ἡ, Deo par, Deo æquiparandus. ex ἴσος, æqualis, par, & Θεὸς, Deus.

v. 568.

Ὀγδώκοντα, pro ὀγδοήκοντα, octoginta.

v. 570.

Ἀφνειὸς, οῦ, ὁ, ἡ, dives, opulentus. ab ἄφενος, ου, ὁ, *vel* ἄφενος, εος, τὸ, divitiæ, opes.

v. 573.

Αἰπεινὸς, ἡ, ὸν, excelſus, in edito loco poſitus. ab αἰπὺς, altus.

v. 578.

Νώροψ, οπος, ὁ, ἡ, tam ſplendidus, ut perſtringat aciem oculorum. a particula negativa νὴ, *ſeu* νω, & ὄψις, ἡ, viſus: quod ab ὄπτομαι. Νώροπα χαλκὸν, ſplendidum æs, *i. e.* arma terſa & nitida. Plurimum terroris hoſtibus armorum ſplendor importat. Ἐν — ἐδύσατο, induit.

v. 579.

Κυδιόων] *ſuperbiens, hoc ſe magnifice efferens.* CAM. a κυδιάω, ῶ, glorior, glorioſe me effero & jactito. a κῦδος, τὸ, gloria.

v. 581.

Κοίλην] τὴν ὑπὸ ὀρῶν περιεχομένην· montibus clauſam.

Κητώεις, ώεσσα, ῶεν. Κητώεσσα, *Lacedæmonis* epitheton, ob magnitudinem. a κῆτος, εος, *contr.* ους, cetus, bellua marina, balæna. *Schol.* κητώεσσαν] μεγάλην· Παρὰ τὸ κῆτος, ὅπερ δοκεῖ πάντων μεῖζον εἶναι τῶν ἐνύδρων ζώων. Τινὲς δὲ γράφουσι, καιετάεσσαν ἵν' ᾖ, τὴν καλαμινθώδη. καλὰ γὰρ αὐτοῖς ἡ καλαμίνθη ἐστὶ πολλὴ ἐν Σπάρτῃ.

v. 587.

Ἀπάτερθε, & θεν, *adv.* procul, ſeorſum. ex ἀπὸ & ἄτερ, ſine.

v. 588.

Ἐν, inter *eos.*

Ἧισι προθυμίῃσι πεποιθὼς, ſua animoſa virtute fretus.

προθυμία, ας, ἡ, animi alacritas *vel* præſentia; promtitudo.

v. 589.

Ἵεμαι, cupio, deſidero.

Μάλιςα δὲ ἵετο θυμῷ]. Ipſe enim *Sui*, ceteri *Ipſius* cauſa bellum inferebant. CLARK.

v. 590.

Ἑλένης ὁρμήματα] Vide ſupra ad *v.* 356.

v. 592.

Πόρος, ου, ὁ, tranſitus: vadum. a perf. Med. v. πείρω, tranſeo.

Ἐΰκτιτος, ου, ὁ, ἡ, *pro* ἔυκτιτος, bene exſtructus, eleganter ædificatus *ſeu* conditus. ex εὖ & κτίζω, condo.

v. 595.

Ἄντω, & ἄντομαι, occurro, obvius fio. ab ἀντὶ, *vel* ἄντα.

Παῦσαν, *pro* ἔπαυσαν, ſpoliarunt, privarunt.

(ἐξ) Ἀοιδῆς, cantu. ἀοιδὴ, ῆς, ἡ, cantus. ab ἀείδω, cano.

v. 596.

Οἰχαλίηθεν] ἀπὸ τῆς Οἰχαλίας.

v. 597.

Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος] Στεῦτο volunt apud Poëtam habere ſignificationem *aſſeverationis*, vel potius *jactantiæ:* ideòque notant illud *Od.* Λ. 583.

Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.

Illos enim verſus de Tantalo decem, ut adulterinós, confixit *Ariſtarchus*, atque illud ςεῦτο inculcatorem feciſſe ajunt contra Homericum uſum. Etſi profecto origo recte duci a verbo videtur, quod *ſtare* ſignificet. Neque ita accipere hoc etiam loco abſurdum. Στεῦτο enim, inquit, εὐχόμενος νικησέμεν· *Aſtabat jactitans, ſe ipſas Muſas cantando poſſe vincere, ſi certare vellent.* CAM. Eſt autem ςεῦτο *pro* ἐςεύετο.

Νικησέμεν, *Jon.* pro νικήσειν, v. νικάω, ῶ, vinco, ſupero.

v: 599.

Πηρὸν θέσαν] Uſitata Græcis figura. *Fecere illum cæcum.*

Πηρὸς autem *læſus* dicitur quacunque corporis parte. Sed κατ' ἐξοχὴν ſignificatur maxime nobilis membri, id eſt, *oculorum*, læſio. CAM.

v. 600.

Ἐκλέλαθον] Dixit activa ſignificatione: *oblivionem illi objecere artis fidicinæ.* Eſt autem ab aoriſto verbum factum cum reduplicatione, λανθάνω, ἔλαθον, λελάθω, *oblivionem induco*, aut *memoriam extinguo.* IDEM.

Κιθαριςὺς, ύος, ἡ, ars pulſandi citharam, ars canendi cithara. a κιθαρίζω, cithara cano.

v. 601.

Ἱππότα Νέςωρ] Et *v.* 628. Ἱππότα Φυλεύς. Vide ſupra ad Α. 175.

v. 604.

Τύμβος, ου, ὁ, buſtum, ſepulcrum, tumulus, monumentum.

Ἀγχιμαχητὴς, οῦ, ὁ, cominus pugnans. 2.) in pugna ſtataria præſtans. ex ἄγχι, *adv.* prope, juxta, & μάχομαι, pugno.

v. 605.

Πολύμηλος, ου, ὁ, ἡ, multas oves habens, pecoribus abundans. ex πολὺς, & μῆλον, ου, τὸ, ovis, pecus.

v. 606.

Ἠνεμόεις, όεσσα, όεν, ventoſus, ventis expoſitus. ab ἤνεμος, *Poët.* pro ἄνεμος, ventus.

v. 609.

Πάϊς, ιδος, *Poët.* pro παῖς, παιδὸς, puer: filius.

v. 611.

Ἐπίςαμαι, ſcio, peritus ſum. ἐπιςάμενοι πολέμοιο, belli *ſeu* rei militaris periti.

v. 613.

Περάαν, ut transfretarent. præſ. infin. Act. *Jon.* pro περᾷν, v. περάω, ῶ, tranſeo: trajicio. a πέραν, ultra, trans.

v. 614.

Θαλάσσια ἔργα, opera marina.

Μεμήλει, curæ erant. plusqu. perf. Med. v. μέλει, curæ eſt. *vel* plusq. perf. Act. *per Sync.* pro μεμελήκει.

v. 616.

Ὅσσον ἐφ'] ἐφ' ὅσον, quantum *agri.*

v. 617.

Πέτρη, *Jon.* pro πέτρα, petra, lapis, ſaxum.

Ἐέργω, *idem quod* εἴργω, includo. *item* contineo.

v. 623.

v. 623.

Θεοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, Deo ſimilis, Dei formam habens: ex Θεὸς, & εἶδος, ſpecies, forma.

v. 626.

Ναίουσι, ſitæ ſunt, a ναίω, habito, incolo.

Ἄντα, *adv.* e regione, coram. ab ἀντί.

v. 629.

Ἀπονάω, ῶ, commigro, ad habitandum me confero: ex ἀπὸ & νάω, *pro* ναίω, habito.

v. 632.

Ἐινοσίφυλλος. ου, ὁ, ἡ, in quo folia agitantur, *i. e.* frondoſus, *Virg.* nemoroſus. ab ἔινοσις *pro* ἔνοσις, ἡ, motus: quod ab ἐνόθω, agito, & φύλλον, folium.

v. 633.

Τρηχὺς, εῖα, ὺ, *Jon.* pro τραχὺς, aſper, ſcaber.

v. 635.

Ἀντιπέραιος, αία, αιον, ex adverſo *ſeu* e regione ſitus. ἀντιπέραια, loca ex adverſo ſita. ex ἀντὶ & πέραν, trans, ultra. *hinc adv.* ἀντιπέραν, e regione, ex adverſo.

v. 637.

Μιλτοπάρηος, ου, ὁ, ἡ, genas minio infectas habens. *Dor.* pro μιλτοπάρειος. Νῆες μιλτοπάρηοι, naves, quarum proræ minio *ſeu* rubrica ſunt infectæ, naves rubro pictæ. ex μίλτος, ου, ἡ, herba quædam rubri coloris, minium, & παρηὰ, pro παρειὰ, ᾶς, ἡ, gena; prora navium; quia enim prora faciei humanæ vulgo aſſimilatur, inde ſequi videtur, ejus latera dicta fuiſſe *genas.*

Solebant *naves pingi* ac *illuſtrari variis coloribus*: unde eas ſubinde Homerus vocat μιλτοπαρήους, φοινικοπαρήους, *miniatis ac punicatis velati genis.* Ita *Virgilius* quoque *Æneid. VIII. v.* 93. *pictas carinas* celebrat; ubi *Servius*: *Homerus meminit, quod naves pingebantur rubrica.* Morem hunc pervetuſtum tradit *Herodotus in Thalia*: Τὸ δὲ παλαιὸν ἅπασαι αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλεφέες· *Antiquitus autem naves omnes erant rubrica delibutæ.* Poſterioribus quoque ſeculis paſſim naves pictæ. FEITH. *Lib. IV. Cap. XII.* §. *IV.* add. POTTER. *Tom. II. p.* 105.

v. 640.

Ἀγχίαλος, ου, ὁ, ἡ, mari vicinus, maritimus, littoralis, ex ἄγχι, & ἅλς, mare.

v. 642.

Θάνε, mortuus erat. *Jon.* pro ἔθανε. v. θνήσκω, morior. Ξανθὸς Μελέαγρος. Vid. *Il.* A. *v.* 197.

v. 643.

Τῷ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο] τούτῳ δὲ πάντα ἐπετέταλτο. huic igitur ſumma rerum erat commiſſa. ἐπετέταλτο, plusq. perf. Paſſ. v. ἐπιτέλλω, faciendum injungo, jubeo, mando.

Ἀνασσέμεν, ut imperaret. *Jon.* pro ἀνάσσειν.

v. 644.

Μέλαιναι νῆες, nigræ naves.

Totum navis ædificium finitum pice oblinebatur, ad lignum ab aquis ſervandum; unde apud Hom. *naves* ſæpius dicuntur μέλαιναι, *nigræ.* Phæaciæ, poſtea Corſicæ dictæ, incolæ primi pice uſi ſunt, juxta *Suidam* voce Ναυτικά. Non raro in eundem uſum adhibebatur cera. Quandoque miſcebatur reſina, aut alia ſimili huic uſui idonea; unde navium pigmentum illarumque nomina inde petita apud Poëtas diverſa traduntur. POTT. *Tom. II. p.* 107.

v. 645.

Δουρικλυτὸς, οῦ, ὁ, haſta clarus, præclarus bellator. ex δόρυ, haſta, & κλυτὸς, inclytus.

v. 647.

Ἀργινόεις, όεσσα, όεν, albus, candidus, ſplendidus. ab ἀργὸς, albus.

v. 648.

Ναιεταώσας, habitatas; ſitas. acc. plur. fœm. pro ναιεταούσας, v. ναιετάω, ῶ, habito: incolo. *h. l. Paſſive*, habitor, incolor; ſitus ſum.

v. 649.

Ἑκατόμπολις, εως, ἡ, habens centum urbes. Inſulæ *Cretæ* epitheton. ex ἑκατὸν, & πόλις.

v. 651.

Ἐνυάλιος, ου, ὁ, Mars. *Adjective*, Martius, bellicoſus. ab Ἐνυὼ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Enyo, Bellona, *Dea belli*, *Martis ſoror.*

Ἀνδρειφόντης, ου, ὁ, homicida. ex ἀνὴρ & φένω, occido.

v. 653.

v. 653.

Ἠΰς, ἕος, ὁ, bonus. 2.) fortis. 3.) magnus. 4.) generoſus. Dicitur autem ἠΰς *Poët.* pro ἐΰς.

v. 654.

Ἀγέρωχος, ου, ὁ, ἡ, ſuperbus, ferox. protervus, inſolens. 2.) valde honoratus. Ἀγερώχων] νῦν αὐθαδῶν, ὑβριστῶν καὶ θρασέων. Δηλοῖ δὲ καὶ, τῶν λίαν ἐνδόξων. *Schol.*

v. 655.

Διάτριχα, *adv.* trifariam, tripliciter. ex διὰ & τρίχα, *idem.*

v. 658.

Et infra *v.* 666. Βίη Ἡρακληείη] Simili plane loquendi ratione, ac in linguis recentioribus, *regia majeſtas* ipſe ſcilicet *Rex* eſt, & *divinitas* ipſe *Deus*. CLARK. Sed erat tamen vertendum *forti Herculi.* Latinitas aliter non fert: multo minus *nepotes fortitudinis H.* Nec βία neceſſario indicat fortitudinem aut robur, ut patet v. c. e Γ. 105. ubi de ſene Priamo eſt. Sic & apud latinos *vis* ſervit periphraſi, & alia verba. ERN. Nomen Subſtantivum quando conjungitur cum Nomine Poſſeſſivo a Proprio derivato, Poſſeſſivum illud per Nomen Proprium, Subſtantivum autem in Adjectivum cognatum verti debet, Poëtice. Eſt præcipuus hujus idiomatis uſus, ubi de perſona eximiæ dignitatis ſermo eſt. ex. gr. βίη Ἡρακληείη, *robori Herculeo*, pro *Herculi robuſto*. v. 666. βίης Ἡρακληείης, *roboris Herculei*, pro Ἡρακλῆος βιαίου, *Herculis robuſti.* Imitatus eſt *Horat. Lib. I. Od.* 3.

Perrupit Acheronta *Herculeus labor.*

HOOGEV. *ad* VIG. *Idiot. Cap. III. Sect. I. Reg. IX.* (*N.* 63.)

v. 559.

Τὴν ἄγετ] ἥντινα πρὸς γάμον ἤγετο. quam *uxorem* duxerat.

v. 660.

Πέρσας, depopulatus. a πέρθω, everto, vaſto, depopulor.

Διοτρεφέων αἰζηῶν] Αἰζηοὶ dicuntur *ætate florentes*, a vitæ vigore, quod tum maxime vivere homines videantur, cum ætate & viribus integris præditi ſunt. CAM.

v. 661.

Τράφη, nutritus fuit. *Jon.* pro ἐτράφη. v. τρέφω, nutrio, alo.

Ἐύπηκτος, *Poët.* pro εὔπηκτος, ου, ὁ, ἡ, bene compactus *ſeu* exſtructus, firmus, validus. ex εὖ & πηγνύω, υμι, compingo : exſtruo.

v 662.

Αὐτίκα — κατέκτα] *Caſu & fortuito* occidit, ſi Hiſtoriæ fides. CLARK. κατέκτα, occidit. aor. 2. ind. Act. *Poët.* pro κατέκτανε, v. κατακτείνω, interficio, occido.

Μήτρως, ωος, ὁ, avunculus maternus. a μήτηρ, mater.

v. 663.

Γηράσκω, ſeneſco. a γῆρας, αος, τὸ, ſenectus, ſenium.

v. 664.

Πηγνύω, *ſeu* υμι, compingo. compingendo ſtruo & fabricor.

v. 666.

Υἱωνὸς, οῦ, ὁ, filii filius, nepos. ab υἱὸς, filius.

v. 667.

Ἀλάομαι, ῶμαι, vagor, erro. 2.) incertus ſum, dubito.

v. 668.

Τριχθὰ, *adv.* trifariam, tripliciter. a τρίχα, *idem.*

Ὤικηθεν, habitarunt. *Bœot. Sync.* pro ᾠκήθησαν. aor. 1. ind. Paſſ v. οἰκέω, ῶ, habito.

Καταφυλαδὸν, *adv.* per tribus, tributim, per gentes. ex ex κατὰ, & φυλὴ, tribus.

Ἐφίληθεν, dilecti fuerunt. *Bœot. Sync.* pro ἐφιλήθησαν. v. φιλέω, amo, diligo.

v. 670.

Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον] καὶ αὐτοῖς πολὺν καὶ ἀθρόον πλοῦτον κατέπεμψεν ὁ Ζεὺς, καὶ πάνυ πλουσίους αὐτοὺς ἐποίησεν. *Schol.*

Καταχέω, *vel* χεύω, effundo, profundo.

v. 671.

Νιρεὺς δ' αὖ] Miro artificio Poëta virum nullius pretii, & nunquam alias memoratum, (vide ſupra ad *v.* 216.) ad memoriam tamen *mero orationis Schemate* neſcio quomodo notabilem effecit. Quoniam enim, quod eſt revera præclarum, digniſſimum eſt, quod ſæpius repetatur; hinc utique & *ter repetitum*, quod revera nullius eſt pretii, διὰ τὸν παραλογισμὸν videtur quodammodo præclarum. CLARK. Id ideo factum eſſe a Poëta *Galenus* ait, ut declararetur, quam ſint inutiles viri forma præſtantiſſimi,

quoties

quoties illis præter formam nihil adeſt, quod ad uſum vitæ conducat. *Philoſtratus* retulit in *Heroicis ſuis*, hunc in Myſia progreſſam una cum viro ad prælium uxorem Telephi Hieram, formoſiſſimam fœminam, interfeciſſe: CAMER.

Σύμηθεν] ἀπὸ Σύμης, ex Syma.

Νῆας ἐίσας] Vide ſupra ad Α. *v.* 306.

v. 673.

Ὃς κάλλιστος ἀνὴρ] Monendum hic *primo*, quanto cum artificio, ut Poëma unum ſit a capite ad calcem, *ubique* ſpectetur & inſeratur *Achilles*. Obſervandum *deinde*, vocem ἀμύμονα non ubique *omni laude* ornatum virum denotare, (ὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, ὐδ' ἀγανόφρων,) ſed *Una quavis* animi corporiſve dote eximium, ut, hoc in loco, *Specie ac Forma* Corporis. *Denique*, notandum hic *Amplificationis* genus id, quod a *Quintiliano* appellatum eſt *Incrementum*. *Quod eſt potentiſſimum, cum magna videntur etiam quæ Inferiora ſunt. &c. Lib.* 8. *c.* 4. CLARK.

v. 674.

Μετὰ, *h. l.* poſt.

v. 675.

Ἀλαπαδνὸς, ἡ, ὀν, imbellis, infirmus: vaſtatu *ſeu* expugnatu facilis. ab ἀλαπάζω, vaſto, diripio.

Παῦρος, ϰ, ὁ, paucus, parvus. *vocab. Poët.* a παύω, finem impono.

v. 679.

Ἡρακλείδαο] Ἡρακλέυς παιδός.

v. 681.

Νῦν δ' αὖ τὺς, — τῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεὺς] Species hæc conſtructionis ἀνακόλυθος, qua ſententia, ab alio inchoata exordio, mutata derepente loquendi ratione, in aliam quaſi inopinato ſyntaxin deſinit; optimis Auctoribus cum Græcis, tum Latinis, non eſt inuſitata. Vid. ſupra ad *v.* 353. CLARK. Si *futurum* λέξω ſubintelligamus, jam locus ille a crimine ἀνακολυθίας liber eſt. BOS *Ell. Gr. p.* 286.

v. 683.

Καλλιγύναιξ, κος, ὁ, ἡ, pulcras mulieres habens. ex καλὸς, & γυνὴ, mulier.

v. 684.

Καλεῦντο, vocabantur. *Dor.* & *Jon.* pro ἐκαλοῦντο.

v. 686.

Δυσηχὴς, έος, ὁ, ἡ, horriſonus; ingratum ſonum edens. ex δὺς, *partic. in compoſitione tantum uſitata:* ægre, difficulter, male; & ἦχος, ſonus.

Ἐμνώοντο, recordabantur. *Jon.* pro ἐμνῶντο, a μνάομαι, ῶμαι, memor ſum, recordor.

v. 688.

Κεῖτο] νῦν ἀργῶς διετέλει. Ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐπὶ κλίνης ὄντων, καὶ ἀργῶς διατελούντων. *Schol.*

v. 689.

Κούρης, *plene:* ἕνεκα τῆς κούρης, ob puellam.

v. 690.

Ἐξείλετο, cepit: ὡς ἐξαίρετον ἔλαβε.

v. 691.

Διαπορθέω, ῶ, devaſto, depopulor. ex διὰ & πορθέω, vaſto, populor.

v. 692.

Καδδὲ Μύνητ' ἔβαλεν] κατέβαλε δὲ καὶ τὸν Μύνητα· ὅ ἐστιν, ἀπέκτεινεν.

Ἐγχεσίμωρος, ου, ὁ, ἡ, *propr.* in vibranda haſta exercitatus: bellicoſus. ex ἔγχος, τὸ, haſta, & μορέω, laboro, adfligor.

v. 694.

Τῆς] ταύτης ἕνεκεν.

Ἀχέω, ῶ, doleo, ægre fero. ab ἄχος, τὸ, dolor.

Ἀνστήσεσθαι ἔμελλεν, ſurrecturus erat.

v. 696.

Δημήτηρ, τερος, τρος, ἡ, Ceres, *dea frugum. quaſi* γημήτηρ, a γῆ, terra, & μήτηρ, mater.

Τέμενος, εος, τὸ, agri portio a ceteris ſeſecta, ſeorſum ab aliis ſita, & Deo dedicata. 2.) nemus ſacrum, lucus, ager ſacer, delubrum, fanum. a τέμνω, ſeco.

In locis, quos honori Deorum atque cultui conſecrare ſueverunt Græci antiqui, primi nobis occurrunt *agri* atque *luci*. Solebant nempe certæ agrorum portiones Diis dedicari, quas *Cicero de Nat. Deor. Lib. III.* *agros* vocat *Deorum immortalium, exceptosque lege cenſoria.* Græci τεμένη appella-

appellabant, quaſi τετμημένα, loca reſecta ſeu ſecreta, puta ab uſu vulgari. *Didymus*, vel quisquis auctor eſt *Scholiorum brevium in Homerum* ad *h. l.* ſic explicat vocem τέμενος· ἱερὸν χωρίον ἀφωρισμένον Θεῷ κατὰ τιμὴν, ἢ ἥρωϊ, *ager eſt ſacer, Deo aut Heroi alicui in honorem ſeparatus.* Talium agrorum paſſim meminit *Homerus*; meminit etiam plurimis locis *Pauſanias*, cui ſolum quoque eo fine ſejunctum a cetero, ut templum ei inædificetur, τέμενος dicitur. LAKEM. *P. I. C. V.* §. *I.* add. POTTER. *Tom. I. p.* 221. FEITH. *Lib. I. Cap. III.* §. *I.*

Μῆλον, ου, τὸ, ovis, pecus. *plur.* μῆλα, pecudes.

v. 697.

Λεχεποίης, ου, ὁ, ferens herbas lectis & ſtibadiis idoneas; regio herboſa. ex λέχος, lectus, & πόα, *Jon.* ποίη, ἡ, herba.

v. 698.

Ἀρήϊος, ου, ὁ, ἡ, Martius. *h. l.* bellicoſus. ab Ἄρης, Mars.

v. 699.

Ζωὸς ἐὼν, dum viveret. ζωὸς, ἡ, ὸν, vivus. a ζάω, vivo.

Ἔχεν κατὰ γαῖα] ἀναστροφὴ, κατεῖχε γαῖα, *mortuum fuiſſe* dicit ab eo, quod accidere mortuis ſolet, ut humentur. *Il.* Γ. *v.* 243. Τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα. CAM.

v. 700.

Ἀμφιδρυφὴς] in luctu & planctu laceris genis, id eſt, *vidua.* CAM. *In luctu* inter alia *diſcerptæ* quoque *genæ* erant. FEITH. *Lib. III. Cap. XV.* §. *V. propr.* undique laceratus. ex ἀμφὶ, & perf. Paſſ. v. δρύπτω, lacero.

Ἐλέλειπτο, relicta erat. plusq. perf. Paſſ. v. λείπω.

v. 701.

Δόμος ἡμιτελὴς, domus imperfecta. ἡμιτελὴς ex ἥμισυς, dimidius, & τελέω, perficio.

Sponſam in ædes ſuas ſolenni ritu *ducebat ſponſus: Domus* plerumque *nova* in hanc rem a marito *exſtruebatur.* Sic *h. l.* δόμος ἡμιτελὴς, de Proteſilao, recens conjugato. *Scholiaſtes*: ἔθος γὰρ ἦν τοῖς γήμασι θάλαμον οἰκοδομεῖσθαι. FEITH. *Lib. II. Cap. XIV.* §. *I.* & *II.* add. POTTER. *Tom. II. p.* 226.

Ἔκτανε, interfecit. aor. 2. ind. Act. v. κτείνω.

v. 702.

Νηὸς, de navi. *pro*: ἐκ *vel* ἀπὸ νηός.

Ἀποθρώσκω,

'Αποθρώσκω, deſilio. ex ἀπὸ & θρώσκω, ſalio.

Πολὺ πρώτιστον] πάντων πρῶτον.

v. 703.

Ἄναρχος, ου, ὁ, ἡ, ſine duce *ſeu* domino, duce *ſeu* domino carens. ex α priv. & ἀρχὸς, οῦ, princeps, dux.

Πόθεον, *Jon.* pro ἐπόθουν, deſiderabant. v. ποθέω, deſidero.

v. 706.

'Αυτοκασίγνητος, ου, ὁ, frater germanus. ex αὐτὸς & κασίγνητος, ου, ὁ, frater.

v. 707.

'Οπλότερος, έρα, ερον, junior, natu minor. ὁπλότατος, natu minimus. Dicitur de iis, qui arma ferre poſſunt. ab ὅπλα, arma: *quaſi* ὁ ὅπλα φέρειν δυνάμενος.

Γενεῇ] τῇ ἡλικίᾳ, τῷ γένει.

v. 709.

'Εσθλὸς, *b. l.* fortis, ſtrenuus.

v. 711.

Παραὶ, *præp. Poët. cum accuſ.* juxta, ad, apud. a παρὰ, *idem.*

Λίμνη, ης, ἡ, palus, ſtagnum, lacus.

v. 718.

Τόξον, ου, τὸ, arcus. *b. l.* ars ſagittaria. τόξων εὖ εἰδὼς, artis ſagittariæ peritus.

v. 720.

'Εμβέβασαν, conſcenderant. *Sync. Poët.* pro ἐνεβεβάκεισαν, hoc vero, η *in* α *verſo*, pro ἐνεβεβήκεισαν. plusq. perf. Act. v. ἐμβαίνω, ingredior.

v. 719. 720.

Thucydides tradit, apud Veteres nullam obtinuiſſe inter nautas ordinum diſtinctionem, ſed illa officia, quæ recentioribus ſeculis a diverſis operariis remigum, nautarum, & militum nominibus diſtinctis exercebantur, in principio ab uno eodemque hominum ordine peracta fuiſſe: hi enim, armis depoſitis, remum agebant, & quidquid ad navis moderamen deſiderabatur, præſtabant; ſed iterum pro re nata arma capiebant ad hoſtem lædendum. Exempla ubique occurrunt apud *Hom.* veluti *b. l.* POTT. *Tom. II. p.* 113. 114. Primæ quidem naves erant longæ, longoque remorum ordine agebantur; qui modo plures, modo pauciores fuere. *Od. IX. v.* 322. mentio fit

νηὸς

νηὸς ἐικοσόροιο, *navis viginti remis acta.* At *h. l.* quinquaginta remiges, iidemque ſagittarii in ſeptem Philoctetæ navibus ab *Hom.* collocantur. Quales naves πεντηκόντοροι *quinquaginta remigum* communiter Græcis dictæ, quæ maximum omnium habuerunt uſum. FEITH. *Lib. IV. Cap. XII.* §. *III.*

v. 721.

Κρατερὸς, *h. l.* magnus, ingens.

v. 722.

Ὄθι, *adv.* ubi.

v. 723.

Ἕλκος, εος, τὸ, ulcus: vulnus, *inprimis* inveteratum.

Μοχθίζω, laboro, adflictus ſum. a μόχθος, ε, ὁ, labor.

Ὀλοόφρων, ονος, ὁ, ἡ, perniciosa conſilia agitans *ſeu* moliens; & *in genere*, perniciosus. ab ὀλοὸς, ἡ, ὸν, perniciosus, & φρὴν, mens.

Ὕδρος, ε, ὁ, ſerpens aquaticus, coluber in aquis vivens, natrix. ab ὕδωρ, aqua.

v. 724.

Μνήσεσθαι ἔμελλον, recordaturi erant.

v. 727.

Νόθος, ε, ὁ, ἡ, nothus, ſpurius, non legitimus.

v. 729.

Κλωμακόεις, όεσσα, όεν, clivoſus, adſcenſu difficilis. a κλῶμαξ, ακος, ὁ, aſperitas.

v. 732.

Ἰητῆρ' ἀγαθὼ] Ἰατροὶ ἀγαθοὶ, ἀνδρεῖοι. Car alors les Princes & les Rois ne dédaignoient pas d'exercer cette profeſſion; & ils faiſoient gloire d'apprendre quelque choſe qui pût être utile aux hommes. DACIER.

Ἰητὴρ, ῆρος, ὁ, medicus. *Jon.* pro ἰατὴρ. a ἰάομαι, medeor, ſano.

v. 740.

Μενεπτόλεμος, ε, ὁ, bellicoſus, fortis, conſtans in bello, bellum & belli onera fortibus humeris ſuſtinens. a μένος, εος, τὸ, animi ardor, impetus: animus: robur: & πτόλεμος, *pro* πόλεμος, bellum.

v. 741.

Τέκετο, *genuit.* Quemadmodum verbum γεννᾷν proprium

viris

viris καταχρηστικῶς tribuitur *fœminis*: eodem etiam modo verbum τίκτειν *fœminis* peculiare apud bonos Auctores de *viris* dictum invenitur, & *gignere* ſignificat. VIG. *Idiot. Cap. V. Sect. V. ab init.*

V. 742.

Κλυτὸς, ὴ, ὸν, vel κλυτὸς, ὖ, ὁ, ἡ, inclytus, clarus. a κλύω, audio.

V. 743.

Ἤματι τῷ] ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

Λαχνήεις, ήεσσα, ῆεν, lanuginoſus: villoſus, piloſus, hirſutus, hiſpidus. a λάχνη, ης, ἡ, lanugo.

V. 744.

Ὠθέω, ῶ, trudo, pello, pulſo.

Αἰθίκεσσι] εἰς Αἴθικας, ad Æthicas *usque*. Πέλασσεν, abegit.

V. 746.

Ὑπέρθυμος, ου, ὁ, ἡ, valde animoſus, magnanimus. *vel etiam*, ferox.

V. 750.

Δυσχείμερος, ου, ὁ, ἡ, habitatu difficilis ob hiberna frigora, infeſtus hiberno frigore. ex δὺς, & χειμὼν, hiems.

Οἰκίον, ου, τὸ, domicilium. *plur.* οἰκία, domicilia, ſedes.

V. 751.

Ἱμερτὸς, ὴ, ὸν, deſiderabilis, optabilis, amabilis, formoſus, ſuavis, amœnus. ab ἱμείρομαι, deſidero, cupio.

Ἔργα, *h. l.* arva, agri. Ἔργ᾽ ἐνέμοντο] ἐγεώργουν, terram colebant, agriculturam exercebant.

V. 752.

Προΐει] προπέμπει, ἐκδίδωσι: immittit: profundit. Vid. A. *v.* 326.

Καλλίῤῥοος, ου, ὁ, ἡ, pulchre fluens, purus. ex καλὸς, & ῥέω, fluo.

V. 753.

Συμμίσγω, commiſceo.

Ἀργυροδίνης, ου, ὁ, argenteos, *i. e.* limpidos ac claros habens vortices. ab ἄργυρος, & δίνη, ης, ἡ, vortex.

V. 754.

Καθύπερθε, *vel* θεν, *adv.* in ſummo loco, ſupra. ex κατὰ, & ὕπερθε, *idem.*

Ἐπιῤῥέω, influo. *h. l.* fluo ſuper —

Ἔλαιον,

Ἔλαιον, ου, τὸ, oleum.

v. 755.

Στυγὸς ὕδατος] Quæri poteſt, quare Poëta dicat, Titareſium Peneo olei modo ſupernatare, quia Stygis rivus ſit. Putem reſpici ad Stygis naturam, quem Poëtæ, ut tarde & leniter, ſine ullo murmure aut ſtrepitu labentem, & limoſum deſcribunt. ERN. *Doctiſſ. Domina* DACIER *hunc verſum ita vertit*: Auſſi eſt-il un écoulement des eaux du Styx, par lequel les Dieux mêmes ne jurent qu'avec frayeur.

Ἀποῤῥὼξ, ῶγος, ὁ, ἡ, abruptus, præruptus, *unde* ſaxum, rupes. *Subſtant.* fragmentum avulſum, pars, portio, emanatio, ſtillamentum, latex, rivus. ab ἀποῤῥήγνυμι, *vel* -γνύω, abrumpo.

v. 758.

Ναίεσκον, habitabant. *Jon.* & *Poët.* pro ἔναιον, v. ναίω, habito.

v. 761.

Τίς τ' ἄρ] Qui inter duces virtute reliquis, quique equi ſtrenuitate præſtiterint, addidit Poëta Catalogo, ut ſua etiam excellentiæ laus tribueretur. Excipit autem Achillem & ipſum & equos illius, in quibus omnia incomparabilia eſſent ad præſtantiam. CAM.

Ἐνέπω, & ἐννέπω, dico, cano.

v. 763.

Ἵππος, ου, ἡ, equa.

Φηρητιάδαο] τοῦ Φήρητος παιδὸς, Ἀδμήτου. *Admeti.*

v. 764.

Ποδώκης, εος, ὁ, ἡ, pedibus celer. ex ποῦς, & ὠκύς.

Ὄρνιθας ὣς] *Equarum* commendatio, quæ fuerint æquales ætate & colore, in velocitate maxima, ut volare, non currere viderentur. In jugalibus autem fœminæ laudantur veteribus, ut & Agamemnonia Æthe. Et prægnantem Olympia viciſſe *Plinius* annotavit. CAM.

v. 765.

Ὄτριχες, ſimiles pilo, ejusdem pili. *per Syncop.* pro ὁμοιότριχες. ex ὅμοιος, & θρὶξ, pilus.

Ὀιέτης, εος, ὁ, ἡ, æqualis, qui ejusdem ætatis eſt. ex ὅμοιος, & ἔτος, annus.

Σταφύλη

Σ]αφύλῃ ἐπὶ] Dorſis obeſis & ita teretibus, quaſi ad circinum deſcripta eſſent, fuiſſe equas ait. Σ]αφύλην enim alii *circinum*, quem διαβήτην veteres dixere, alii *amuſſim* eſſe tradidere. Laudatur autem hæc forma dorſi exæquati, ut lacunati & quaſi gibberi reprehendi ſolet. CAM.

v. 766.

Θρέψ' aluit. *pro* ἔθρεψε.

v. 767.

Θῆλυς, εως, ὁ, ἡ, *vel* υς, εια, υ, fœmineus, qui eſt ſexus fœminei.

Φόβον Ἄρηος φορεύσας] ἐπιςαμένας, ὅτε μὲν φεύγειν, ὅτε δὲ διώκειν πολέμιον. *Schol.* Homere ſans doute (inquit *Dam.* DACIER) n'a penſé qu'à louer le courage & l'intrepidité de ces cavales, qui dans les combats portoient la terreur & la fuite par tous les rangs, & cette idée eſt belle & noble. Homere n'eſt pas le premier qui ſe ſoit plû à décrire la fierté d'un cheval de bataille. on en lit dans Job une deſcription d'une magnificence que rien ne peut égaler. *Job XXXIX.* 19 — 25.

v. 768.

Ἄριςος ἔην Τελαμώνιος Αἴας] Miro artificio *Achillem* ubique ob oculos ponit; in quo omnia, (non quidem quæ ad *Mores*, ſed ad *Pulchritudinem* aut *Fortitudinem* quæcunque ſpectant,) incomparabilia erant ad præſtantiam. Vide ſupra ad *v.* 673. CLARK.

v. 769.

Ὄφρα, *h. l.* quamdiu, donec.

v. 770.

Φορέεσκον, ferebant. *Jon.* & *Poët.* pro ἐφόρυν.

v. 772.

Κεῖτ', ἀπομηνίσας] Hoc verbum eſt ex iis, in quibus præpoſitio ἀπὸ *continuitatem*, non *finem* rei modo, exprimit: ſic enim capio h. l. ἀπομηνίσας, non ſimpliciter pro μηνίσας, ut Lexica habent. ERN. *Jacebat, perſeverans in ira & indignatione adverſus Agamemnonem.* Quemadmodum & ἀποκαρτερεῖν *perſeverare* eſt *in propoſita mortis fortitudine.* CAM.

v. 774.

Δίσκος, ου, ὁ, diſcus, orbis *propr.* ſaxeus, isque pertuſus,

quem

quem exercendi corporis cauſſa jacere ſolebant olim. *Scholiaſtes*: βαρὺς λίθος, ὃν ἐῤῥίπτουν οἱ γυμναζόμενοι, *lapis gravior, quem jaciebant concertantes*, quis nimirum longius propelleret, quod notis ſolebat deſignari. FEITH. *L. IV. C. VI.* §. *IV.* add. POTT. *Tom. I. p.* 462.

Αἰγανέα, ας, ἡ, *Jon.* έη, ης, ſecundum *Suidam* eſt, jaculum ferreum; ſed ſecundum *Euſtath.* eſt genus haſtæ leve & longum. ita dictum, quod ſpiculorum amenta fiebant e loris caprinis, eaque apta erant εἰς αἰγῶν ἄγρην, ad caprarum capturam; *vel* παρὰ τὸ ἄγαν ἱέναι, quod recta celeriterque ferantur.

Ἱέντες, jaculantes. part. præſ. v. ἵημι, mitto.

v. 775.

Πὰρ ἅρμασιν οἷσιν] παρὰ τοῖς ἰδίοις ἅρμασι· apud currus ſuos.

v. 776.

Λωτὸς, ῦ, ὁ, lotus: trifolium; εἶδος βοτάνης. Lotus *herba* (nam & *arboris* hoc nomen) odorata. De *arbore* tibiæ factæ, quæ *lotinæ* a materia vocatæ fuerunt. Sed in Ægypto herba eximia illa fuit, unde λωτοφάγυς in ſuam poëſin Poëta videtur introduxiſſe. CAM.

Ἐρέπτω, & ομαι, edo: depaſco.

Ἑλεόθρεπτος, υ, ὁ, ἡ, genitus *ſeu* nutritus in paludibus: paluſtris. ex ἕλος, εος, τὸ, palus, aqua paluſtris cœno mixta; & τρέφω, alo, nutrio.

Σέλινον, υ, τὸ, apium: *herba*. Ἑλεόθρεπτον σέλινον id eſt, quod nunc compoſito verbo ἐλεοσέλινον dicitur. CAM.

v. 777.

Εὖ πεπυκασμένα] *Recte repoſiti* ſeu *accurate ſubducti*, ne ſcilicet, ut fit, otioſi læderentur. IDEM. πυκάζω, denſo, ſtipo. 2.) tego. 3.) orno.

v. 778.

Οἱ δ'] Οἱ ἄνακτες, non οἱ λαοὶ, ut recte annotavit *Domina Dacier*, (contra *Euſtathium*, ut ipſa ait; mihi autem neque ipſe *Euſtathius* videtur aliter ſenſiſſe.) *Porro*, ſumma hic cum venuſtate & condecentia, (uti *Eadem* obſervavit,) dum *Milites* luſibus ſe militaribus oblectarent, *Duces* Myrmidonum, ut qui gloriæ magis ſtuderent, mœſte obambulantes, & Imperatoris ſui diſceſſum e bello dolentes, depinguntur. CLARK.

'Αρηΐφιλος, ε, ὁ, ἡ, Marti carus, Martis amicus. 2.) cui Mars eſt carus, bellator, bellicoſus. ex Ἄρης, & φίλος.

v. 779.

Φοιτάω, ῶ, eo, obeo, obambulo, vagor.

v. 780.

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν] Exercitus Græcorum univerſus, excepto Achille cum ſuis. Nam eo jam revertitur Poëta, unde, ad copiarum enumerationem faciendam, digreſſus erat. *v.* 484. CLARK.

Ἴσαν, ibant. imperf. *v.* εἶμι, eo.

Ὡσεί τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο] *Ignis* ſimilitudine ſimul armorum ſplendor, militumque ingruentium terror, vis & rapiditas, pulcherrime ob oculos ponitur. CLARK.

Ὡσεὶ, *adv.* quaſi, tanquam, perinde, velut. ab ὡς, *idem.*

Νέμομαι, *h. l.* paſcor, depaſcor.

v. 781.

Ὑποστεναχίζω, ingemiſco, ſuſpiro *vel* gemitus duco: reſono.

v. 782.

Ἱμάσσω, loris cædo, verbero. ἱμάσσῃ] μαστίζῃ, ὅ ἐστι, κεραυνοῖς πλήττῃ. ab ἱμὰς, ἄντος, ὁ, lorum, corrigia.

v. 786.

Ποδήνεμος, ε, ὁ, ἡ, pedibus, *i. e.* pedum velocitate ventos æquans, pedibus admodum celer. ex πὲς, & ἄνεμος, ventus: *quaſi* ἔχεσα πόδας ἀνέμε.

Ὠκέα Ἶρις] *Correpta penultima* ab ὠκεῖα. Sed Ἶρις eſt nuntia Deorum, ab eo, quod mandata perferat, & ſermone exponat. ab εἴρω, dico: nuntio.

v. 787.

Πὰρ Διὸς] παρὰ τε Διὸς, a Jove.

Ἀγγελία, ας, *Jon.* ίη, ης, ἡ, nuncius, nuncium, denunciatio. ab ἄγγελος, ε, nuncius, nuncia.

Ἀλεγεινὸς, ἡ, ὸν, curæ plenus, moleſtus. 2) triſtis. 3.) difficilis. ab ἄλγος, dolor. *pro* ἀλγεινὸς. *vel* ab ἀλέγω, curo.

v. 788.

Ἀγορὰς ἀγορεύειν, conciones habere. *ita v.* 121. πόλεμον πολεμίζειν, bellum gerere. Eſt hæc συγγενείας ſpecies, quæ in eo conſiſtit, ut verbum ſubſtantivum quoddam ejuſdem originis in caſu accuſandi ſibi junctum habeat.

Vide

Vide GEORGII *Vindic. N. T. ab Ebr. p.* 192. CLERICI *Art. Crit. P. II. S. I. C. IV.* §. 3. alioſque.

θύρα, ας, ἡ, janua, oſtium. αἱ θύραι, ipſa regum aula.

Ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσι] C'étoit la coutume des Orientaux. Les Aſſemblées ſe tenoient aux Portes de la ville, ou aux Portes des Palais des Rois. Les Livres ſacrez en fourniſſent mille exemples, & de là eſt venuë cette expreſſion *à la Porte*, pour dire, *à la Cour du grand Seigneur*. DAC.

v. 789.

Ἠμὲν — &, cum. ἠδὲ — &, tum.

Νέοι, juvenes.) (γέροντες, ſenes.

v. 791.

Εἴσατο, aſſimilavit ſe, ſimilis fuit. ab εἴδω, video.

(κατὰ) φθογγὴν, voce, ſono. a φθογγὴ, ῆς, ſonus, vox. a φθέγγομαι, vocem *ſeu* ſonum emitto.

v. 792.

Σκοπὸς, ῦ, ὁ, *h. l.* ſpeculator, explorator, obſervator. a perf. Med. v. σκέπτομαι, ſpeculor.

Ποδώκεια, ας, *Jon.* είη, ης, ἡ, pedum pernicitas. a ποδώκης, εος, pedibus celer. ποδωκείῃσι πεποιθώς, pedum velocitate fretus.

v. 794.

Δέγμενος] *i. e.* προσδεχόμενος, obſervans.

Ναῦφιν] ἀπὸ τῶν νεῶν.

Ἀφορμηθεῖεν, *pro* ἀφορμηθείησαν, impetum facerent. aor. 1. opt. Paſſ. v. ἀφορμάω, ῶ, proripio me ex aliquo loco: diſcedo, proficiſcor. ex ἀπὸ, & ὁρμάω, irruo, prorumpo.

v. 796.

Μῦθοι ἄκριτοι, i. e. ἀναρίθμητοι, ſermones innumeri, immenſi: *ut* oratio immenſa *ſi dicatur.* — Ἀδιάκριτοι, πολλοί. *Schol.* Nempe πολλοὶ λόγοι, (loquacitas) ſemper ſunt ἀδιάκριτοι, ſine judicio, inſciti ſermones. Uſus tamen eſt pro altera interpretatione, πολλοὶ, quam verſio latina ſequitur. *infra* 868. ὄρος ἀκριτόφυλλον. add. Γ. 412. ERN.

v. 797.

Ὥς ποτ' ἐπ' εἰρήνης] ὡς ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης. Conf. HOOGEV. *ad* VIGER. *C. IX. S. IV. R. IX.* (*N.* 72.)

Ἄλιαστος, ȣ, ὁ, ἡ, inevitabilis. 2.) vehemens. 3.) non

 deſinens.

deſinens. ex α priv. & λιάζω, propero, agito, exeo. — Ἀλίαςος πόλεμος, *bellum ingens*, cujus vis omnia oppreſſura eſſe videatur, ut λιάζεσθαι, *i. e.* ἐκκλίναι poſſit nemo. Ὁμαδὸς ἀλίαςος. *Il.* Μ. 470. CAM.

Ὄρωρεν, ortum eſt. *Att.* pro ὦρε, præt. Med. v. ὄρω, excito.

v. 798.

Ἦ μὲν δὴ] ὄντως μὲν δή.

Μάλα πολλὰ, perſæpe.

v. 799.

Ὄπωπα, vidi. *Att.* pro ὦπα, præt. Med. v. ὄπτομαι, video.

v. 800. 801.

Ἐοικότες ψαμάθοισιν, ἔρχονται πεδίοιο, ſimiles *Arenis* incedunt campo. Imagine *arenæ*, *numero carentis*, ut loquitur *Horat. Lib. I. Od.* 28. *v.* 1. ad *immenſam innumeramque multitudinem* deſignandam frequentiſſime uſi ſunt Veteres. PALAIR. *Obſerv. Philol. Crit. in N. T. ad Rom. IX.* 27. add. JOH. VORSTII *de Adagiis N. T. diatrib. p.* 9. *ſeqq.*

Ἔρχονται πεδίοιο, *i. e.* διὰ πεδίοιο, eunt per campum.

v. 803.

Πολλοὶ γὰρ] Refertur iſtud γὰρ ad id, quod elegantius reticetur. *Cave, ne qua oriatur confuſio; NAM multi &c.* Vide infra ad Ε. *v.* 22. CLARK.

v. 804.

Πολυσπερέων] Aut *ſparſam* dicit & *collectitiam* multitudinem auxiliorum, aut *copiam.* Vult autem inſtruere principes quosque ſuæ civitatis milites, & eſſe duces ſuorum, ne in confuſione res perperam geratur. CAM. πολυσπερὴς, έος, ὁ, ἡ, *q. d.* multum ſparſus *ſeu* diſſeminatus. Eſt epitheton *hominum*, apud Poëtas, quoniam per diverſos terræ tractus ſunt ſparſi, in multas nationes & populos diſtributi. ex πολὺς & σπείρω, ſero, ſpargo.

v. 806.

Ἐξηγέομαι, ἦμαι, *h. l.* dux ſum, præſum.

Πολιήτης, *Poët.* pro πολίτης, civis. a πόλις, civitas.

v. 808.

Τεῦχος, εος, τὸ, vas. τεύχεα, inſtrumenta bellica, arma. a τεύχω, fabricor, ſtruo.

v. 809.

v. 809.

'Ωΐγνυντο, aperiebantur. *Jon.* pro ᾤγνυντο, *Jonica dialyſi.* ab οἴγω, *ſeu* οἰγνύω, aperio.

Πύλη, ης, ἡ, porta.

'Εκ δ' ἔσσυντο] ἐξῄει δέ.

v. 810.

Πεζὸς, ῦ, ὁ, pedes, qui pedibus iter facit. a πέζα, ης, ἡ, malleolus pedis. Πεζοί θ', ἱππῆές τε· Pedeſtres pariter, & equeſtres. ab ἵππος, equus.

'Ορυμαγδὸς, ῦ, ὁ, ſtrepitus, tumultus, fragor: *propr.* in montibus, cum reſcinduntur arbores. ab ὄρος, mons, & ὅμαδος, clamor, *per Metath.* ὀρυμαγδός.

v. 811.

Προπάροιθε, *vel* θεν, ante, ante oculos, in conſpectu. ex πρὸ & πάροιθε, *idem.*

Κολώνη, ης, ἡ, collis, tumulus, locus editus. a κόλος, mutilus, truncatus. *vel* a κολύω, quia celeriorem progreſſum itinerantium impedit.

v. 812.

Περίδρομος, ῦ, ὁ, ἡ, circumcurrens, circumcurſans. 2.) *h. l.* rotundus, teres, circumvius. a περιτρέχω, circumcurro.

v. 814.

Σῆμα, ατος, τὸ, ſignum, nota. *h. l.* buſtum, ſepulcrum, monumentum.

Πολύσκαρθμος, ῦ, ὁ, ἡ, peragilis in ſaltu. ex πολὺς, & σκαίρω, ſalio, ſalto. Eſt epitheton *Myrinnæ*, reginæ Amazonum agillimæ, quod multa præclara fecerat in bello facinora. σκαρθμὸς idem eſt, ac ἡ τῶν ποδῶν κίνησις, motio pedum.

v. 813. 814.

'Ανδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν, 'Αθάνατοι δὲ] Vide ſupra *ad* Α. 403. & infra *ad* Ζ. 402.

v. 815.

Διέκριθεν, *Bœot. Sync.* pro διεκρίθησαν, alii ab aliis ſeparati ſunt: in ordines diſtincti ſunt.

v. 816.

Κορυθαίολος, ῦ, ὁ, ἡ, qui habet galeam variegatam, criſtatus. 2.) armatus, agilis, celer ad pugnam, bellicoſus.

 ex

ex κόρυς, υθος, ἡ, galea, caſſis, & αἰόλος, η, ον, varius, variegatus: velox.

v. 818.

Μεμαότες ἐγχείῃσι, promtæ haſtis.

v. 819.

Ἐΰς, bonus. 2.) ſtrenuus.

v. 820.

Ὑπὸ *h. l.* ex: eo ſenſu, quo dicitur mulier peperiſſe ex viro. Sed hoc Poëtarum proprium. HOOGEV. ad VIGER. *C. IX. S. IX. R. VII.* (*N.* 8.)

Ἀφροδίτη, ης, ἡ, Venus, *Dea amoris.*

v. 821.

Κνημὸς, ῦ, ὁ, pars montis, quæ a pede ipſius adſcendit. 2.) locus ſaltuoſus. a κνήμη, ης, ἡ, tibia, crus.

Εὐνάω, ῶ, ſopio. *h. l.* concumbo. *etiam in Paſſ.* ab εὐνὴ, ῆς, ἡ, cubile.

v. 823.

Μάχης ἐυ εἰδότε πάσης, bene periti omnis pugnæ. *pro* εἰδήμονε, ἐπιςήμονε, *vel* εἴδησιν καὶ τέχνην ἔχοντε πάσης μάχης. Participia, cum in Nomina degenerant, Genitivos adſciſcunt. ita v. 718. τόξων ἐυ εἰδώς. POSS. *Synt. p.* 193.

v. 824.

Ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης] ὑπὸ τὰ ἔσχατα μέρη τῆς Ἴδης. πόδα γὰρ τὸ κατώτατον μέρος, μεταφορικῶς· τυτέςιν, ὃ καλῦμεν ἡμεῖς ὑπώρειαν. *Schol.*

Νείατος, infimus, imus. a νεῖος. νειότατος, *per Sync.* νείατος.

v. 825.

Μέλαν] βαθύ.

Potus omnium primus *aqua*, quam omnibus animantibus communem ſuffecit natura. Itaque *h. l.* Trojani dicuntur *bibentes aquam profundam Æſepi.* FEITH. *L. III. C. II. §. I.*

v. 827.

Ὧι καὶ τόξον] Non *arcum*, ſed *peritiam ſagittandi.* Nam arcum, quem ad Trojam habuit de cornibus ab ipſo interfectæ capræ ſilveſtris, elaboratum a fabro cornario fuiſſe dicitur *Il.* Δ. Ita Interpretes quidem, ſed arcum accepiſſe aliquem ab Apolline poſſumus intelligere, & non eſt obſcurum, quid tali divinorum munerum mentione

tione ſignificet Poëta, nempe excellentem peritiam & divinam quandam. CAM.

v. 831.

Πέρι πάντων] ὑπὲρ πάντας.

v. 832.

Οὐδὲ ἔας] οὐδὲ τοὺς ἰδίους.

Ἔασκε, ſinebat. *Jon.* & *Poët.* pro εἴαε, v. ἐάω, ſino; permitto.

v. 833.

Φθισήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, viros *ſeu* homines perdens, viris *ſeu* hominibus exitioſus. a φθίνω, corrumpo, & ἀνὴρ, vir. Epitheton *belli.*

Τὼ δέ οἱ] αὐτοὶ δὲ αὐτῷ.

v. 834.

Κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο.

Nam nigræ mortis fata tulerunt.

Quando κὴρ *fatum*, vel κῆρες *fata* pro *morte* ponuntur, ſubaudiri debet genitivus θανάτου, ut integra ſit locutio: nam κῆρες in genere de quibuſcunque *malis*, *calamitatibus* & *morbis* dicuntur. Docemur hoc ex *Euſtathio*, qui ad hæc verba: Ἢ πρὸς ἐντέλειαν (inquit) φράσεως κεῖται, ἄλλως γὰρ ἡ κὴρ ἐλλιπῶς ἔχει μονάζουσα, ἢ καὶ πρὸς διαστολήν· εἰσὶ γὰρ κῆρες νόσου καὶ ἑτέρων κακῶν· h. e. *Vel integræ locutionis gratia hoc dictum eſt: nam alioqui vocabulum* κὴρ *defectivum eſt, quando ſolum ponitur; vel diſtinctionis gratia: ſunt enim* κῆρες *fata morbi aliorumque malorum.* BOS *Ell. Gr. p.* 84. 85.

v. 837.

Ὄρχαμος, ου, ὁ, princeps, dux. *Vox Poëtica*, pro ἀρχὸς, *quaſi* ἄρχαμος.

v. 838.

Ἀρίσβηθεν] ἀπὸ Ἀρίσβης, πόλεως Ἑλλησπόντου.

v. 839.

Αἴθωνας equos *nigros* dicit, ut αἴθοπα οἶνον, *nigrum vinum*, aut ſane *fulvos*. CAM. αἴθων, ωνος, ὁ, ardens, flagrans; ſplendidus, fulgidus: fervidus, agilis; niger, *ſeu* rutilus, ab αἴθω, ardeo.

v. 845.

Ἀγάῤῥοος, ου, ὁ, ἡ, celeriter fluens, æſtuoſus. ex ἄγαν, & ῥέω, fluo.

v. 847.

Κιάδαο] Κίυ παιδός.

v. 848.

Ἀγκυλότοξος, υ, ὁ, qui curvo arcu utitur, ſagittarius. ex ἀγκύλος, η, ον, curvus, aduncus, & τόξον, arcus.

Παίονας ἀγκυλοτόξυς] Εἶδος ἀκοντίυ ἡ ἀγκύλη. *Euſtath.* Qui ſe ſervent de dards attachez à une courroïe. C'eſt ce que ſignifie proprement le mot ἀγκυλότοξοι. Les Latins l'ont appellé *amentatum jaculum*. On le lançoit, & on le retiroit avec la courroïe, qu'on ne lâchoit jamais de la main. DACIER.

v. 849.

Τηλόθεν, *adv.* procul, e longinquo, eminus. à τῆλε, *adv.* procul, longe.

v. 850.

Ἐπικίδνημι, diſpergo & diffundo ſuper — Paſſ. αμαι, diſſipor, diſpergor & diffundor ſuper — ex ἐπὶ & κίδνημι, *idem.*

Αἶα, *per Aphæreſin* pro γαῖα, terra.

v. 851.

Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ] περιφραστικῶς, ὁ Πυλαιμένης. Ita *Il.* Γ. *v.* 82. Achivos κῦρυς Ἀχαιῶν nominat, quum eos potuiſſet abſolute Ἀχαιὺς appellare. FISCH. *ad* WELL. *Gramm.* (*in Præfat. p. IX.*)

v. 852.

Ἡμίονος, υ, ὁ, ἡ, mulus, mula. ex ἥμισυς, dimidius, & ὄνος, aſinus: *quia generatur ex equo & aſino.*

Ἀγρότερος, έρα, ερον, ruſticus, agreſtis. ex ἀγρὸς, ὁ, ager, rus.

v. 857.

Ὅθεν ἀργύρυ ἐστὶ γενέθλη] Non: *unde argenti eſt origo.* γενέθλη eſt idem quod alias φορὰ, *proventus. Unde magnus eſt argenti proventus.* Vult dicere, ibi eſſe divites argenti venas. *Callim. Hymn. in Dian. v.* 130. ἐν δὲ γενέθλη τετραπόδων ἀέξεται. ubi vid. ERN.

v. 858.

Οἰωνιστὴς, ῦ, ὁ, augur, auſpex. ab οἰωνὸς, ῦ, ὁ, avis, volucris. (Ꝗ.) augurium, auſpicium. ut *verſ. ſeq.*

v. 859.

Ἀλλ' ὐκ οἰωνοῖσιν] *Sed non augurio potuit depellere peſtem.* CAM.

v. 860.

v. 860.

'Εδάμη] ἀνῃρέθη, ἐδαμάσθη· proſtratus eſt. aor. 2. ind. Paſſ. v. δαμάω, ῶ, domo, ſubigo.

Ποδώκης, εος, ὁ, ἡ, pedibus celer. ex πῦς & ὠκύς.

v. 861.

Κεραΐζε] *profligavit & diſſipavit.* CAM. κεραΐζω, cornibus diſſipo: *ut* bos. 2.) vaſto, exſcindo, deleo. 3.) incurſo, velut infeſtis cornibus. a κέρας, τὸ, cornu.

v. 863.

Τῆλε, *adv.* procul, longe.

Μέμασαν, ſupra modum deſideraverant: arſerant. pro μεμάκεισαν. plusq. perf. Act. *per Syncop. inuſit.* a μάω, ῶ, vehementer cupio, ſupra modum deſidero.

Ὑσμῖνι, *per Metaplaſmum* pro ὑσμίνῃ. vid. B. *v.* 40. *Adverb.* uſurpatur B. *v.* 477. ὑσμίνηνδ' ἰέναι, ut ad prælium irent.

v. 865.

Τὼ] ὑῖνας, δυϊκῶς.

v. 866.

Γεγαῶτας, natos. præt. part. Med. v. γείνομαι, gignor, naſcor. *unde* γεγαώς.

v. 867.

Βαρβαρόφωνος, ου, ὁ, ἡ, barbaram vocem habens, barbare loquens. ex βάρβαρος, & φωνὴ, ῆς, ἡ, vox.

v. 868.

'Ακριτόφυλλος, ου, ὁ, ἡ, frondes habens indiſcretas. 2.) frondoſus. 3.) multis arboribus conſitus, ita ut folia arborum diſcerni nequeant. 4.) umbroſus. ex ἄκριτος, ου, confuſus, indiſcretus, & φύλλον, ου, folium.

v. 869.

'Ροὴ, ῆς, ἡ, fluentum. a ῥέω, fluo. Vid. *Il.* Γ. *v.* 5.

v. 871.

Νάστης, 'Αμφίμαχος] Elegans mutato nominum ordine repetitio. Sed, quem dicat veluti virginem auro redimitum ad bellum profectum fuiſſe, incertum, redditurque ſubjuncto numero ſingulari tota expoſitio obſcura, etſi intelligere poſſumus τὸν Νάστην ſignificari, quem ſolum incipiens dixiſſet Carum ducem fuiſſe. CAM.

v. 872.

Χρυσὸν] νῦν, χρυσῦν κόσμον· aureum ornatum.

v. 873.

Ἐπαρκέω, ῶ, arceo, depello, propulſo. ex ἐπὶ, & ἀρκέω, *idem.*

Λυγρὸς, ρὰ, ρὸν, gravis, difficilis, funeſtus, triſtis.

Ὄλεθρος, ου, ὁ, pernicies, perditio, exitium, ſtrages, mors. ab ὄλλυμι, perdo.

v. 872. 873.

Aurea & argentea arma a Veteribus plurimi fiebant, quamvis illuſtriſſimi Heroum illa geſtarint tantummodo ad decus; illi, quorum tota armatura ex his metallis conſtabat, vulgo depinguntur artibus effœminatis ac mollibus potius, quam fortitudini, addicti. Enimvero arma Glauci auro fulgent; ſed magnus Diomedes æneа geſtabat. Amphimachus, qui ad bellum ivit armis aureis inſtructus, nitidæ virgini ab Hom. *h. l.* comparatur. POTT. *Tom. II. p.* 19. add. FEITH. *L. IV. C. X.* §. *III.*

v. 875.

Κομίζω, *h. l.* aufero, eripio.

v. 877.

Δινήεις, ήεσσα, ῆεν, vorticoſus. a δίνη, ης, ἡ, vortex.

IN

IN Γ. ILIADIS.

V. 1.

Ἀμ' ἡγεμόνεσσιν] ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων, ἢ σὺν τοῖς ἡγεμόσιν.

V. 2.

Ἐνοπὴ, ῆς, ἡ, vox, clamor. ab ἐνέπω, dico, cano.

Κλαγγῇ τ', ἐνοπῇ τ' *pro* σὺν κλαγγῇ τ' &c. *cum* clangoreque, clamoreque.

Ὄρνιθες ὥς] Potuiſſet & hic & alibi dicere, ὡς ὄρνιθες. Sed altera illa verborum poſitio majorem habet emphaſin. Vid. Δ. *v.* 482. CLARK.

V. 3.

Οὐρανόθι πρὸ] πρὸ τοῦ οὐρανοῦ. ὅ ἐστιν, ἐν τῷ ἀέρι, ante cœlum, *i. e.* in aëre.

V. 4.

Φύγον] ἔφυγον, effugerunt.

Ἀθέσφατος, ου, ὁ, ἡ, ineffabilis: ingens, vehemens, nimius: *quaſi* ὃ οὐδὲ Θεὸς φατίζοι, quod ne Deus ipſe quidem poſſit effari. ex α priv. & θέσφατος, a Deo pronunciatus.

Ὄμβρος, ου, ὁ, imber, pluvia.

V. 5.

Ταίγε] αὗται. Ἐπὶ *h. l.* ſupra.

Ὠκεανοῖο ῥοαὶ, inquit *Doctiſſ.* FISCH. *in Præfat. ad* WELL. *Gramm. Gr.* ſunt *Oceanus.* ita *Il.* B. *v.* 869. Μαιάνδρου ῥοαὶ *Mæander.* quem Pleonaſmum a Latinis quoque Poëtis expreſſum nonnunquam videas. Sane *Xanthi fluenta* apud *Virgil.* (*Æn. IV:* 143.) ſunt ipſe *Xanthus:* & ſic apud reliquos Poëtas ſimilia loca complura extant. Eodem pertinent verba *Anacreontis* hæc: (*Od. LX:* 4.) ἐπὶ Ἀνθαίου δίνῃσι: in quibus δίνῃσι manifeſte redundat.

V. 6.

Πυγμαῖος, ου, ὁ, Pygmæus. a πυγμὴ, ῆς, pugnus. *item* menſura continens ſpatium, quod eſt a cubito ad digitos clauſos; quia Pygmæi populi non excedebant iſtam menſuram ſtatura ſua.

V. 7.

Ἠέριος, ία, ιον, *h. l.* aërius, per aërem volans, qui eſt in aëre. ab ἠὴρ, *pro* ἀὴρ. Ἠέριαι] ἀεριναί. Προφέρονται] ἐπιφέρουσι.

V. 8.

v. 8.

Σιγῇ, tacite. *plene*: σὺν σιγῇ, cum ſilentio.
Πνείοντες, ſpirantes. *Poët.* pro πνέοντες.

I. — 9.

Nonnulli colligere poſſent ex principio *hujus Iliadis*, hujusmodi clamorem exſtitiſſe immanem conſuetudinem, uſurpatam quidem a Trojanis, ſed deriſam a Græcis optime moratis. Verum hoc tantum intelligendum de ipſorum itinere, ut itidem liquet ex alio loco. *Iliad.* Δ. *v.* 427. *ſeqq.* ubi Græcorum ordinem profectionemque conſtantem, Barbarorum vero confuſionem ac itinera inordinata optime oſtendit. POTT. *Tom. II. p.* 71.

v. 11.

Κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω] *Ovium* ſcilicet *prædatoribus* nebula, quam ipſa nox, commodior. CLARK. Κλέπτης, ου, ὁ, fur.

v. 12.

Τόσσον — eousque. Ὅσον — quousque.
Ἐπιλεύσσω, adſpicio, proſpicio. Ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν] ὅσον ἐπὶ λίθου βολήν. *Schol.*

v. 13.

Κονίσαλος, *vel* κονίσσαλος, ου, ὁ, pulvis motus, pulvis excitatus. ex κόνις, εως, ἡ, pulvis, & ἅλλομαι, ſalio.
Ὄρνυμι, excito, concito. ab ὄρω, *idem.*
Ἀελλὴς, έος, ὁ, ἡ, procelloſus, turbinis in modum convolutus. ab ἄελλα, ης, ἡ, procella, turbo.

v. 15.

Σχεδὸν, *adv.* prope, propemodum, fere, ferme.
Ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες] ἀλλήλοις ἐπερχόμενοι, ἐπιόντες. Τμῆσις. (invadentes.)

v. 16.

Προμαχίζω, in prima acie pugno. a μάχη, pugna.
Bellis Heroum in prima acie pugnabant *imperatores*, ut apparet ex omnibus præliis ab Homero deſcriptis: unde non raro nuncupati πρόμαχοι & πρόμοι, quia προεμάχιζον τῶ στρατῶ, *in exercitus fronte pugnabant.* Sic *h. l.* quando Alexander Trojanos educit, Τρωσὶν προμάχιζεν κ. τ. λ. POTT. *Tom. II. p.* 72.
Θεοειδὴς] Specie ac pulchritudine *Corporis*, non virtutibus, inſignis. CLARK.

v. 17.

v. 17.

— Παρδάλειος, ſive παρδάλεος, ία, εον, pantherinus. hinc ἡ παρδαλῆ, ῆς, ſcil. δορά, pellis pardalis. apud *Hom.* παρδαλέη. ἡ πάρδαλις, εως, ἡ, pardalis.

Heroes maximæ gloriæ ducebant *pellibus ferarum* in ſui tutelam amiciri, quas præ ſe ferebant tanquam pignora ſuæ fortitudinis. Hujusce rei exempla ubicunque apud Poëtas occurrunt. Sic *Theocritus* Διοσκύροις:

Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο
Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων·
At ſuper dorſum & collum exſtabat
Pellis leonis ab extremis ſuſpenſa pedibus.

Pellis leonis ab Hercule interfecti apud Hiſtoricos celebratur, & Homerici Heroes eodem habitu ſæpius inducuntur; cujus ad exemplum alii Græci Latinique Poëtæ ſuos Heroes ſimili indumento inſtruxerunt. Sic Aceſtes apud *Virgil. Æneid. V. v.* 36.

— occurrit Aceſtes
Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidos urſæ.

POTT. *Tom. II. p.* 24. 25.

Καμπύλος, η, ον, curvus, inflexus. a κάμπτω, flecto.

Τόξα, *pro* τόξον. Eſt *Enallage Numeri*, & quidem *Pluralis* pro *Singulari.* Ita *Anacreon* (*Od. XIV.* 10.) δοῦρα, *pro* δόρυ: & (*Ode XV.*) κάρηνα, *pro* κάρηνον. Sic *Æſchines* (*Dial. III.* 21.) σπλάγχνα, *pro* σπλάγχνον dixit. Nam Tityus, de quo loquitur ibi, ſupplicio, ob Latonam tentatam, fertur affectus fuiſſe hoc, ut jecur ejus immortale, non omnino viſcera, vultur roſtro immanis tonderet. FISCH. *Præf. ad* WELL. *Gramm.* (*p. XI. & XII.*)

v. 18.

Κεκορυθμένος, *per Syncopen* pro κεκορυθημένος, armatus, munitus. a κορυθέω. Aut potius, ſecundum alios, *per Antiſtœchon*, pro κεκορυσμένος, a κορύσσω, galea armo. *item*, armo *in genere.*, a κόρυς, υθος, ἡ, galea. (δοῦρε) κεκορυθμένα χαλκῷ, (haſtilia) ferro munita, *aut* acuminata, *aut* ferreas cuſpides habentia.

v. 19.

Πάλλω, vibro, quatio, agito.

Προκαλίζετο πάντας ἀρίστους] Pulcherrime deſcribit Poëta

virum

virum non prorſus ignavum, nec tamen fortem ſatis; nequitiæ ſibi conſcium; cujus ſolius tamen cauſa bellum eſſet ſuſceptum; fortiſſimos ſtatim, etiam prius quam *Hector* ſe oſtenderet, provocantem ad certamen; feroc cientem, jactabundum, μακρὰ βιβῶντα. *v.* 22. ſimul autem primum ut Hoſtis, cui injuriam intuliſſet, contra incederet, retro cedentem. *v.* 32. CLARK.

Προκαλίζομαι, provoco, laceſſo. ex πρὸ & καλέω, voco.

v. 20.

Ἀντίβιον, *idem quod ἀντιβίην. Il.* A. *v.* 278.

Αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis. 2.) horribilis, terribilis.

Δηϊοτὴς, ῆτος, ἡ, pugna, certamen: bellum. a δήϊος, ία, ιον, hoſtilis, infeſtus.

v. 21. *ſqq.*

Τὸν δ' ὡς ὖν ἐνόησεν] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 321. u. f.

v. 22.

Ὅμιλος, ȣ, ὁ, cœtus, turba, multitudo. *h. l.* turma, caterva, agmen, multitudo militum.

Βιβάω, βίβημι, eo, gradior, incedo. μακρὰ βιβῶντα, *non:* magnis incedentem paſſibus: *ſed:* e longinquo venientem. CLARK.

v. 23.

Κύρω, fut. *Æol.* κύρσω, incido: nanciſcor.

v. 24.

Κερόεις, ἡ, ὸν, cornutus. a κέρας, ατος, τὸ, cornu.

v. 25.

Μάλα, *h. l.* avide. Εἴπερ, etiamſi.

v. 26.

Σεύομαι, *h. l.* proſequor, inſequor, perſequor.

v. 28.

Ὀφθαλμοῖσιν ἰδών] Περισσὸν τὸ ὀφθαλμοῖς, ἤρκει γὰρ τὸ ἰδών. *Schol.* Vid. FISCH. *Præf. ad* WELL. *Gramm. Gr.* (*p. XI.*) ita *v.* 169. *hujus Iliad.* ἴδον ὀφθαλμοῖσιν.

Τίσασθαι (mavult Vir Doctiſſimus *H. Stephanus* τίσεσθαι, cum *v.* 366. *hujus Libri* exſtet τίσεσθαι.) ſe ulturum.

Ἀλείτης, ȣ, ὁ, ſceleratus, impius. ab ἀλείτω, pecco.

v. 29.

Ὄχος, ȣ, ὁ, *vel* εος, τὸ, currus, vehiculum. ab ἔχω, habeo.

Χαμᾶζε

Χαμᾶζε, *adv.* humi, in terram. a χαμαὶ, humi, in terra.

v. 31.

Πρόμαχος, ου, ὁ, qui pugnam init in prima acie, anteſignanus.

Καταπλήσσω, *vel* ττω, perterrefacio, percello, obſtupefacio. ex κατὰ & πλήσσω, percutio. Φίλον ἦτορ, animo ſuo.

v. 32.

Ἔθνος] πλῆθος, agmen. *v.* 22. ὅμιλος.

Χάζω, ομαι, cedo, do locum, recedo, retrocedo.

Ἀλεείνω, effugio, declino, evito.

v. 33.

Παλίνορσος, ου, ὁ, ἡ, retrogradus, reſiliens, rurſus concitatus. ex πάλιν, & ὄρω, concito. Ἀπέστη, fugit.

v. 34.

Βήσσης, *Jon.* pro βήσσαις, a βῆσσαι, ῶν, αἱ, loca in montibus, per quæ gradi poſſumus. 2.) ſaltus. 3.) convalles, valles profluæ.

Τρόμος, ου, ὁ, tremor, timor. a τρέμω, tremo, trepido.

Ὑπὸ — ἔλλαβε, invaſit, occupavit.

Γυῖον, ου, τὸ, membrum, *inprimis* majus, *ut* pes manusve.

v. 35.

Ἀναχωρέω, ῶ, retrocedo, redeo, revertor. ex ἀνὰ & χωρέω, vado, eo: cedo.

Ὦχρος, ου, ὁ, pallor, palliditas. Μιν παρειὰς, ejus genas.

Παρειὰ, ᾶς, ἡ. mala, maxilla, gena. Ἕλε, cepit.

v. 36.

Ἔδυ, ſubrepſit. *Scholiaſtes:* ὑπεισῆλθε. Μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς φωλεοὺς καταδυνόντων ἑρπετῶν.

v. 39.

Δύσπαρις, ιδος, ὁ, infauſtus & infelix Paris. a δὺς, *quod uſurpatur tantum in compoſitione pro* ægre, male, infeliciter, & Πάρις, Paris.

Γυναιμανὴς, έος, ὁ, ἡ, mulierum amore inſanus, mulieroſus. a γυνὴ, & μαίνομαι, inſanio.

Ἠπεροπευτὴς, οῦ, ὁ, impoſtor, deceptor. ab ἠπεροπεύω, decipio, fallo. ab ἤπειρος, *pro* ἄπειρος, infinitus, innumerus, & ὀπεύω, ominor: quod eſt ab ὄψ, ἡ, vox. *Vel*, ſecundum *Euſtath.* quaſi ἡμεροπευτὴς, ab ἥμερος, blandus, & ὄψ, vox: qui blandis verbis decipit.

v. 40.

V. 40.

"Αἰθ' ὄφελες ἔμεναι, — ἀπολέσθαι, utinam eſſes, — periiſſes. Vid. *Il.* A. *v.* 415.

"Αγονος, ου, ὁ, ἡ, non natus: prole carens. ex α priv. & γείνομαι, gignor, naſcor.

"Αγαμος, ου, ὁ, ἡ, cœlebs, qui uxorem non duxit, *vel* quæ non nupſit. ex α priv. & γάμος, nuptiæ.

Suetonius in vita Cæſaris Octav. Auguſti, *Cap.* 65. memorat, eum hunc verſum ſæpe uſurpare ſolitum eſſe filiæ & neptis turpitudinem deteſtantem:

"Αἰθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι!

O utinam aut eſſem cœlebs, aut prole carerem!

V. 41.

Καί κε τὸ βουλοίμην] *Sane ego, iſtic ſi eſſem, mallem id & ipſe*, &c. CLARK.

Κέρδος, εος, τὸ, lucrum, quæſtus, utilitas. Hinc *Comparat.* κερδίων, ὁ, ἡ, καὶ τὸ κέρδιον, lucroſior, utilior; lucroſius, utilius. & *Superlat.* κέρδιστος, utiliſſimus, lucroſiſſimus.

V. 42

Λώβη, ης, ἡ, injuria, contumelia. 2.) opprobrium, dedecus.

'Επόψιος, ου, dicitur ut lat. *conſpiciendus* in malam partem. ERN. ab ἐπόπτομαι, inſpicio, conſpicio.

V. 43.

"Ηπου, certe, profecto.

Καγχαλάω, ῶ, cachinnor, rideo. 2.) exſulto gaudio. καγχαλόωσι, *pro* καγχαλῶσι, præſ. Subjunct.

V. 44.

Φάντες, ſuſpicati: ὑπολογισάμενοι, ὑπολαβόντες.

Πρόμος, ου, ὁ, anteſignanus: propugnator. a πρόμαχος, *contr.*

V. 45.

"Επ' *pro* ἔπι, quod pro ἔπεστι, ineſt. ab ἔπειμι.

'Αλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vires. 2.) fortitudo, ſtrenuitas.

V. 46.

"Η; num?

V. 47.

'Επιπλώω, innavigo, transnavigo. ex ἐπὶ & πλώω, *Poët.* pro πλέω, navigo.

'Ερίηρες, *Jon.* pro ἐρίηροι; ſic in accuſ. ἐρίηρας, pro ἐρι- ab

ab ἐρίηρος, amabilis. a cujus nominat. ἐρίηρος, fiat ἐρίηρ, peramabilis, conjunctus. ab ἔρι & ἐράω, amo, idem ἐράζω. Alii deducunt ab ἄρω, adapto. ἑταίρους ἐρίηρας, charos ſocios, rite compactos comites, bene aptatos inter ſe ſocios.

v. 48.

Μιχθεὶς, permiſtus. a μίγνυμι, ύω, miſceo, permiſceo.

Ἀλλοδαπὸς, ὴ, ὸν, externus, extraneus, alienigena, peregrinus. ex ἄλλος, & δάπεδον, ſolum.

Εὐειδὴς, έος, ὁ, ἡ, ſpecioſus, formoſus, ſcitus, pulcher. ex εὖ & εἶδος, ſpecies.

Ἀνάγω, *h. l.* abduco.

v. 49.

Νυὸς, ȣ̃, ἡ, filii *ſeu* fratris uxor. Græci enim pro Helena, ceu pro fratris communis uxore, recuperanda pugnabant.

v. 50.

Πῆμα, ατος, τὸ, damnum, detrimentum, exitium: clades.

v. 51.

Δυσμενὴς, έος, ὁ, ἡ, cujus animus male erga aliquem adfectus eſt, malevolus, inimicus. ex δὺς & μένος, animus.

Χάρμα, ατος, τὸ, gaudium, lætitia. a χαίρω, gaudeo.

Κατήφεια, ας, ἡ, *Jon.* είη, ης, vultus demiſſus, pudor cum mœrore: dedecus. a κατηφὴς, έος, ὁ, ἡ, qui eſt vultu præ pudore triſti & demiſſo, mœſtus. quod ex κάτω, deorſum, & φάος, vultus, oculus. *Plutarchus* περὶ Δυσωπίας docet, κατήφειαν definiri λύπην κάτω βλέπειν ποιȣ̃σαν, h. e. *triſtitiam quæ facit, ut oculos dejiciamus.*

v. 52.

Μένω *ſignif. in bello* in ſtatione & loco ſuo manens exſpectare, & ſuſtinere irruentem.

v. 53.

Γνοίης κ', Noſſes utique.

Παράκοιτις, ιος, ἡ, uxor. ex παρὰ, & κοίτη, ης, cubile: concubitus.

v. 54.

Κίθαρις, εως, ἡ, cithara. a κιθάρα, ας, ἡ, *idem.*

Τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης] Illud obiter notandum, Poëtam contemtim loqui de cithara Paridis, cum laude de cithara

Achillis *Il.* I. *v.* 187. Nempe Achilles canebat res Heroum &c. Paris voluptatis inſtrumentum & alimentum habebat. Itaque Alexander M. noluit Paridis citharam videre, ſed Achillis. ERN. Idem in *h. l.* notat RICC. *Diſſert. Hom. XXIII.* & FEITH. *Ant. Hom. L. IV. C. V.* §. *V. nec non* SPOND. & DACIER.

v. 55.

Etſi in viris æque ac mulieribus apud priſcos Græcos fuerit *comæ* ſtudium; *non* tamen *ſemper laudatum*; ut ex eo liquet, quod Paridi veluti effœminato coma objicitur *h. l.* ab Hectore, & *Lib. XI. v.* 384. *ſqq.* Diomede. FEITH. *L. III. C. X.* §. *VII.* RICC. *Diſſ. Hom. XXXIV.*

Ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης] ὅταν ἀναιρεθῇς, συςὰς εἰς μάχην τῷ Μενελάῳ· κόνιν γὰρ ἔλεγον καὶ τὴν μάχην οἱ παλαιοί. Schol.

v. 56.

Δειδήμων, ονος, ὁ, ἡ, timidus, meticuloſus. a δείδω, timeo.

Ἦ τέ κεν ἤδη] νῦν γὰρ εὐθέως ἄν.

v. 57.

Λάϊνος, ίνη, ινον, lapideus. a λᾶας, lapis.

Ἕσσο, pro ἕσο, quod eſt pro εἷσο, ab εἵμην, indutus fuiſſes. plusquam perf. Paſſ. ab ἕω, induo.

Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα] *Lapidatus*, lapidibus obrutus fuiſſes; vel fortaſſe, ſimpliciter, *ſepultus.* CLARK.

Grave & animadverſione dignum crimen patrare exiſtimati, qui alienum thorum violaſſent. — Omnium clariſſimum eſt exemplum Paridis, qui cum Helenam Menelai uxorem e Sparta abduxiſſet, univerſam Græciam adverſus ſe ac Trojanos concitavit, a quibus ipſe cum ſuis internecione deletus. Et quidem Hector eum *lapidea tunica induendum* cenſuit, *tam immanis ſceleris nomine.* Quæ adulterii pœna apud orientales populos perantiqua; ut conſtat ex lege Dei *Deut. XXII.* 22. & *Joh. VIII.* 5. Ac omnium pene gentium moribus *pœna capitalis impoſita adulteris*; quam deprehendens maritus ipſe poterat inferre, ut liquet ex *Demoſthene* in *Ariſtocr.* & *Digeſt. ad legem Juliam de Adulter.* FEITH. *Ant. Hom. L. II. C. XVI.* §. *I.* & *II.* add. POTTER. *Tom. I. p.* 133. & *Tom. II. p.* 245. 246. *Cel.* CHRIST. BRUNINGS *Comp. Antiq. Græc. Cap. VI.* §. 15. & *Cap. XV.* §. 15. aliosque permultos.

Ἔοργας

Ἔοργας, patraſti, præt. ind. Med. *Att.* pro ὤργας. a v. *inuſit.* ἔργω, facio.

v. 59.

Κατ' αἶσαν, jure: κατὰ τὸ προσῆκον.) (ὑπὲρ αἶσαν, injuria: ὑπὲρ τὸ προσῆκον. αἶσα, ης, ἡ, officium. *Il.* Α. *v.* 416. fatum.

v. 60.

Πέλεκυς, εως, ὁ, ſecuris, bipennis, a πέλυξ, *idem.*

Ἀτειρὴς, έος, ὁ, ἡ, indomitus. ex α priv. & τείρω, domo.

v. 61.

Εἶσιν, vadit: penetrat. ab εἶμι.

Δόρυ, *h. l.* lignum. Ὑπ' ἀνέρος] ὑπ' ἀνδρός. Προσληπτέον δὲ τὸ, καταφερόμενος. *Schol.*

v. 62.

Νήϊος, ία, ιον, *vel* νήϊος, ου, ὁ, ἡ, navalis. a νηῦς, *pro* ναῦς, navis.

Νήϊον] ξύλον πρὸς νεῶν κατασκευὴν ἐπιτήδειον. *Schol.*

Ἐκτάμνῃσιν, exſcindat. *Jon.* pro ἐκτάμνῃ, v. ἐκτάμνω. *Jon.* & *Dor.* pro ἐκτέμνω. *Vel* pro ἐκτάμῃ, *Poët.* inſerto ν, & *Jon.* addito σι, aor. 2. ſubj. v. ἐκτέμνω. aor. 2. ἐξέταμον.

Ἐρωὴ, ῆς, ἡ, impetus: vis. ab ἐρωέω, impetu feror.

v. 63.

Ἀτάρβητος, ου, ὁ, ἡ, intrepidus, non pavidus & meticuloſus. ex α priv. & ταρβέω, timeo, trepido.

v. 64.

Ἐρατὸς, ἡ, ὀν, amabilis, blandus. ab ἐράω, amo.

Προφέρω, *h. l.* exprobro, objicio, crimini objicio.

v. 65.

Ἐρικυδὴς, έος, ὁ, ἡ, valde illuſtris, admodum glorioſus. ex ερι & κῦδος, gloria.

Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ Θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Neutiquam ſpernenda ſunt Deorum præclara dona.

Proverbiale erat apud Gentiles, nihil ex donis a Diis datis ἀπόβλητον, *ſpernendum* eſſe. *Lucianus in Timone:* Οὔτοι ἀποβλητά εἰσι δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. *Non ſpernenda ſunt, quæ a Jove dantur munera.* His dictis convenit *S. Pauli* effatum 1. Tim. IV. 4. Πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον &c. Vide in *h. l.* WOLF. HOMB. KYPKE. alios.

v. 66.

Ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο] Vox ἑκὼν hoc in loco non ſignificet *volens* aut *lubens*; ſed, quod Latine dicitur, *ſuo arbitrio*. CLARK.

v. 68.

Κάθισον] De hac voce vid. B. 191.

v. 70.

Συμβάλετ pro συμβάλετε, committite, permittite, finite.

Ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι] περὶ τῆς Ἑλένης, καὶ τῶν κτημάτων αὐτῆς. *Schol.*

Κτῆμα, ατος, τὸ, poſſeſſio. κτήματα, opes, facultates, bona. a κτάομαι, poſſideo.

v. 71.

Ὁππότερος, *Poët.* pro ὁπότερος, uter. Κρείσσων, ſuperior.

v. 72.

Εὖ πάντα] Eleganter hoc exprimit Latinum *omnia omnino*. ERN.

v. 74.

Τοὶ δὲ νεέσθων. illi (*Græci*) vero redeant.

v. 77.

Ἀνείργω, ἀνείργω, arceo, repello, propello, inhibeo, cohibeo.

v. 78.

Ἱδρύνω, ſedere facio, ſtatuo, colloco. & *in Paſſ.* ſtatuor, collocor, ſedeo.

v. 79.

Ἐπιτοξάζομαι, arcum in aliquem tendo.

v. 80.

Τιτύσκομαι, intenſiſſime dirigo, ut certum ictum inferam, collimo, dirigo ad ſcopum.

Λᾶς, λαὸς, ὁ, lapis: *contr.* a λάας.

v. 81.

Μακρὸν, alta voce.

Ἄυω, & *per dialyſin* ἀΰω, clamo.

v. 83.

Στεύομαι, promitto, firmo. 'στεῦται, pro στεύεται, ut στεῦτο, B. *v.* 597. Ἐρέειν, ſe dicturum.

v. 84.

Ἔσχοντο μάχης, abſtinuerunt a pugna.

v. 85.

Ἐσσυμένως, *adv.* confeſtim; *propr.* incitato, cum impetu, cum ſtudio. ab ἐσσυμένος, quod a σύω, quatio, moveo.

v. 87.

Ὄρωρεν, *h. l.* ortum eſt (*ſcil.* bellum.)

v. 89.

Πουλυβότειρα, *Poët.* pro πολυβότειρα, ας, ἡ, multorum altrix. Epitheton *terræ.* ex πολὺς, & βόω, βόσκω, paſco.

v. 95.

Ἀκὴν, *adv.* tacite, quiete. ex α priv. & χαίνω, hiſco.

Ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, fuerunt taciti, conticuêre.

v. 98.

Φρονέω, cenſeo: ſpero. Διακρινθήμεναι, diremtum iri.

v. 99.

Πέποσθε, *Sync.* pro πεπόνηθε, paſſi eſtis. præt. Paſſ. a πονέω. *Vel potius* pro πεπόνθατε, præt. Med. v. πάσχω, patior. *pleonaſt. inſerto* σ.

v. 100.

Ἀρχὴ, *h. l.* cœptum, inceptum, ſuſceptum.

v. 101.

Ἡμέων] ἡμῶν.

Θάνατος καὶ μοῖρα, fatum mortis. *pro* μοῖρα θανάτου.

Τέτυκται, paratum eſt. *pro* τέτευκται, a τεύχω.

v. 102.

Τεθναίη, moriatur. præſ. opt. ab *inuſit.* τέθνημι, quod a θνήσκω, morior.

Διακρινθεῖτε, dirimamini. *pro* διακριθεῖτε.

v. 103.

Οἴσετε, adferte. Ἄρνε] ἄρνας, δυϊκῶς.

v. 105.

Πριάμοιο βίην] Vide ſupra ad Β. 658. Pro Adjectivo illo, quod mutua permutatione pro Subſtantivo Nominis Proprii ponebatur, non raro ipſum Nomen in Generandi Caſu ponitur, & cum Subſtantivo regente ſignificat ipſum illum, qui per ſecundum Caſum exprimitur. Ita *h. l.* *Priami vis* pro *ipſo Priamo.* HOOG. *ad* VIG. *Idiot. C. III. S. I. R. IX.* (N. 63.) add. FISCH. *Præf. ad* WELL. *Gr. p. IX.*

V. 106.

Ὑπερφίαλος, ου, ὁ, ἡ, fœdifragus, infidus, perfidus, qui violat jusjurandum, quod per phialarum libationes factum eſt. ex ὑπὲρ, & φιάλη, ης, phiala, poculum, patera.

Ἄπιςος, ου, ὁ, ἡ, *h. l.* infidus, cui non creditur, perfidus. ex α priv. & πίςις, fides.

V. 107.

Ὑπερβασία, ας, ἡ, transgreſſio. ab ὑπερβαίνω, transgredior.

V. 108.

Ἠερέθομαι, *h. l. Metaph.* inconſtans, *vel* ſuſpenſo animo ſum.

V. 109.

Μετέῃσιν, interfuerit. 3. ſing. præſ. ſubj. *Jon.* & *Poët.* cum ν ἐφελκ. pro μετῇ, v. μέτειμι, interſum.

V. 112.

Ἔλπομαι, ſpero, exiſtimo, puto. Παύσεσθαι, *ſe* finem facturos.

V. 113.

Ἐρύκω, inhibeo, contineo, coërceo, impedio. Ἐκ δ' ἔβαν αὐτοὶ] *E curribus deſcenderunt, & in medium exibant.* Fit autem ex ἔβασαν, ἔβαν. Simili analogia atque ex τράφ..σαν, τράφεν. CLARK.

V. 114.

Ἐκδύω, exuo. Τὰ, quæ. Κατέθεντ', depoſuerunt.

V. 115.

Πλησίον ἀλλήλων, prope ſe invicem.

Ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρουρα] βραχὺ δ' ἦν τὸ μεταξὺ τῶν στρατευμάτων διεῖργον αὐτοὺς χωρίον. *Schol.*

V. 116.

Προτὶ, *pro* πρὸς, *Dorice.*

V. 118.

Προΐει, *miſit*; præmiſit. *contr.* ex προΐειε pro προΐη. ex προΐημι, præmitto.

V. 119.

Ἐπὶ, ad.

V. 120.

Οἰσέμεναι, adferre. pro οἴσειν, v. οἴσω.

V. 122.

Γάλοως, ἡ, τῆς γάλοω, & γάλως, ἡ, τῆς γάλω, item γάλωος, glos, ſoror mariti.

Ἀντηνο-

Ἀντηνορίδαο] Ἀντήνορος παιδὸς, Ἑλικάονος.

Δάμαρ, αρτος, ἡ, uxor. quaſi γάμαρ, a γάμος, nuptiæ. vel ἀπὸ δαμάζεσθαι ἀνδρὶ, quod viro ſubjiciatur.

V. 125.

Ἡ δὲ μέγαν ἱςὸν] Notandum eſt, quod etiam alias apud hunc Poëtam obſervandum veniet, qualem nobis ille *h. l.* Helenam proponat, nimirum non deſidioſam, ſed operibus ſuis intentam, qualia etiam Reginæ illius temporis maxime exercebant. Erant enim textrices, ſed cum artificio non vulgari: quia telis ſuis egregia Heroum facta ac hiſtorias præcedentium temporum intertexebant. Nentem etiam in *Odyſſea* videbimus. Adverte igitur, quam diligenter Poëta deſidiam ab omni hominum genere repurget. SPOND. add. FEITH. *L. IV. C. III.* §. *III.*

Ὑφαίνω, texo, detexo. ab ὑφάω, *idem.*

V. 126.

Δίπλαξ, ακος, ἡ, læna duplicata. a διπλάζω, gemino, duplico.

Μαρμάρεος, έα, *Jon.* έη, εον, marmoris more candens *ſeu* ſplendens: ſplendidus. a μαρμαίρω, rutilo, ſplendeo.

Ἐμπάσσω, & ττω, inſpergo. *h. l.* intexo.

Ἄεθλος, ου, ὁ, certamen. *h. l.* labor. Ἀέθλους] νῦν τοὺς κατὰ τὸν πόλεμον πόνους. *Schol.*

V. 130.

Νύμφη, ſeu νύμφα, ης, ἡ, ſponſa. *Nymphæ* ſunt numina muliebria, quæ montibus, ſilvis, pratis, fontibus præeſſe credebantur.

Θέσκελος, ου, ὁ, ἡ, Deo ſimilis, admirabilis, admirandus. a Θεὸς & ἴκελος, ſimilis.

Ἴδηαι, videas, aor. 2. ſubj. Med. *Jon.* pro ἴδῃ. v. εἴδω, video.

V. 132.

Ἐπ' ἀλλήλοισι φέρον] ἐπέφερον ἀλλήλοις.

Πολύδακρυς, υος, ὁ, ἡ, lacrimoſus. a δάκρυ, lacrimæ. Πολύδακρυν] πολλῶν δακρύων καὶ ςεναγμῶν αἴτιον, διὰ τοὺς ἀναιρουμένους ὑπ' αὐτοῦ. *Schol.* Ἄρης, *h. l.* bellum.

V. 133.

Λιλαίομαι, cupio, appeto, deſidero. *cum Genit.*

v. 134.

Ἕαται, ſedent. præſ. ind. Jon. v. ἧμαι, ſedeo.

v. 135.

Κεκλιμένοι, innixi. Πέπηγεν, fixæ ſunt (*haſtæ.*) præt. Med. v. πηγνύω, ſeu πήγνυμι, compingo: figo, infigo.

v. 138.

Κεκλήσῃ, vocaberis. paulo poſt fut. v. καλέω, voco: quod format præt. Paſſ. κέκλημαι, tanquam a κλέω, a cujus ſecunda perſona κέκλησαι formatur κεκλήσομαι.

v. 139.

Ἵμερος, ου, ὁ, deſiderium, cupiditas, cupido.

v. 140.

Τοκεὺς, έως, ὁ, parens, genitor. a τίκτω, pario. τοκήων. *Jon.* pro τοκέων.

v. 141.

Ἀργεννὸς, ή, ὸν, albus. ab ἀργὸς, *idem.*

Καλυψαμένη, cum ſe ipſam cooperuiſſet. a καλύπτω, tego, operio, velo. Vid. *Comment. de Verbis Gr. Mediis. p.* 243.

Ὀθόνη, ης, ἡ, linteum, velum.

Linteo velata Helena fuit, cum egrederetur ad videndum prælium. Mos hic gentibus illius tractus, jam inde ab antiquiſſimis temporibus, ut nonniſi velatæ egrederentur ac prodirent mulieres. FEITH. *L. III. C. VII. §. III.*

v. 142.

Θάλαμος, ου, ὁ, thalamus, cubiculum.

Τέρην, εινα, εν, tener, mollis.

v. 143.

Ἀμφίπολος, ου, ὁ, ἡ, famulus, famula: *quaſi* περὶ τὴν δέσποιναν πολοῦσα, circa dominam verſans. ex ἀμφὶ & πολέω, verſor.

Ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπ. δύ' ἕποντο· FISCH. *in Præf. ad* WELL. *Gr.* (*p. XVI.*) Grammatici, *inquit*, recte docent, Verbis *ſequendi* fere Caſum tertium addi, ſed, unde pendeat Dativus ille, non dicunt. Videtur autem pendere ab ἅμα, vel ſimili quadam particula, quæ intelligi debet. Didici hoc ex eo, e cujus poëmatis omnia diſcuntur: nam *h. l.* dicit: ἅμα τῇγε καὶ &c. Sic & in iis locis, ubi quartus Caſus abſolute, Adjectivis maxime & Verbis, jungitur, non modo κατὰ, verum & εἰς deeſſe,

idem

idem me Poëta docuit: nam eadem illa Rhapſodia *paulo inferius* (*v.* 158.) hæc habentur: ἀθανάτῃσι θεῇς ΕΙΣ ὦπα ἔοικεν.

v. 146.

Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον] Quemadmodum Πριάμοιο βίη eſt *Priamus ipſe*; vid. ſupra ad *v.* 105. & ad Β. 658. Ita οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, *Priami aſſeclæ & pediſequi*, *Priami comitatus*, idem ſonat ac *ipſe Priamus*. CLARK. add. VIG. *Idiot. C. I. R. V.* (*N.* 8.) WELL. *p.* 340. 341. FISCH. *p.* 380. 381.

v. 148.

Πνῦμι, & πνῦμαι, ſpiro, vivo, intelligo, ſapio, πέπνυται, ſapit. πεπνυμένος, ſapiens, cordatus, prudens.

v. 149.

Εἵατο, ſedebant, imperf. *Jon.* v. ἧμαι, ſedeo.

Δημογέρων, οντος, ὁ, ſenior populi, judex populi, ſenator ob ætatem, pater ob auctoritatem, a δῆμος, populus, & γέρων, ſenex.

v. 150.

Γήραϊ δὴ] διὰ γῆρας· ob ſenectutem.

v. 151.

Τέττιξ, γος, ὁ, cicada.

Τεττίγεσσιν ἐοικότες] Aptiſſima comparatio in ſenes: frigidis enim & ſtridulis *cicadis* in arboribus frigidi & garruli ſenes in excelſa turri componuntur. *Frigidos* ſenes intelligo, in quibus calor ille bellicus deferbuit, ut antea dixit, eos πολέμοιο πεπαυμένους, ἀλλ' ἐσθλοὺς ἀγορητάς. Cicadas autem *maſculas* intellige, non *fœminas*. *Maſculæ* enim, quæ *Achetæ* dicuntur, ſolum canunt, *fœminæ* ſilent. *Plin. Lib. XI. Cap.* 26. *Ariſtot. Hiſt. Anim. Lib. V. Cap.* 30. Recte autem fingit cicadas in arboribus conſidentes: amant enim arbores, unde *ibidem* ſcribit *Ariſtoteles*, naſci non poſſe cicadas, ubi arbores deſunt: quocirca apud Cyrenam nullæ in campo ſunt, cum circa oppidum ipſum multæ proveniant. Mirum eſt autem mihi, cur cicadarum ὄπα λειριόεσσαν Poëta appellaverit, cum certum ſit, ſtridulum & aſperum illarum eſſe cantum; unde hæc comparatio ad eloquentiæ laudem multum momenti non habet, ſed ad loquacitatem tantum. Sed *Homero* fingere quidlibet fas fuit. Non prætermittam, Tithonum Trojanum

janum fuiſſe, qui in cicadam converſus fingitur, forſan propter ſuam in ſenio loquentiam, ut hinc plus leporis ſit habitura hæc comparatio in Trojanos. SPOND. *Porro*, Athenienſes ſæpe ſe vocare amabant Τέττιγας, *Cicadas*, ipſorumque nonnulli aureas cicadas gerebant, eas capillis ſuis ornamenti gratia innectentes, ut hoc ſigno a recentioris ævi & ignobilioris ortus hominibus diſtinguerentur, quoniam hæcce inſecta ex ipſo ſolo progenita credebantur. POTT. *Tom. I. p.* 1. 2. Conf. etiam *Anacreontis Ode* εἰς Τέττιγα.

V. 152.

Δένδρεον, ου, τὸ, arbor.

Ἐφέζομαι, inſideo. ex ἐπὶ & ἕζομαι.

Ὄπα λειριόεσσαν] Vocem *ſuavem*; vel, ut alii, *gracilem*. CLARK. λειριόεις, όεσσα, όεν, liliaceus: floridus: ſuavis: tener. a λείριον, ου, τὸ, lilium: flos narciſſi: flos quilibet.

Ἱεῖσι, emittunt. v. ἵημι, mitto.

V. 153.

Ἧντ' pro ἧντο, ſedebant. v. ἧμαι, ſedeo.

Πύργος, ου, ὁ, turris. 2.) arx, caſtellum. 3.) moenia, quæ fere turribus inſtructa.

V. 155.

Ἦκα, *adv.* leniter, quiete, ſenſim, ſubmiſſe.

V. 156.

Νέμεσις, εως, ἡ, indignatio cum quadam invidia. 2.) juſta reprehenſio. Οὐ νέμεσις, Non *eſt* indigne ferendum. a νεμεσάω, indignor, iraſcor.

V. 157.

Ἀμφὶ *h. l.* propter, ob.

V. 158.

Αἰνῶς ἔοικεν] Joniſmus eſt in αἰνῶς pro σφόδρα, qui etiam apud *Herodotum* obvius eſt, ut *IV.* 61. αἰνῶς ἄξυλος χώρα, & ap. *Hippocratem.* v. Foeſ. Oecon. H. in *v.* De forma ἀθανάτῃσι v. *Euſtath.* ad *Il.* P. 78. ἀθανάτῃ, *inquit*, ἀναλόγως εἴρηται τῷ, ἡ εὐποιήτη, ἡ εὐξέστη, ἡ ἄσβεστη, καὶ τοῖς ὁμοίοις. ERN.

Ὦψ, ὠπὸς, ὁ, oculus, *h. l.* adſpectus, vultus, facies. ab ὄπτομαι, video. εἰς ὦπα, vultu, quod ad vultum. Vid. v. 143. *hujus Iliad.*

V. 160.

'Οπίσσω, *h. l.* in poſterum, poſtea.

Λίποιτο, relinquatur. aor. 2. opt. Med. v. λείπω, relinquo.

v. 161.

"Εφαν, *Bæot.* pro ἔφησαν, dixerunt. v. φημί.

v. 162.

"Ιζευ ἐμεῖο] καθίζε μετ' ἐμοῦ. "Ιζευ, ſede. *Dor.* pro ἵζε.

v. 163.

Πόσις, ιος, ὁ, maritus.

Πηὸς, οῦ, ὁ, adfinis, *Jon.* pro παὸς, a πάω, poſſideo: quem *ſcil.* per adfinitatem poſſidemus. οἱ φίλοι, ait *Euſtath.* dicuntur, qui genere nos attingunt: πηοὶ autem, qui nuptiis affines & domeſtici facti ſunt.

v. 164.

'Εσσὶ, es. *Poët.* pro εἶ, v. εἰμὶ, ſum.

v. 165.

'Εφορμάω, ῶ, irruo, invado, impetum facio aliquo.

'Εφώρμησαν] ἐπελθεῖν καὶ ἐφορμῆσαι ἐποίησαν. *Schol.*

v. 166.

Πελώριος, ου, ὁ, ἡ, monſtruoſus, portentoſus, admirandus, ſuſpiciendus, mirus, ingens, immanis. a πέλωρ, ωρος, τὸ, monſtrum: ingens.

'Εξονομαίνω, nuncupo, nomine voco. ἐξονομήνῃς, aor. 1. ſubj. Act.

v. 167.

'Ηΰς, ἰος, ὁ, bonus. 2.) fortis. 3.) magnus. 4.) generoſus.

v. 168.

Μείζονες] ὑψηλότεροι, altiores. "Εασι, ſunt, *Jon.* pro εἰσί.

v. 170.

Γεραρὸς, ρὰ, ρὸν, honorandus, venerandus, auguſtus. a γέρας, τὸ, præmium, honor.

Βασιλῆϊ ἀνδρὶ] Conf. BLACKW. *Auct. S. Claſſ. &c. p.* 30.

v. 172.

'Εκυρὸς, οῦ, ὁ, ſocer, mariti pater.

Δεινὸς, ἡ, ὸν, *h. l.* auguſtus, reverendus, timendus.

v. 173.

'Ως ὄφελεν θάνατός μοι] Pulcherrime, & ſingulari plane cum condecentia, atque ad perſonam convenientiſſime, dedecus ſuum hic in exordio orationis præfatur *Helena*:

ως

ὡς ὄφελεν θάνατός μοι &c. & eodem tandem deſinit ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, εἴ ποτ' ἔην γε. CLARK. *Utinam mors mihi placuiſſet* &c. ὄφελε *h. l.* cum particula ὡς. Vid. *v.* 428. *hujus Iliad.*

Ἀδέω, ῶ, placeo.

V. 174.

Θάλαμον] νῦν, τὸν οἶκον· περιφραστικῶς. Γνωτὸς, οῦ, ὁ, notus. 2.) conſanguineus, propinquus, frater, *ut h. l.* a γινώσκω, noſco.

V. 175.

Τηλυγέτης, ου, & τηλύγετος, έτη, ετον, *propr.* natus procul abſente patre. 2.) in ſenectute genitus. 3.) natu minimus. 4.) *h. l.* carus parentibus. *alii*, unicus. a τῆλε, procul, & γίνομαι. *per Sync.* pro τηλυγενέτης.

Ὁμηλικία, ας, *Jon:* ίη, ίης, ἡ, ætatis æqualitas, eadem ætas. *h. l.* cœtus æqualium. ab ὁμῆλιξ, ικος, qui ejusdem ætatis eſt: æqualis. quod ex ὅμιλος, cœtus, ſeu ὁμὸς, ſimilis, & ἡλικία, ſtatura.

V. 176.

Ἀλλὰ τά γ' οὐκ ἐγένοντο] *Quod optaverint, quodque factum oportebat; non evenit.* CLARK.

Τὸ, quamobrem. Τέτηκα, liqueſco. a τήκω, liquefacio, macero, conſumo, tabefacio. τήκομαι, liqueſco, marceſco, tabeſco.

V. 177.

Ἀνείρεαι, interrogas. v. ἀνείρομαι, interrogo.

V. 179.

Ἀμφότερον βασιλεύς τ'] Quantus ſit hic verſus, & quanti faciendus, docuit Alexander. Is, ſi quando Homeri carminum perpenſio aut in ludis literariis, aut ſuper convivium fieret, alio aliud, ut fit, proponente, hoc ipſe ut omnium præſtantiſſimum probabat, videlicet interpretatus, quam laudem Homerus aliquot ante ſeculis de Agamemnone temere ſcripſiſſet, legem hanc ſibi latam eſſe adeo dicere ſolitum ferunt, eodem verſu Homerum Agamemnonis virtutem commendaſſe, Alexandri vero vaticinatum eſſe, refert *Plutarchus* de *Alex. Magni fortuna ſive virtute, Orat.* I. SPOND. C'eſt le vers d'Homere, dont Alexandre étoit le plus charmé, & celui, qu'il tâchoit

choit d'exprimer en ſa perſonne : auſſi renferme-t-il, comme dit Euſtathe, un Océan de louanges, & ne laiſſe rien à deſirer pour un Roi. DACIER.

v. 180.

Δαὴρ, ἔρος, ὁ, levir, mariti frater.

Ἔσκε, erat. imperf. *Jon.* pro ἦν, v. εἰμί.

Κυνῶπις, ιδος, ἡ, inverecunda, impudens. a κυνώπης, ου, ὁ, caninum adſpectum *ſive* vultum habens : impudens, inverecundus.

Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος; *Levir præterea meus erat impudentis.* Pronomina *Poſſeſſiva* Genitivum poſt ſe habent. POSS. *Synt. p.* 207.

Εἴ ποτ' ἔην γε] *Siquidem id meminiſſe fas ſit : Si unquam digna eram, quæ iſto nomine memorarer.* Vid. ſupra ad *v.* 173. *Euſtathius* hæc ita explicat : Τὸ δὲ, εἴποτ' ἔην γε, προφωνεῖ τὸν ἐπὶ τῇ μνείᾳ τοῦ ἀνδρὸς λυπούμενον ἴσως κατ' αὐτῆς· οἱονεὶ λέγουσα, ὡς οὐ νῦν ἐστιν, ἀλλά ποτ' ἦν. *Domina Dacier* hoc modo vertit : *Il étoit mon beau frere : Helas ! malheureuſe puis je vivre, & penſer, que je ne puis plus lui donner ce nom ?* CLARK.

v. 181.

Ἄγαμαι, admiror : laude proſequor, laudo, probo.

v. 182.

Μοιρηγενής, έος, ὁ, ἡ, bono, felici fato natus. ex μοῖρα, fatum : felicitas, & γίνομαι.

Ὀλβιοδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, fortunatus, felix. ex ὄλβιος, ου, beatus, felix : dives, locuples ; & δαίμων, felix.

v. 183.

Δεδμήατο, ſub imperio ſunt. *Jon.* a δμάω, pro δαμάω, domo, ſubigo ; pro ἐδεδμήατο, hoc vero pro ἐδέδμηντο. plusq. perf. Paſſ.

v. 184.

Ἤδη, jam, olim.

v. 185.

Ἔνθα ἴδον πλείστους] *Narratio* ſenſibus fere perpetua, etiam in hac brevi oratione mire condecet. CLARK.

Αἰολόπωλος, ου, ὁ, ἡ, veloces equos habens, *vel* maculoſos. 2.) bene equitans. ex αἰόλος, η, ον, varius : velox, & πῶλος, pullus equinus.

v. 187.

v. 187.

Στρατάομαι, ῶμαι, exercitum colloco, caſtra pono. a ςρατὸς, exercitus.

Ὄχθη, ης, ἡ, ripa, ora.

v. 188.

Ἐπίκουροι] ἀπὸ ξένης χώρας σύμμαχοι. Ἐπίκουροι γὰρ λέγονται, οἱ τοῖς πολεμουμένοις βοηθοῦντες· σύμμαχοι δὲ, οἱ τῶν πολεμούντων. *Schol.*

Μετὰ τοῖσιν] ἐν τούτοις.

Λέγω, *h. l.* numero, deligo, percenſeo.

v. 189.

Ἤματι τῷ, ὅτε &c. Die illo, quando &c. Ita plerumque apud Græcos & in N. T. χρόνος, ἡμέρα, ὥρα, ὅτε. WOLF. *Cur. Phil. & Crit.* BOS *Exercit. in* I. *Cor. III.* 13.

Ἀντιάνειρα, ας, ἡ, virago, viris æquiparanda. *Amazonum* epitheton. ex ἀντὶ, quod *h. l. comparationem* notat, & ἀνὴρ, vir. *ita paulo ante* ἀντίθεος, Deo ſimilis.

v. 190.

Τόσοι, tot. — ὅσοι, quot.

v. 191.

Ἐρεείνω, interrogo. ab ἐρέω, dico.

v. 194.

Ἰδὲ, *pro* ἠδὲ, &, atque. Ἰδέσθαι, viſu.

v. 196. *ſqq.*

Τεύχεα μέν οἱ κεῖται] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 181. u. f.

Κτίλος, ου, ὁ, aries, dux ovium.

Ἐπιπωλέομαι, οῦμαι, obambulo: obeo. 2.) luſtro. ex ἐπὶ & πωλέω, verto, verſo.

v. 197.

Ἀρνειῷ] Κριῷ· arieti, ovium duci.

Ἐίσκω, adſimilo, comparo. ab εἴκω, ſimilis ſum.

Πηγεσίμαλλος, ου, ὁ, ἡ, habens vellus denſum: villoſus. a πηγνύω, compingo, & μαλλὸς, οῦ, ὁ, vellus.

Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐίσκω] Priam, voyant Ulyſſe, qui alloit & venoit tranquillement au milieu de ſes troupes pour les faire ranger, le compare à un belier, à cauſe de ſa majeſté, qui éclate ſur ſa perſonne; car ſelon Salomon même, le belier eſt comme le lion, le ſymbole

de

de la fierté & de la grandeur. Dans Daniel, le Roi des Perſes & des Medes eſt deſigné par un *belier*, & dans toute l'Ecriture ſainte, il y a beaucoup d'endroits, ou les *beliers* ſont pris pour les Chefs des troupes. DACIER.

v. 198.

Ὄις, ὀιὸς, vel ὄϊς, ὄϊος, ἡ, ovis.

Πῶϋ, εος, τὸ, grex. a πάομαι, poſſideo.

Διέρχομαι, tranſeo, peragro, luſtro.

v. 199.

Διὸς ἐκγεγαυῖα] ἡ ἐκ τοῦ Διὸς γεννηθεῖσα. *Schol.*

Ἐκγεγαυῖα, prognata. præt. part. Med. v. ἐκγάω, enaſcor.

v. 201.

Ἰθάκης, κραναῆς περ ἐούσης] Homere veut enſeigner par là, qu'il ne faut mépriſer perſonne, parce qu'il eſt né dans un païs rude & groſſier, & que les païs les plus ſauvages portent de grands hommes. Alexandre étoit de Pella, Pindare étoit de Thébes, & Anacharſis étoit Scythe. DACIER. Idem in *h. l.* notat SPOND.

Κραναὸς, ἡ, ὀν, aſper: ſterilis. a κράνον, caput.

v. 202.

Δόλος, ου, ὁ, dolus, fraus.

Πυκνὸς, ἡ, ὀν, denſus, ſpiſſus, creber, frequens. 2.) prudens, *ut h. l. Per Syncop.* a πυκινὸς, *idem.* a πύκα, *adv.* denſe: prudenter.

v. 204.

Ἦ μάλα] ὄντως δή.

Νημερτής, έος, ὁ, ἡ, verus; in quo dicendo non peccatur, *ſeu* erratur.

v. 206.

Σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης] Vertunt Recentiores: *Tui cauſa legatus.* At *Euſtathius*: Ἕνεκ' ἀγγελίης τῆς κατὰ τὴν Ἑλένην. CLARK. Recte *Euſtathius.* Durius Græci utuntur genitivis, ubi latina lingua præpoſitione utitur: quod tamen & latini Poëtæ imitantur. Apud *Thucydidem* eſt ψήφισμα Μεγαρέων plebiſcitum de Megarenſibus, vel contra Megarenſes. I, 100. 140. ERN.

Ἀγγελίας, *Poët.* gen. ου, ὁ, nuncius, legatus. ab ἀγγέλλω, nuncio. ἀγγελίης, *Jon.* pro ἀγγελίας. Ἀγγελία, ας, ἡ, nuncium.

Σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ] Cum *Menelaus* & vir Princeps, & ſingulare certamen jam initurus, nequaquam hoc in loco prætereundus eſſet; nec tamen de ejus charactere *Helenam* verba facere deceret; pulcherrimo artificio (ut recte notavit *Popius*) *Antenorem* inducit Poëta, formam atque ingenium *Menelai* hic deſcribentem. CLARK.

v. 205. 206.

Græci, antequam bellum alicui inferrent, injuriam acceptam publice denunciare, & per legatos compenſationem jubere ſolebant: licet enim ad bellum parati, aut rerum bellicarum peritiſſimi eſſent, pacem, quando honeſtis conditionibus illam impetrare poſſent, eligere malebant; quem morem ab antiquiſſimis temporibus viguiſſe patet ex iis, quæ de Tydeo referuntur, quem Polynices ad fratrem Eteoclem Thebarum Regem miſit, ut lites inter illos obortas componere tentaret, antequam illius urbis obſidionem aggrederetur; prout inter plures alios tradit *Statius Thebaid. II. v.* 368.

Jam potior cunctis ſedit ſententia, fratris
Prætentare fidem, tutosque in regna precando
Explorare aditus. audax ea munera Tydeus
Sponte ſubit. —

Nec bellum Trojanum tanto cum diſcrimine & ambarum partium diſpendio unquam geſtum fuiſſet, niſi prius eandem viam, etſi in caſſum, tentaſſent. Ulyſſes enim & Menelaus Trojam in legationem miſſi dicuntur ad Helenæ redditionem petendam; quapropter Helenam ſic alloquitur Antenor: Ἤδη γὰρ καὶ δεῦρο κ. τ. λ. POTT. *Tom. II. p.* 54. add. FEITH. *L. IV. C. XVII. §. I.*

v. 207.

Ξενίζω, *ſive* ξεινίζω, hoſpitio excipio. a ξένος, ου, hoſpes.
Φιλέω, *h. l.* amice tracto, amicitiæ officiis proſequor.

v. 208.

Ἐδάην, novi, perſpexi. aor. 2. Paſſ. v. δαίω, diſco, ſcio.

v. 209.

Ἔμιχθεν, miſti ſunt. 3. plur. aor. 1. ind Paſſ. *Bœot.* pro ἐμίχθησαν, v. μίγνυμι, miſceo.

v. 210.

Στάντων, ſtantibus. Ὑπερέχω, *h. l.* emineo, ſupereminec, exſto.

V. 211.

V. 211.

Ἄμφω δ' ἑζομένω, *pro* ἀμφοῖν, ambobus autem ſedentibus.

V. 212.

Ὑφαίνω, *h. l.* ſolerter excogito: apte connecto. ὕφαινον] φανερὰ ἐποίουν, ἔλεγον, ἔπλεκον. *Schol.*

V. 213.

Ἐπιτροχάδην, *adv.* mature, feſtinanter, more ejus, qui currit. 2.) *h. l.* ſummatim, breviter, ſuccincte. ab ἐπίτροχος, ου, ὁ, ἡ, velox, volubilis: quod ex ἐπὶ, & τρέχω, curro:

V. 214.

Παῦρα μὲν,] Interpretatur illud præcedens ἐπιτροχάδην. Virtus autem Lacedæmoniorum fuit *brevitas in loquendo*, (quam nunc in Spartano Menelao commendat Antenor) adeo ut eorum, qui ad ſe mittebantur, prolixas orationes deſiderent. Qua in re memorabile eſt, quod apud *Herodot. in Thalia* legitur. Lacedæmonii Samiis auxilium adverſus Polycratem petentibus, cum multa commemorarent primo congreſſu, dixerunt, priora ſe oblitos, poſteriora non intelligere. Secundo vero congreſſu Samii nihil aliud dixerunt, niſi allato panario illud pane indigere. Quibus Lacedæmonii reſponderunt, illos panario ſupervacaneam orationem curioſe addidiſſe, quaſi dicerent, debuiſſe illos contentos eſſe panarium ſeu ſacrum oſtendere: quod in *Apopht. Laconicis* attigit *Plutarchus.* Apud eundem in *Lib. de Gar.* iidem Lacedæmonii dicuntur ad Philippum duobus verbis tantum ſcripſiſſe: Dionyſius Corinthi: (quibus ſignificabant, ad humilem fortunam redactum illum iri, aut quippiam ſimile.) Et rurſum cum illis ſcripſiſſet Philippus: Si exercitum duxero in Laconicos fines, devaſtabo vos; reſcripſerunt: Si. Item Demetrio Rege indignante ac vociferante: Unum ad me legatum miſerunt Lacedæmonii, nihil conſternatus legatus: Unum, inquit, ad unum. Ad hanc brevitatem ſilentio eos informaſſe Lycurgum dicit *ibidem Plutarch.* Sed ex hoc loco *Homerico* videtur conſtare, jam priſcis illis temporibus fuiſſe eam illis peculiarem, quandoquidem Spartanus fuerit Menelaus, quod etiam Interpretes Græci annotant. Hic autem obſervandum eſt, ex

 uno

una eademque re diverſe multos laudari, ut ex eloquentia brevi Menelaum, ex profuſa Ulyſſem. SPOND.

Παῦρα, *ſcil.* ῥήματα. pauca.

Λιγέως, *adv.* ſtridule: argute. a λιγὺς, εῖα, ὺ, ſtridulus, argutus.

Πολύμυθος, ου, ὁ, ἡ, verboſus, loquax, multiloquus. ex πολὺς, & μῦθος, ου, ὁ, verbum, dictum.

V. 215.

Ἀφαμαρτοεπὴς, έος, ὁ, ἡ, errans in verbis: futilis. ex ἀφαμαρτάνω, aberro, & ἔπος, verbum, *vel* ἔπω, dico.

Εἰ καὶ, quamvis. Γένει] ἡλικίᾳ, ætate.

Ὕστερος ἦεν] νεώτερος ἦν.

V. 216.

Ἀναΐξειεν, ſurrexiſſet. v. ἀναΐσσω.

V. 217.

Στάσκεν, ſtetit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* & *Poët.* pro ἔστη, v. ἵστημι, ſto. *ita* Ἴδεσκε, vidit. Ἔχεσκεν, tenebat.

Ὑπαὶ, pro ὑπὸ, *h. l.* deorſum.

Ὄμματα πήξας, oculis defixis.

V. 218.

Ὀπίσω, *h. l.* retrorſum.

Προπρηνὴς, έος, ὁ, ἡ, pronus, præceps: in anteriorem partem. ex πρὸ, & πρηνὴς, *idem.*

Νωμάω, ῶ, *h. l.* moveo, agito, vibro.

V. 219.

Ἄϊδρις, εως, ὁ, ἡ, ignarus, inſcius, imperitus. ex α priv. & ἴδρις, εως, peritus, ſciens. quod ab εἴδω, ſcio.

V. 220.

Φαίης, dixiſſes. aor. 2. opt. Act. v. φημὶ, dico.

Ζάκοτος, ου, ὁ, ἡ, furioſus, valde iracundus. ex ζα & κότος, ira vetus.

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, amens, deſipiens, ſtolidus, ſtultus. ex α priv. & φρὴν, mens. Αὔτως] ὡσαύτως, ὁμοίως.

Obtinuit hic *mos* perpetuo apud Athenienſes, *ut judices geſtarent baculos*, quorum deſcriptionem videre eſt apud *Ariſtophanis Interpretes*, aliosque veteres *Grammaticos*. Hodieque etiam apud pleraſque gentes obſervari eandem conſuetudinem conſtat. *Dabantur* autem hæc σκῆπτρα *illis a præconibus in manus*; eaque *inter dicendum* ſubinde *commovebantur*,

antur; ὡς τὰ σκῆπτρα τοῖς λόγοις συνδιαφέροντες· *quaſi ſceptra ſimul cum ſermone agitarent.* Unde Ulyſſes *h. l.* imperitiæ & dementiæ arguebatur a Trojanis, quod immoto ſceptro diceret. FEITH. *L. II. C. VII.* §. *II.*

V. 222.

Νιφάς, άδος, ἡ, nix confertim & cum impetu cadens, imber nivalis. nimbus, a νίφω, ningo. νιφάδεσσι, *Poët.* pro νίφασι.

V. 223.

Ἐρίσσειε, contendiſſet cum - aor. 1. opt. v. ἐρίζω, contendo.

V. 227.

Ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴν ἠδ᾽ εὐρέας ὤμους. Eminens inter Græcos, *ſeu* excellentiſſimus Græcorum capite & latis humeris. Sunt Nomina quædam, non quidem Superlativa, ſed Superlativorum naturam habentia, quæ Genitivum adſciſcunt, ut δῖα, ἔξοχος, μόνος, κορυφαῖος, & ſimilia. POSS. *Synt. p.* 41. 42.

V. 228.

Τανύπεπλος, ου, ὁ, ἡ, extenſo & promiſſo peplo amictus, cui eſt veſtis laxa & ſinuoſa. ex τανύω, extendo, & πέπλος, ου, ὁ, peplum: veſtis muliebris, ceteris veſtibus ſuperinjici ſolita.

V. 230.

Ἐνὶ Κρήτεσσι] ἐν τοῖς Κρησὶν ἀνδράσιν· inter Cretenſes.

V. 231.

Ἀγός, οῦ, ὁ, ἡ, dux. ab ἄγω, duco.

Ἕστηκε, ſtat. BLACKW. *p.* 39. *Grotius* ad Rom. V. 2. χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν. obſervat, præteritum perfectum tempus, ex *Hebræi* ſermonis indole, loco præſentis collocatum eſſe. Vellem, etiam ex *Græca* conſuetudine, addidiſſet. *Demoſthenes*: ἕστηκε νυνὶ σιωπῶν, *ſtat nunc ſilens.* ita *h. l. Hom.* ἐἰέρωθεν — ἕστηκ᾽.

V. 233.

Κρήτηθεν] ἀπὸ τῆς Κρήτης· ex Creta.

V. 235.

Ἐῦ, pro εὖ, facile. Γνοίην, cognoverim.

Τοὔνομα, pro τὸ ὄνομα.

V. 236.

Δοιώ, duos. accuſ. dual. gen. maſc. *Poët.* pro δύο.

v. 237.

Πὺξ, *adv.* pugno *vel* pugnis. πὺξ ἀγαθὸς, pugillatu ſtrenuus.

Πολυδεύκης, εος, *contr.* ους, ὁ, Pollux.

v. 238.

Τώ μοι] ὗςινάς μοι.

v. 239.

Ἑσπέσθην, ſecuti ſunt. ab ἕσπομαι, *pro* ἕπομαι, ſequor.

v. 241.

Καταδύμεναι, inire. aor. 2. infin. *Dor.* pro καταδῦναι.

v. 242.

Αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo, fœditas. *h. l.* probrum, dedecus

Δειδιότες, veriti. præt. part. Med. v. δείδω, timeo.

Ὀνείδεα πόλλ', ἅ μοι ἐςίν] Vide ſupra ad *v.* 173. Pulchre admodum, unde primum exorſa eſt, eodem infelix definit. CLARK.

v. 243.

Φυσίζοος, & Φυσίζωος, ου, ὁ, ἡ, *q. d.* vitam producens, *i. e.* quæ ad vitam degendam ſunt neceſſaria. ex φύω, & ζάω.

Αἶα, *pro* γαῖα, ἡ, terra. Τοὺς δ' — αἶα, *i. e.* mortui erant

v. 245.

Ἀνὰ ἄςυ] ἀνὰ τὴν πόλιν· per urbem.

Ὅρκια πιςὰ] *Cel.* J. TOB. KREBS. in *Animadverſ.* in *Plutarchi* Comment. *Quomodo adoleſcens Poëtas audire debeat*, *p.* 150. Falleretur, *inquit*, qui ὅρκια idem ac ὅρκους eſſe putaret. Et tamen ipſi Enarratores Græci in eo verſantur interdum errore; ut Scholiaſtes minor ad *h. v.* ſcribit: Ὅρκια πιςὰ] τοὺς πιςοὺς ὅρκους τῶν Θεῶν. Similiter Latinus Interpres: *Præcones per urbem Deorum ferebant fœdera firma.* immani errore. quaſi fœdera Deorum per urbem ferri poſſent, & quaſi non ipſe Homerus per ἄρνε δύω (*v. ſeq.*) ſatis dilucide indicaſſet, quid per ὅρκια intellectum vellet. ὅρκιον proprie eſt *victima*, *quæ* ob fœdus faciendum, idemque ſanctius confirmandum *cæditur.* inde frequens illa loquendi ratio, ὅρκια τάμνειν, *victimam cædere ob fœdus ineundem.* Sic in eodem Homeri loco paullo poſt *v.* 268. 269.

— — Ἀτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
Ὅρκια πιςὰ σύναγον.

Ubi

Ubi melius idem Scholiaſtes: ὅρκια] τὰ πρὸς ὅρκους. Cæterum erant quoque Κηρύκων, *Præconum partes in ſacris.* Soliti enim *per urbem circumducere victimas*, *ſolenniter* immolandas: id *h. l.* factum in ſanciendo fœdere, ubi Κήρυκες, *Præcones* vinum ferunt & miſcent, affunduntque Regibus poſt manus ablutas. FEITH. *L. II. C. V. §. V.*

V. 246.

Εὔφρων, *h. l.* dicitur *Active*, lætificus, lætitiam adferens; lætum reddens, exhilarans.

V. 247.

Ἀσκὸς, ῦ, ὁ, uter, utris.

Αἴγειος, υ, ὁ, ἡ, *vel* ειος, εια, ειον, caprinus. ab αἴξ, ἡ, capra. *In utre caprino mos* plerumque *fuit* Græcis *habere vinum*: quod etiam hodie in Hiſpania, aliisque finitimis regionibus uſitatum accepimus. RICC. *Diſſ. Hom. XVII.* FEITH. *L. III. C. II. §. III.*

Κρητῆρα φαεινὸν] *Cratera argenteum.* CLARK. Splendidum, lucidum; *propr.* a φαείνω, luceo, ſplendeo.

V. 250.

Ὄρσεο, ſurge. præſ. imperat. Paſſ. *Jon.* pro ὄρσευ, v. ὄρνω, pro ὄρω, excito.

Λαομεδοντιάδη] Λαομέδοντος παῖ, Πρίαμε.

V. 259.

Ῥιγέω, ῶ, horreo; exhorreo. a ῥῖγος, εος, τὸ, rigor.

Ῥίγησεν δ' ὁ γέρων] Cohorruit præ metu & de filio dimicaturo, & de rerum ſumma. CLARK.

V. 260.

Ζεύγνυμι, *vel* νύω, jungo, copulo.

Ὀτραλέως, *adv.* accurate, ſedulo, diligenter, celeriter. ab ὀτρύνω, incito, inſtigo, adhortor.

Ἐπίθοντο, paruerunt. aor. 2. ind. Med. v. πείθω, perſuadeo.

V. 261.

Ἡνίον, υ, τὸ, frenum. ab ἡνία, ας, ἡ, habena, lorum.

Κατὰ — τεῖνεν] κατέτεινε· traxit.

V. 262.

Πὰρ δέ οἱ] παρ' αὐτὸν δέ. apud *vel* juxta eum autem.

Δίφρος, υ, ὁ, locus in curru, in quo parabates & auriga ſedebant. 2.) bigæ. 3.) ſella. *h. l.* currus.

v. 263.

Διὰ Σκαιῶν *ſcil.* πυλῶν, per Scæas *portas.* Superius eodem Libro (*v.* 145. & 149.) Σκαιάς πύλας dixit.

Ἔχω, *h. l.* dirigo.

v. 267.

Ὄρνυμαι, excitor, ſurgo, me erigo, concitus feror.

v. 268.

Ἂν pro ἀνα. hoc autem *per Apoc.* pro ἀνάστα, quod pro ἀνέστη, omiſſo augmento, & η mutato in α; eſt aor. 2. ind. 3. perſ. a v. ἀνίστημι, *ſurgere facio*, cujus aor. 2. ut & ſimplicis ἵστημι, neutram vel paſſivam ſignificationem habet: adeo ut ἀνέστη, pro quo ἀνάστα, pro quo ἄνα, retracto accentu, ſignificet, *ſurrexit.*

Ἀγαυός, ή, όν, admirabilis, præclarus, nobilis, venerandus, conſpicuus. ab ἀγαύομαι, admiror.

v. 271.

Μάχαιρα, ας, ἡ, gladius, ſica, culter. a μάχη, pugna.

v. 272.

Ξίφος, εος, τὸ, enſis, gladius, ſica.

Ἄορτο, ſublatus erat. *pendebat.* plusq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἤορτο, v. ἀείρω, tollo, attollo.

v. 271—273.

Ad vaginam, quæ vocabatur κολεός, appenſus erat pugio, dictus τὸ παρὰ μηρὸν, παραμήριον, aut παραζώνιον ξιφίδιον, juxta *Euſtath.* παραξιφίδιον vel ἐγχειρίδιον, & apud Hom. μάχαιρα. Raro illo pugnabant, ſed data occaſione loco cultri utebantur, ſicut patet hoc uno exemplo. POTT. *Tom. II. p.* 33. FEITH. *L. IV. C. IX.* §. *III.*

v. 274.

Νεῖμαν, diſtribuerunt. aor. 1. ind. Act. *Jon.* pro ἔνειμαν, v. νέμω, tribuo, diſtribuo.

v. 275.

Μεγάλ' εὔχετο, alta voce precabatur. Χεῖρας ἀνασχὼν, manibus ſublatis.

Ἴδηθεν μεδέων] τῆς Ἴδης βασιλεύων. Ἢ, ἐξ Ἴδης, ὥς τινες.

v. 277.

Ἠέλιός θ'] ἀντὶ τοῦ καὶ σὺ, ὦ Ἥλιε. Παράπτωσις ὀρθὴ, ἀντὶ κλητικῆς. Vid. POSS. *Synt. p.* 73. WELL. *Gramm. p.* 305. FISCH. *p.* 301.

V. 276. —

Dii ſacris Fœderum ritibus Teſtes & Inſpectores advocabantur, atque Vindices fœdifragorum : quemadmodum Agamemnon *h. l.* invocat Jovem Opt. Max. Solem omnia videntem ac audientem, Terram, Fluvios, Plutonem ac Proſerpinam, & ſi quod aliud eſt Numinum, quæ ſceleratos homines ſub terra caſtigant. Quod in omnibus omnino pactis obtinuit, ut non, niſi Diis teſtibus, inirentur. — Ex omnibus vero Diis *Jovem præcipue in fœderum ſanctione invocabant ;* cui ideo primum locum dedit Agamemnon. Inde ὅρκιος ille dictus, & fulmine armatus in eorum exitium, qui jurejurando fallerent. FEITH. L. *IV. C. XVII.* §. *V. & VI.*

V. 278.

Καὶ οἱ ὑπένερθε] *καὶ καταχθόνιοι δαίμονες. Λέγει δὲ Πλούτωνα, Περσεφόνην, καὶ τὰς Ἐριννῦς. Schol.*

Καμόντας] Optime & ſignificanter exprimit id hæc vox, quod Latine dicitur, vita *functos* ; pari ratione ac, officio *functos*, Honore *functos*, Labore *functos*, & ſimilia ſi qua ſunt. CLARK.

V. 279.

Τίννυμαι, punio, pœnas expoſco, ulciſcor. τιννύω, *ſive* -υμι, luo, ſolvo, pendo, rependo. a τίνω, *idem.*

Ἐπίορκον, *adv.* pejerando : perjure. ὅ, τίς κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ] ὅςις ἂν ἐπιορκήσῃ.

V. 281.

Καταπέφνω, occido. ex κατὰ & πέφνω, *idem.* pro φένω.

V. 285.

Ἀποδοῦναι, *ſcil.* δεῖ. ita per eand. Ell. ἀποτινέμεν.

In Fœderibus hoc primum *ſtatuebatur : Ut res ablatæ reſtituerentur.* Itaque Agamemnon ſtipulatur Achivis reddi Helenam, omniaque, quæ cum ea abripuerat Paris. Acceſſit etiam *mulcta*, eaque ſingularis, a Priamo Græcis perſolvenda : nempe *ad compenſandos ſumtus ac labores*, quos expeditione ſua ſuſtinuerant Græci. Ceterum peculiare in hoc fœdere fuit, quod *ſingulari certamine* inter Alexandrum ac Menelaum ita omne transigitur negotium, ut, uno occiſo, alter rebus controverſis perfruatur. *Antiquiſſimus utique mos, ejusmodi* μονομαχίᾳ *univerſam belli con-*

tentionem dirimere. Cujus exemplum pervetuſtum exſtat apud *Herodot.* FEITH. *L. IV. C. XVII. §. VII.*

v. 287.

Ἧτε καὶ ἐσσομ. μετ' ἀνθρώπ.] καὶ ἥτις καὶ ἐν τοῖς μεταγενεστέροις, καὶ μετὰ ταῦτα ἐσομένοις ἀνθρώποις, φανερὰ γενήσεται, καὶ μενεῖ, καθάπερ νόμος. *Schol.*

v. 289.

Ἀλεξάνδροιο πεσόντος, Alexandro proſtrato.

v. 290.

Ποινὴ, ῆς, ἡ, pœna, ultio injuriæ *ſeu* peccati, pretium, quo injuria penſatur.

v. 291.

Εἵως, *Poët.* pro ἕως, donec, usque dum, quoad.

v. 292.

Ἦ] ἔφη, εἶπε.

Στόμαχος, ου, ὁ, ſtomachus. 2.) *h. l.* gula, guttur, jugulum, fauces.

Νηλεὴς, έος, ὁ, ἡ, immiſericors, crudelis, inhumanus, durus. ex νὴ & ἔλεος, miſericordia. Ἀπὸ — τάμε, abſcidit. Χαλκῷ] καταχρηστικῶς, ἀντὶ τοῦ, σιδήρῳ· ἐπεὶ πρότερος εὑρέθη ὁ χαλκὸς τοῦ σιδήρου. *Schol.*

v. 293.

Ἀσπαίρω, tremo, palpito, ſingultio. *Attic.* pro σπαίρω; *propr.* de iis, qui morti obluctando animam efflant.

v. 294.

Θυμοῦ δευομένους, anima carentes. τεθνηκότας.

Ἀπὸ — εἵλετο, ademit.

Μένος, εος, τὸ, *h. l.* robur, vires.

v. 299.

Ὑπὲρ, *h. l.* præter.

Πημήνειαν, offenderint. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro πημήναιεν, v. πημαίνω, noceo, damnum do, lædo, a πῆμα, ατος, τὸ, damnum, exitium.

v. 300.

Ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος] οὕτως αὐτῶν ὁ ἐγκέφαλος.

Ἐγκέφαλος, ου, ὁ, cerebrum. *quaſi* ἐν κεφαλῇ, in capite.

Χαμάδις, *adv.* humi, in terram. a χαμαὶ, humi.

v. 301.

Μιγεῖεν, miſceantur; cedant. aor. 2. opt. Paſſ. v. μίγνυμι, pro μίγω, miſceo.

V. 292. — 301.

En tibi *ritus fœdera pangendi!*

Primo pilos ab hoſtiæ capite abſciſſos præſentibus diſtrahebant, ut indicarent, omnes juramenti participes eſſe, prout docemur *v.* 273. 274. *Poſtea* Deos fœderis initi teſtes & in perjurum animadverſuros invocabant. Quibus peractis, victimam mactabant, gula fracta, ſecundum *v.* 292. *Deinde* capita fœderis, ambarum partium juramento firmandi, relegebantur: prout liquet ex induciis inter Græcos & Trojanos pactis apud *Hom. Iterum* vina mixta in ſymbolum conſenſus & concordiæ libabant. *Tandem* Diis rurſus invocatis, libamina fundebant, voventes, ut primi perjuri ſanguis atque cerebrum eundem in morem effundi poſſint, ſicut ex *v.* 295. *& ſqq.* diſcimus. POTT. *Tom. I. p.* 279. 280. add. FEITH. *L. IV. C. XVII.* LAKEM. *P. III. C. II.* §. *XIV.* pluresque alios.

V. 302.

Ἐπεκραίαινε, *votum* ratum faciebat.

V. 303.

Δαρδανίδης] Δαρδάνυ ἀπόγονος, Πρίαμος.

V. 309.

Θανάτοιο τέλος *idem eſt*, *quod* θάνατος.

Πεπρωμένος, fatalis, fato deſtinatus. a πρόω, finio, deſtino. *per Syncop.* pro περατόω, *idem.* a πέρας, τὸ, finis.

V. 313.

Ἄψοῤῥος, ϐ, ὁ, ἡ, retrogradus, retro veſtigia referens. ex ἄψ, retro, & ῥέω, fluo.

V. 315.

Διαμετρέω, ῶ, dimetior, admetior. ex διὰ & μετρέω, metior.

V. 316.

Κλῆρος, ϐ, ὁ, ſors.

Κυνέη, vel κυνῆ, frequenter ab Homero pro *galea* adhibetur, ut *h. l.* & alibi. Sed propr. eſt Adject. Κύνεος, έη, εον, *caninus, a, um.* Hinc, quando pro *pelle canina* ſumitur, ſubauditur δορὰ, & quando pro *galea*, ſub. περικεφαλαία, ut ſit primo *galea e pelle canina confecta*, deinde *quævis galea* per Synecdochen. BOS *Ell. Gr. p.* 164.

Κλήρυς ἐν κυνέῃ] Hujus ſortitionis militaris meminit *Sophocles in Ajace.* Sors autem illa ſimpliciter intelligitur de certamine ſubeundo, cum Ajax ſorte electus eſt, ut cum Hectore pugnaret, quod alias apud hunc Poëtam noſtrum videbimus; hic vero de emiſſione haſtæ priore fit ſortitio, quæ Paridi obtigit. SPOND.

Χαλκήρης, εος, ὁ, ἡ, æneus, ære conglutinatus, ex ære factus, aptatus. ex χαλκὸς, æs, & ἄρω, apto.

v. 317.

Πρόσθεν, ante, prius.

'Αφείη, emitteret. aor. 2. opt. v. ἀφίημι, emitto.

v. 318.

Χεῖρας ἀνέσχον, manus elevabant.

Precantes manus cœlum verſus attollebant expandebantque. *Ariſtoteles*, vel quisquis auctor eſt libri *de Mundo* (*Cap. VI.*) Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν ὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι. *Omnes homines manus in cœlum inter precandum tollimus.* Factitatum id jam ab antiquiſſimis fuiſſe, complura indicant *Homeri* loca. LAKEM. *P. III. C. II. §. IIX.*

v. 321.

'Οππότερος τάδε ἔργα] Hoc in Paridem deprecari Græcos & Trojanos intelligendum eſt, non ambigue, quaſi dubitarent, quis eſſet hujus belli caput. SPOND.

Τάδε ἔργα] ταῦτα τὰ ἔργα τῦ πολέμυ.

"Εθηκε] ἐποίησε.

v. 322.

'Αποφθίω, perdo, interficio. ἀποφθίμενος, perditus, interfectus, mortuus.

Δῦναι, ſubire. aor. 2. infin. Act. v. δῦμι, δύω, ſubeo.

Δόμος, υ, ὁ, domus. a δέμω, ædifico.

Δόμον "Αϊδος εἴσω] περιφραςικῶς, εἴσω τῦ "Αιδυ.

v. 325.

Πάρειος, *Dor.* pro Πάρεδος.

Θοῶς, *adv.* celeriter, a θοὸς, celer.

'Εκ-όρυσεν, exſiliit, pro ἐξώρυσεν, v. ἐξορύω, exſilio, proſilio.

v. 327.

'Αερσίπυς, οδος, ὁ, ἡ, pedes in currendo *ſeu* ſaltando in altum tollens. 2.) *h. l.* agilis, celer, ex ἀὴρ, ὁ, aër, & πῦς, *vel* ab ἀείρω, tollo.

v. 330.

v. 330.

Κνημὶς, ἶδος, ἡ, tibiale. 2.) *h. l.* ocrea. a

Κνήμη, ης, ἡ, tibia, crus.

v. 331.

Ἐπισφύριον, ου, τὸ, fibula ocreæ; tegumentum *ſeu* faſcia malleolorum *ſive* tibiarum.. ex ἐπὶ & σφυρὸν, ῦ, malleolus pedis: *quoniam ſupra malleolum pedis ſtringi ſolet.*

Ἀραρυίας, apte junctas. part. præt. Med. *facta reduplicatione*, v. ἄρω, apto, adapto.

v. 330. 331.

Κνημῖδες, *ocreæ*, erant tibialia ænea, ferrea, aut ex alio metallo confecta. — Latera ipſa ad malleolos fibulis ut plurimum ſubnectebantur, ex ſolido auro argentove ſæpius confectis, ut occurrit *h. l.* POTT. *Tom. II, p.* 27. add. FEITH. *L. IV. C. VIII. §. IV.*

v. 333.

Οἷο κασιγνήτοιο] τῦ ἰδίυ ἀδελφῦ.

Κασίγνητος, ου, ὁ, frater ex utroque *ſeu* alterutro parente, germanus. ex κάσις, ιος, ὁ, ἡ, frater *vel* ſoror, & γείνομαι, naſcor.

Ἁρμόζω, quadro, convenio, congruo. ab ἁρμὸς, ῦ, compages.

v. 334.

Βάλετο, ſuſpendit.

v. 335.

Σάκος, εος, τὸ, clypeus, ſcutum.

Στιβαρὸς, ρὰ, ρὸν, denſus, craſſus, firmus, ponderoſus, gravis, ſolidus. a στιβάζω, calco, tero: *quia, quod calcatur, condenſatur.*

v. 336.

Εὔτυκτος, ου, ὁ, ἡ, bene paratus, ornatus, affabre factus, facilis, ex εὖ, & τεύχω, fabricor, paro, ſtruo.

v. 337.

Ἵππουρις, ιδος, ἡ, galea criſtam ex ſetis equinis habens, ſetis equinis comans. ex ἵππος, equus, & ὀυρὰ, cauda.)

Δεινὸν, terribiliter, horribiliter.

Λόφος, ου, ὁ, cervix, *ſeu* ea pars colli in jumentis, cui jugum imponitur. *h. l.* criſta, *ſeu* ſetæ equinæ in galea.

Καθύπερθεν, deſuper.

Νεύω.

Νεύω, nuo, innuo. 2.) nuto, vergo. Ἔνευεν] ἐπένευε.

v. 336. 337.

Galeam capiti imponebant, quam Κυνῆν ſæpius Homerus vocat, quaſi *caninam*; quia antiquitus *canis fluviatilis pellis, ad tegendum caput ſumebatur*, ut ait *Euſtathius*: Δορὰ κυνὸς ποταμίου σκέπουσα τὰς κεφαλὰς τοῖς παλαιοῖς. Poſt nomen remanſit, licet variata materia. — Erant ei plerumque impoſiti λόφοι, *criſtæ*, ſeu *ſetæ equinæ* in apice exurgentes. — Hujusmodi galeis utebantur Veteres cum ad ornatum, tum ad terrorem hoſti incutiendum. Hinc *Homeri* verba: Δεινὸν δὲ λόφος κ. τ. λ. FEITH. *L. IV. C. VIII.* §. *1.* POTT. *Tom. II. p.* 23.

v. 338.

Ἄλκιμος, ου, ὁ, ἡ, *vel* ἄλκιμος, ἱμη, ιμον, robuſtus, validus, fortis. ab ἀλκὴ, ῆς, robur, vires.

Ἀρήρει, apta erat. plusq. perf. Med. v. ἄρω, apto.

v. 339.

Ὡς δ' αὔτως] ὁμοίως, ὡσαύτως.

Ἀρήϊος, ου, ὁ, ἡ, Martius: bellicoſus. ab Ἄρης, Mars.

Ἔντεα, ων, τὰ, & *per contract.* ἔντη, arma: & quidem quæ aliquam corporis partem tegunt, veluti *clypeus*, *galea*, &c. ἀπὸ τοῦ ἐντὸς περιέχειν τὸ σῶμα, quod interne tegant corpus, & ambiant.

v. 340.

Ἑκάτερθεν, *adv.* utrimque. pro ἑκατέρωθεν. ab ἑκάτερος, alteruter, uterque. *regit genit.* Ἑκάτερθεν ὁμίλου, ex utraque parte exercitus, ex utraque acie.

v. 342.

Θάμβος, εος, τὸ, ſtupor, attonita admiratio, pavor, quo attoniti percellimur. Ἔχεν, occupabat.

v. 344.

Στήτην, ſteterunt, 3. dual. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἐστήτην, v. ἵστημι, ſto.

Διαμετρητὸς, ἡ, ὀν, dimenſus. a διαμετρέω, dimetior.

Διαμετρητῷ ἐνὶ χώρῳ, dimenſo in loco.

v. 345.

Σείοντε] κινοῦντες, δονοῦντες. Ἀλλήλοισι κοτέοντε, ſibi invicem irati.

v. 346.

Δολιχόσκιος, ου, ὁ, ἡ, longam umbram habens ſeu projiciens. a δολιχὸς, ἡ, ὀν, longus, prolixus, & σκιὰ, umbra. *vel* δολιχόσκιον ἔγχος, longa haſta: *quaſi* μακρὰ πορευόμενον, longe vadens. a κίω, vado.

v. 347.

Πάντοσε, *adv.* quoquoverſum, in omnem partem. 2.) undiquaque. a πᾶς, omnis.

v. 348.

Ἀναγνάμπτω, flecto, reflecto, inflecto, curvo, incurvo. ex ἀνὰ & γνάμπτω, flecto.

Αἰχμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis, mucro.

v. 350.

Ἐπευξάμενος Διὶ πατρί] Juſta cauſa fretus Menelaus Jovem hoſpitalem adverſus Paridem implorat, quaſi ad eum proprie hujus facti ultio pertineat, cum de violatione hoſpitii agatur: contra Paris vel ſceleris ſibi conſcius tacuit, vel quia pios magis Græcos quam Trojanos ubique Homerus propoſuit. SPOND.

v. 351.

Ἄνα, Vocat. *Poët.* τοῦ Ἄναξ, rex.

v. 352.

Δῖον Ἀλέξανδρον] Cum vox δῖος proprie id denotet, quod Latine dicitur *inſignis*: vulgo hic vertunt, δῖον Ἀλέξανδρον, *ſceleſtum Alexandrum*, nequitia ſcilicet *inſignem*. *Euſtathius* tamen & hic bonam in partem accipit: Παιδεύοντος Ὁμήρου, δεῖν τὸν σπουδαῖον ἄνδρα εὐλογητικὸν εἶναι, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ μὴ σκωπτικὸν, ἐν οἷς οὐ χρή. CLARK.

Δαμάζω, domo: interficio.

v. 353.

Ἐῤῥίγησι, horreſcat. 3. ſing. præſ. ſubj. Act. *Jon.* pro ἐῤῥίγῃ, v. ἐῤῥίγω, horreo, cum horrore trepido. a præt. Med. ἔῤῥιγα, v. ῥιγέω, rigeo.

Ὀψίγονος, ου, ὁ, ἡ, ſero genitus, poſthumus: ὀψίγονοι, poſteri. ex ὀψὲ, ſero, & γίνομαι.

v. 354.

Ξεινοδόχος, & ξεινοδόκος, ου, ὁ, hoſpitium præbens, hoſpes. a ξεῖνος, *Poët.* pro ξένος, hoſpes, & δέχομαι, accipio. Notandum eſt in hujusmodi verbis compoſitis, quan-

do *actio* ſignificatur, accentum eſſe in penultima; cum *paſſio*, in antepenultima: ut ξεινοδόχος, *præbens hoſpitium*; ξεινόδοχος, *cui hoſpitium præbetur.*

Ὄφρα τις ἐῤῥίγῃσι — ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι. *Ut quisque horreſcat — hoſpitii dominum male tractare.* Sæpe Verba *faciendi* conſtruuntur cum duobus Accuſativis, uno *perſonæ*, altero *rei.* ita paulo ante *v.* 351. Ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε· *qui me prior male tractavit, male mihi fecit, injuria me affecit.* POSS. *Synt. p.* 134.

Qui in eos, a quibus erant hoſpitio excepti, delinquebant, Jovis iram experiri credebantur; quomodo Menelaus *h. l.* cum precatur, ut Paridem occidat, ut alius quispiam metuat

Hoſpitem injuria afficere, qui amicitiæ officia exhibuerit. FEITH. *L. III. C. XII. §. I.*

V. 355.

Ἀμπεπαλὼν, ſurſum vibrans. *Poët.* pro ἀναπαλὼν, ex ἀνὰ, & πάλλω, vibro: *cum reduplicatione in aoriſto ſecundo.*

V. 356.

Πριαμίδαο] Πριάμου παιδὸς, Ἀλεξάνδρου.

V. 357.

Ὄμβριμος, *ſive* ὄβριμος, robuſtus & validus. a βριάω, robuſtum reddo, *vel* robuſtus ſum. *item*, impetuoſus & rapidus. ab ὄμβρος, ου, ὁ, imber, pluvia. In utraque ſignificatione *Euſtath.* deducit a particula βρῖ, per pleonaſmum, & exponitur in bonam & malam partem. Ἦλθε] διῆλθε, penetravit.

V. 358.

Πολυδαίδαλος, ου, ὁ, ἡ, multo & vario artificio elaboratus, adfabre factus. ex πολὺς, & δαίδαλος, pro δαιδάλεος, affabre factus, artificioſus. a Δαίδαλος, illo peritiſſimo artifice Cretenſi.

Ἠρήρειστο, infixa erat. plusq. perf. ind. Paſſ. pro ἐρήρειστο, quæ eſt reduplicatio Attica pro ἤρειστο, v. ἐρείδω, figo, infigo, firmo, fulcio.

V. 359.

Ἀντικρὺ, *adv.* e regione, ex adverſo: plane, aperte. ex ἀντὶ.

Παραὶ, *Poët.* pro παρὰ, *cum Accuſ.* juxta, ad, apud.

Λαπάρη, ας, *Ion.* ρη, ρης, ἡ, locus infra coſtas, quaſi laxus

laxus & vacuus, quia caret coſtis, abdomen; ilia. a λαπαρὸς, ρὰ, ρὸν, vacuus, inanis : tenuis, mollis.

Διαμάω, ῶ, demeto, congrego, colligo : abſcindo, diſcindo. *Metaph.* ut *h. l.* ex διὰ, & ἀμάω, meto, colligo.

v. 360.

Ὁ δ' ἐκλίνθη] ὁ δὲ ἀνέκλινε τὸ πλευρόν.

Ἀλεύατο, evitavit. *pro* ἠλεύσατο, v. ἀλεύω, fugio, vito.

Κῆρα μέλαιναν, mortem atram.

v. 362.

Ἀνασχόμενος, attollens. aor. 2. part. Med. v. ἀνέχω, ſurſum tollo, in altum erigo.

Κόρυς, υθος, ἡ, galea, caſſis.

Φάλος, ου, ὁ, conus galeæ.

v. 363.

Τριχθὰ, *adv.* tripliciter. a τρὶς, *adv.* ter.

Τετραχθὰ, *adv.* quadrifariam, in 4. partes *vel* fruſta. a τετράκις, *adv.* quater.

Διατρυφὲν, disruptum : (disruptus.) aor. 2. part. Paſſ. v. διαθρύπτω, diffringo, disrumpo, comminuo, contero. ex διὰ & θρύπτω, frango, confringo.

Ἔκπεσε, excidit. *pro* ἐξέπεσε. aor. 2. ind. Act. *Jon.* v. ἐκπίπτω, excido.

Ἔκπεσε χειρὸς, excidit manu.

v. 364.

Ὀιμώζω, ploro, ejulo, lamentor, ululo. ab οἴμοι, heu mihi!

v. 365.

Ζεῦ πάτερ, ὅτις] Le malheur, dit *Euſtathe*, porte ordinairement au blaspheme. Mais ce blaspheme de Menelas ne laiſſe pas de renfermer une ſorte de pieté ; car il fait voir en lui une forte perſuaſion, que Dieu étant juſte, ne manque pas de ſe declarer contre les méchants, & de punir leur perfidie. DACIER.

v. 366.

Ἦ τ' ἐφάμην] ἐλογισάμην γὰρ δή.

Τίσασθαι Ἀλεξ. (*ſuppl.* ἕνεκα) κακότητος· *me* ulturum eſſe Alex. (cauſſa) injuriæ, *vel* propter injuriam.

v. 367.

Ἐάγη, fractus eſt. aor. 2. ind. Paſſ. *Attic.* pro ἄγη, v. ἄγνυμι *ſeu* ἀγνύω, frango.

v. 368.

Ἠΐχθη, emiſſa eſt: proſiliit. aor. 1. ind. Paſſ. v. ἀΐσσω, vel ἴσσω, ruo. cum impetu feror. 2.) erumpo, proſilio.

Ἐτώσιος, ου, ὁ, ἡ, inanis, caſſus, inutilis. ab ἐτὸς, adv. fruſtra, temere.

Οὐδ' ἔβαλον μιν] οὐδὲ ἀπέκτεινα αὐτόν.

v. 369.

Ἱπποδάσυς, εῖα, υ, denſus inſtar equi, hirſutus ex ſetis equinis. ex ἵππος, & δασὺς, εῖα, ὑ, denſus: piloſus, hirſutus.

Κόρυθος λάβεν ἱπποδασ. *plene: ἐκ, vel, ſi mavis*, μέρος τι ἐκ κόρυθος &c. *eum* galea prehendit ſetis equinis denſa.

v. 371.

Ἄγχω, neco, ſtrangulo, ſuffoco, fauces conſtringo.

Πολύκεστος, ου, ὁ, ἡ, varie acu pictus, varius. ex πολὺ, & κεστὸς, acu pictus.

Ἱμὰς, άντος, ὁ, cingulum, ligamen.

Ἁπαλὸς, ἡ, ὸν, tener, mollis, delicatus.

Δειρὴ, ῆς, ἡ, collum: cervix.

v. 372.

Ὀχεὺς, έως, ὁ, *Jon.* ῆος, ὁ, retinaculum: lorum galeæ. ab ἔχω, habeo, teneo.

Τέτατο, adſtrictum erat: extenſum erat. pluſq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐτέτατο, v. τείνω, tendo, extendo.

Τρυφάλεια, είας, ἡ, galea tres conos habens. ex τρεῖς, & φάλος, ου, conus galeæ: *υ pro ει.*

v. 371. 372.

Galea a fronte patebat; Heroes enim vultu detecto pugnam ſubibant; lateri pendebat lorum, quo alligabatur bellatoris collo, vocabaturque ὀχεύς. POTT. *Tom. II. p.* 22. add. FEITH. *L. IV. C. VIII. §. I.*

v. 373.

Εἰρύσσεν, pertraxiſſet. v. εἰρύω, *Poët.* pro ἐρύω, traho.

Ἤρατο, tuliſſet. v. αἴρω.

v. 374.

Ὀξὺ] ὀξέως καὶ ταχέως. celeriter, velociter, cito.

Νόησε, ſenſiſſet.

v. 375.

Ἐκταμένος, & *Poët.* κτάμενος, occiſus. abjecto augmento, & retracto accentu, *Æolico* more: ut δέγμενος, pro δεδεγμένος.

κεκλιμένος. præt. part. Paſſ. v. κλείνω. præt. Paſſ. ἔκλαμαι. Niſi potius ſit aor. 2. part. Med. ab ἔκλην, *Dor.* ἔκλαν, a κλῆμι *inuſit.* idem quod κλείνω.

Ἶφι κλαμένοιο] ἰσχυρῶς καὶ μετὰ βίας ἀναιρεθέντος, τουτέστι, σφαγέντος. *Schol.*

v. 376.

Κεινὴ δὲ] Le caſque n'étant plus attaché ſuivit la main de ce Heros. DAC.

Κεινὸς, ἡ, ὸν, vacuus, inanis. *Jon.* pro κενός.

Παχὺς, εῖα, ὺ, craſſus, denſus. *h. l.* robuſtus, validus. ab ἔπαγον, aor. 2. v. πήσσω, *idem quod* πήγνυμι, figo: *craſſa gravia ſunt, & in loco ſuo quaſi fixa manent.*

v. 378.

Ἐπιδινέω, ῶ, in orbem ago, verſo, volvo in morem vorticis, contorqueo. ex ἐπὶ, & δινέω, *idem.*

Κόμισαν, ſuſtulerunt. *pro* ἐκόμισαν. a κομίζω.

v. 379.

Ἐπορέυω, impetu *ſeu* gradu concitato feror, hoſtiliter inſilio, irruo. ex ἐπὶ, & ὀρέω, impetum do, ruo.

Κατακτάμεναι, interficere. aor. 1. infin. Act. *Dor.* pro κατακτεῖναι, v. κατακτείνω, interficio, occido.

Μενεαίνω, cupio, animi quodam impetu incitor. a μένος, τὸ, animi ardor, impetus.

v. 380.

Ἔγχεϊ χαλκείῳ] Vid. ad Α. 236.

Τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη] Itaque fœdus deinceps fractum eo prætextu, quod *evaſerit* ſcilicet, nec *interfectus* fuerit *Paris.* CLARK.

Ἐξαρπάζω, eripio. ex ἐκ, & ἁρπάζω, rapio.

v. 381.

Ἠέρι, caligine. *Poët.* pro ἀέρι, ab ἀὴρ, ἔρος, ὁ, aër, ἡ ἀὴρ, caligo, aër tenebroſus.

v. 382.

Κάδ' δ' εἷσε] ἐκάθισε δέ. collocavit.

Εὐώδης, εος, ὁ, ἡ, bene olens, fragrans. ex εὖ, & ὄζω, oleo.

Κηώεις, ώεσσα, ῶεν, bene olens, fragrans; *propr.* ex ſuffitu vel aromatibus crematis. ex καίω, uro, & ὄζω, oleo.

Ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ,] C'eſt ainſi qu'Homere peint la chambre d'un Prince moins propre à la guerre, qu'à

l'amour. On ne ſent point ces parfums dans la tente d'Achille. DACIER.

v. 384.

Περὶ δὲ] περὶ αὐτὴν δέ.

Τρῳαὶ] Τρωϊκαὶ γυναῖκες, Τρῳάδες.

v. 385.

Νεκτάρεος, ρέα, *Jon.* ρέη, ρεον, nectareus, nectaris modo ſuavis, nectaris ſuavitatem & odorem referens, divinus. a νέκταρ, αρος, τὸ, nectar, *potus Deorum.*

Ἑανός, ή, όν, indutu pulcher: ſplendidus. & *Subſtantive*, amictus, pallium, peplum. ab ἕω, induo.

Τινάσσω, quatio, concutio, agito, vibro.

v. 386.

Γραῦς, ἡ, *Jon.* γρηῦς, anus. a γραῖα, *idem.*

Παλαιγενής, έος, ὁ, ἡ, priſcus, vetuſtus, annoſus *ſeu* ſenex. a πάλαι, olim, & γείνομαι, naſcor.

v. 387.

Εἰροκόμος, ου, ὁ, ἡ, lanas carpens, *vel* tractans. ex εἶρος, εος, τὸ, lana, & κομέω, curo. Οἱ, ipſi. Ναιεταώσῃ, habitanti.

v. 388.

Ἤσκειν, carpebat: exercebat. *Jon.* pro ἤσκει, ab ἀσκέω, adjecto ν Poëtice, exerceo, paro, elaboro, orno.

Εἴρεον, ου, τὸ, & ἐρίον, lana. ab εἶρος, *idem.*

Φιλέεσκε, diligebat. imperf. *Jon.* a φιλέω.

v. 389.

Ἐεισαμένη· Verbum hoc in *Voce Media* jam plene id exprimit, quod Latine dicitur. „*quum ſe aſſimilaſſet.*„ (Vid. ſupra ad Γ. 141.) CLARK.

v. 391.

Δινωτός, ή, όν, turbinatus, tornatus. 2.) teſſellatus 3.) rotundus. a δινόω, ῶ, inſtar vorticis circumago, torno.

v. 392.

Κάλλος, εος, τὸ, pulcritudo oris, decor. 2.) cujusvis rei pulcritudo. a καλός, pulcer.

Στίλβω, ſplendeo, luceo, fulgeo.

Φαίης, dixeris. aor. 2. opt. Act. v. Φημὶ, dico.

v. 393.

Χορόν δε, in chorum, ad choream. a χορός, ου, ὁ, chorus, coetu

ætus canentium, ſaltantium, item lætantium. 2.) cho-
ea, tripudium: tam de actione ſaltandi, quam de ſal-
ntium multitudine. In Tragœdiis, Comœdiis & Sa-
yris, peculiariter dicebatur χορὸς multitudo, quæ ſalta-
at & canebat inter actus. Dicitur quaſi χαρὸς, a χαίρω,
audeo, *vel* χαρὰ, gaudium.

v. 397.

Ἱμερόεις, όεσσα, όεν, deſiderabilis, amabilis. ab ἱμείρω,
ομαι, deſidero, cupio.

Μαρμαίρω, rutilo, reſplendeo, vibranti ſplendore co-
uſco.

v. 399.

Ταῦτα, his. *Schol.* ἐπιῤῥηματικῶς, ἀντὶ τῦ, τοσῦτον. Ἠπε-
οπεύω, decipio, fallo.

v. 400.

Πῆ; qui? qua ratione? 2.) qua? 3.) quo? πη, aliqua-
enus, quodammodo. — CLARK: Non interrogativum
ſt iſtud πη, ſed Ἦ.

Προτέρω, *adv.* longius, ulterius. a πρότερος, prior.

Ἦ πή με] ἢ πάλιν πῦ ποτὲ με· *an in aliquam me* &c.

v. 402.

Κεῖθι, illic. *pro* ἐκεῖθι. ab ἐκεῖνος.

v. 403.

Οὕνεκα δὴ νῦν] *Num quia* &c. CLARK.

v. 404.

Στυγερὴν ἐμὲ] Optimo artificio *Helenam* ſemper inducit
ledecus ſuum profitentem. IDEM.

Στυγερὸς, ρὰ, ρὸν, *h. l.* odio dignus; inviſus, odioſus.

v. 405.

Τῦνεκα, ideo.

Δολοφρονέω, ῶ, dolos, fraudes cogito *vel* ſtruo.

v 407.

Ὑποστρέψειας, revertaris. v. ὑποστρέφω; revertor, redeo.

v. 408.

Ὀϊζύω, ærumnas perfero, miſer ſum. ab ὀϊζὺς, ύος, ἡ,
ærumna, miſeria, calamitas.

v. 409.

Εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δύλης] Vox, ὅγε, ne-
quaquam hic ſupervacanea eſt, ſed elegantiſſimam tum

in Græco tum in Latino ſermone emphaſin habet, quam Linguæ recentiores prorſus ignorant. CLARK.

V. 410.

Κεῖσε, illuc. *pro* ἐκεῖσε.

Νεμεσητὸς, ἡ, ὀν, *Poët.* νεμεσσητὸς, vituperandus, reprehenſione dignus. a νεμεσάω, ῶ, indignor.

V. 411.

Πορσύνω, orno, paro, præparo. *propr.* præbeo, ſuppedito, do. a πόρω, *idem.*

Ὀπίσσω, *h. l.* poſtea.

V. 412

Μωμάομαι, ῶμαι, *vel* μωμέομαι, vitupero, reprehendo, derideo. a μῶμος, ου, ὁ, dedecus, vituperatio. 2.) *Momus*, Deus, reliquorum omnium deriſor & reprehenſor. 3.) qui omnia reprehendit & irridet, irriſor, vituperator.

Ἔχω, *h. l.* ſuſtineo.

V. 414.

Μεθείω, deſeram. aor. 2. ſubj. Act. *Poët.* pro μεθῶ. Vocalis circumflexa ω reſolvitur in ιω, deinde, *metri gratia*, inſeritur ι. v. μεθίημι, dimitto, negligo.

V. 415.

Τως — tantum. ὡς — quantum.

Ἀπεχθαίρω, *fut.* αρῶ, odio proſequor. ex ἀπὸ, & ἐχθαίρω, *idem.*

Ἔκπαγλα, *adv. h. l.* vehementiſſime, mirifice. ab ἔκπαγλος, ου, terribilis, ſtupendus, admirabilis.

V. 416.

Μητίζομαι, *vel potius* μητίομαι, conſilia agito, conſulto. 2.) *h. l.* molior, efficio, ſtruo, machinor. a μῆτις, conſilium.

Ἔχθος, εος, τὸ, odium, inimicitia, ſimultas.

V. 417.

Οἶτος, ου, ὁ, ærumna, calamitas, exitium, infelix fatum, interitus, mors. ab οἶ, heu! Κακὸν οἶτον, *malo fato.*

Ὄληαι, pereas. aor. 2. ſubj. Med. *Jon.* pro ὄλησαι, v. ὄλλυμι, perdo.

V. 419.

Καταχομένη, *cooperta*: detenta. aor. 2. part. Med. v. κατέχω, detineo, retineo.

Ἀργῆς,

Ἀργῆς, ῆτος, ὁ, albus, candidus, candens. ab ἀργὸς, *idem*.

v. 420.

Λάθεν, *pro* ἔλαθεν, latuit.

Ἦρχε δὲ δαίμων, præibat autem Dea.

v. 422.

Ἐπὶ ἔργα τράποντο, ad munera *ſua* convertebantur.

v. 423.

Ὑψόροφος, ου, ὁ, ἡ, altam cameram *ſeu* concamerationem habens. 2.) excelſus. ex ὕψος, altitudo, & ὄροφος, ου, ὁ, tectum: camera. quod ab ἐρέφω, tego.

Mulieres vulgo habitabant ſumma cubicula (prout *Euſtath.* notat,) ut ab omni ſodalitio ſecluderentur; unde in altiſſima parte domus fuiſſe dicitur Helenæ cubiculum. POTT. *Tom. II. p.* 256. FEITH. *L. III. C. XI.* §. *VIII.*

v. 424.

Δίφρος, ου, ὁ, *h. l.* ſella.

Φιλομμειδὴς, έος, ὁ, ἡ, *geminato* μ, *metri cauſa*, amans riſum. ex φίλος, & μειδάω, molliter *ſeu* leniter rideo.

v. 425.

Ἀντία] ἐξ ἐναντίας.

v. 427.

Ὄσσε πάλιν κλίνασα, oculis averſis:] Elle détourne les yeux, ou pour lui témoigner le mépris, que merite ſa lâcheté, ou, comme dit *Euſtathe*, de peur, que la beauté de ce Prince ne l'adouciſſe, & ne la deſarme. Mais elle a beau faire, Venus ne la quitte point; les douceurs ſuccederont bientôt aux reproches. DACIER.

v. 428.

Ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι, utinam ibi periiſſes! Vide VIG. *Idiot. C. V. S. IX. R. V.* POSS. *Synt. Gr. p.* 296.

v. 429.

Ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ] Hic ſe φίλανδρον eſſe docet Helena, cum de Menelao loquitur, quem robore & virtute bellica adultero anteponit. SPOND.

Δαμεὶς] δαμασθεὶς, ἀναιρεθεὶς. aor. 2. part. Paſſ. a δαμάω.

Ἀνδρὶ κρατερῷ, a viro forti.

v. 430.

Εὔχε', pro εὔχεο, quod pro ηὔχου, gloriabaris. ab εὔχομαι, glorior, jacto me.

v. 432.

Προκάλεσσαι, provoca. a προκαλέομαι, οῦμαι, evoco: elicio: provoco.

v. 433.

Ἐξαῦτις] ἐκ δευτέρου· ſecundo, rurſus.

v. 434.

Παύσασθαι κέλομαι] Hoc adulanter dictum vult *Euſtathius*; poteſt tamen & ironice intelligi, imo ſatis mordaci σαρκασμῷ, ubi imbecillitatem & ignaviam Paridis carpit. SPOND. Idem ſentit CLARK.

v. 436.

Ἀφραδίως, *adv.* ſtulte, temere, inconſiderate, imperite. ab ἀφραδής, έος, ὁ, ἡ, temerarius, inconſultus: *quaſi* qui multa loquendo effutit. ab α *epitatico*, & φράζω, dico; conſilium ineo.

Δαμείης, domeris; interficiaris. aor. 2. opt. Paſſ. v. δαμάω.

Τάχα, *h. l.* forte, forſan, fortaſſis.

v. 438.

Μή με, γύναι,] Reſpondet Helenæ objurgationibus Paris, quibus ei ignaviam tacite objiciebat, quod a Menelao viro longe fortiori ſuperatus eſſet. Quod poſtremum fatetur, ſed illud prius amolitur, cum Menelaum non propria fortitudine victorem exſtitiſſe, ſed Minervæ auxilio dicit; at hominem a Diis vinci, non eſt dedecus. Et ne Helena deſertum eum a Diis exiſtimet, ſubjicit futurum, ut hæc victoria etiam olim in ſuas partes Deorum opera alternetur, quos omnes a ſe non habeat alienatos. Tandem mollis, effœminatus, & ſpurcus ille adulter nihil ſibi propterea de libidine ſua imminutum dicit, ſed nunc magis ea corripi, quam unquam alias, &c. SPOND.

v. 440.

Κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ. Illum viciſſim ego *forte alias vincam.*

Παρά — εἰσι, adſunt.

v. 441.

Φιλότητι τραπείομεν, in gratiam redeamus. τραπείομεν aor. 2. ſubj. Act. *Jon.* & *Poët.* pro τρέπωμεν, v. τρέπω, verto.

v. 442.

v. 442.

Ἔρως, ωτος, ὁ, amor, quo proſequimur aliquem. 2.) *Cupido*, Amor, Deus amoris.

Ἀμφικαλύπτω, circumtego: complector.

v. 445.

Ἐμίγην, mixtus ſum: junctus ſum. aor. 2. Ind. Paſſ. v. μίγνυμι, miſceo.

Εὐνὴ, ῆς, ἡ, *h. l.* concubitus.

Φιλότητι καὶ εὐνῇ] *φιλίᾳ καὶ συνουσίᾳ.*

v. 446.

Ὡς *σέο νῦν ἔραμαι*, ſicut te nunc amo, concupiſco.

v. 447.

Ἆρχε, *pro* ἦρχε, præibat. Ἕπετο, ſequebatur.

v. 448.

Τρητὸς, ἡ, όν, perforatus, foramina habens. a τρέω, foro.

Κατεύνασθεν, cubuerunt. κατευνάζω, & κατευνάω, ſopio. In *Paſſ.* & *Med.* quieſco, requieſco: cubo, dormio.

Lecti olim *conſtabant* potiſſimum *e ligno*; quod teſtatur ille Ulyſſis *Odyſſ. XXIII. v.* 189. *ſeqq.* quem ex *olea* a ſe fabricatum extendit, auroque & argento ac ebore exornavit; funiculis ex loro bubulo hinc inde conſertis; nempe e *fulcris*, quæ ἑρμῖνας vocat. Qua ratione λέχεα τρητὰ, *lectos perforatos* ſubinde appellat, ſcilicet *τετρυπημένα πρὸς τὴν τῶν χοινίων δέσιν*, *ob foramina in ſpondis facta*, per quæ τόνοι, *funes* trajiciebantur, qui ſuſtinerent *ipſum lectiſternium*. FEITH. *L. III. C. VIII.* §. *II.*

v. 449.

Θὴρ, θηρὸς, ὁ, fera, bellua.

v. 450.

Ἐσαθρήσειεν, conſpicaretur. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro ἐσαθρήσαι, v. εἰσαθρέω, conſpicio, conſpicor, inſpicio, intueor oculis defixis. ex εἰς, & ἀθρέω, diſpicio, obſervo. Sed ἀθρέω fit a θεωρέω, *per Syncop.* video, contemplor: *ubi α eſt ἐπιτατικόν τι, ſeu intenſivum quiddam.*

v. 453.

Κευθάνω, occulo, occulto. a κεύθω, *idem.*

Ὀυ *μὲν γὰρ φιλότητί γ' ἐκεύθανον*] *ὀυ γὰρ ἂν διὰ φιλίαν αὐτὸν ἔκρυπτον.*

v. 454.

Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ. *Æque* enim ipſis omnibus odio erat, *atque* mors atra. Ἶσον, & ἶσα, cum dandi caſu, maxime apud Poëtas, ſignificant *perinde ac*, *æque atque*. VIG. *Idiot. C. III. S. V. R. VI.*

Ἀπήχθετο, inviſus erat. imperf. *vel* aor. 2. Med. v. ἀπάχθομαι, vel, quod uſitatius, ἀπεχθάνομαι, odio ſum.

v. 457.

Νίκη μὲν δὴ φαίνεται] Paris paulo ante victum ſe eſſe confitetur, cum ait: Νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ. Hoc autem loco Poëta noſter reticet Trojanorum reſponſum, quia Pandarus Menelaum jaculatus ſermones hos interrumpet, & omnia conturbabit: ut in *ſequenti Libro* videbitur. SPOND.

v. 459.

Ἔκδοτε, reddite. aor. 2. imper. Act. v. ἐκδίδωμι, reddo.
Τιμὴν ἀποτινέμεν, mulctam perſolvite. Vid. *ad v.* 285. *hujus Iliad.*

v. 460.

Ἥ τε] ἥτινος μνήμη. Πέληται] γένηται, μείνῃ.

v. 461.

Ἐπὶ δ' ἤνεον] καὶ ἐπῄνουν, καὶ συγκατετίθεντο τῇ γνώμῃ αὐτοῦ.

IN

IN Δ. ILIADIS.

V. I.

'Οι δὲ Θεοὶ] Hanc de Diis narrationem Poëta interſerit, ut doceat, voluntate Deorum contigiſſe, ut a Pandaro fœdera utriusque exercitus violarentur. Obſervandum eſt, præſtantiſſimam eſſe rem conſilium, ut quod non ſolum inter homines, ſed etiam inter Deos uſitatum ſit. *Præterea* videri duplicem ſtatum Deorum a Poëta fingi: unum Regium, alterum Democraticum: hoc poſterius in hoc loco animadvertitur. Cum autem Jupiter ſeorſim a reliquis omnia facit pro libito, regiæ eſt poteſtatis documentum. SPOND.

Ζὴν, ζηνὸς, ὁ, Jupiter.

Πὰρ Ζηνὶ, apud Jovem. *pro* παρὰ Ζηνὶ. Interdum enim abjicitur Vocalis, quamvis ſequatur Conſonans in altera dictione, tam in compoſitione, quam extra. WELL. *p.* 37. FISCH. *p.* 41.

'Ηγορόωντο, conſultabant. ab ἀγοράομαι, ῶμαι, *h. l.* conſulto.

V. 2.

Δάπεδον, ου, τὸ, pavimentum: ſolum.

V. 3.

'Εῳνοχόει, fundebat vinum; miniſtrabat. imperf. Act. pro ῳνοχόει, *Attico more*, aſſumto ε, *contr.* ex ῳνοχόεε, ab οἰνοχοέω. Ratio, cur *juvenes* præcipue *in conviviis miniſtrarent*, erat, quod non modo palatum, verum oculos ibi delectare, & quæcunque ad lætitiam & hilaritatem conducerent, in medium proferre ſtudebant. Hinc non quilibet juvenes, ſed qui forma cultuque corporis præſtarent, ad hoc miniſterium eligebantur; qui mos antiquiſſimus fuit: nam apud Deos *Hebe*, juventutis Dea, & filia Junonis, *Nectar fundebat.* Et Ganymedes, mortalium omnium pulcerrimus, in cœlum ad hoc miniſterium evectus fuiſſe dicitur *Iliad.* Υ. *v.* 232. *ſqq.* POTT. *Tom. II. p.* 325. 326. — Quod Homerus Deos habuerit immortales, æternaque fruentes felicitate, quis unquam poſſit inficiari?

Facit enim Diis poculorum miniſtram *Heben*, hoc eſt, juventutem, ut eorum ætatem ſemper floridam, validam, atque integram eſſe ſignificet, vitam in ipſis & beatitudinem numquam conſeneſcere. RICC. *Diſſ. Hom. XXXII.*

v. 4.

Δειδέχατο, pro ἐδεδέχατο, exceperant, excipiebant. *Ectaſi Poët.*-pro quo δεδεγμένοι ἦσαν, *Jon.* plusq. perf. Paſſ. v. δέχομαι.

v. 3. 4.

Invitabant Græci quoque *ſeſe ad bibendum poculo dextra tradito*, quod δειδίσκεσθαι dicit Homerus. Sic Dii *h. l. aureis poculis excipiebant ſe mutuo:* δειδέχατ' ἀλλήλους, *h. e.* ἐδεξιοῦντο προπίνοντες ἑαυτοῖς ταῖς δεξιαῖς, inquit *Athenæus Lib. I.* FEITH. *L. III. C. V.* §. *VII.* add. POTT. *Tom. II. p.* 330. RICC. *Diſſ. Hom. XXXIV.*

Verum quidem eſt, deſcribi a Vate convivas χρυσέοις δεπάεσσιν, *aureis poculis* ſeſe invicem excipientes; ſed, ſi ea fuit raritas auri, quam dicit *Athenæus*, aurumque in uſum poculorum raro fuit apparatum; fortaſſe non perperam putabimus, pocula illa ditiorum ænea auri bractea inducta vocata eſſe ab Homero *aurea*, non autem ſolido auro confecta. Auri, argentique opulentia poſt Magnum Alexandrum, qui Aſiæ theſauros diripuit, in Græcia exorta eſt, lateque dominata. RICC. *Diſſ. Hom. XLI.* — Clar. RICCIUS *loc. cit.* aliud agebat, cum hunc locum de hominibus & humanis conviviis caperet: & hinc pocula tantum aureis laminis inducta ſuſpicaretur. Deorum omnia ſunt apud Poëtas aurea. ERN.

v. 6.

Παρβλήδην, *ſubdole*, ſive ἀπατητικῶς; Vel *limis oculis intuens.* CLARK. *propr.* per comparationem, parabolice, 2.) ſimulate, doloſe, oblique. a παρβάλλω, comparo. Si ſignificet *limis oculis iutuens*, deſcendit a παρβλέπω, limis adſpicio, obliquis oculis adſpicio.

v. 7.

Δοιαὶ μὲν Μενελάῳ] Salſe & urbane Deas iſtas carpit Jupiter, quod utraque Menelao Paridem a Venere ſurripi paſſæ ſint: quod etiam epithetis auget. Nam Juno Argiva, ac proinde Argivo homini Menelao auxilium præſtare

ſtare debuiſſet. Pallas autem, quæ eſt ἀλαλκομενηὶς, animi & generoſitatis ſuæ turpiter obliviſcitur adverſus Venerem præcipue, quæ in rebus bellicis longe eſt inferior, unde & non alio inſignitur epitheto, quam τῦ φιλομμειδὴς, quo ſcomma gravius exacerbatur. Licet autem ſubtractus ſit Paris Menelao, tamen hunc victorem Jupiter pronunciat: unde videtur Agamemnonis ſuperior ſententia corroborari, quæ Helenam cum opibus reſtitui a Trojanis poſtulabat: Nempe quod dolo ſit diremta pugna, & pro mortuo cenſeatur, qui a Menelao interfici potuit. Nihilominus propendet in eam ſententiam Jupiter, ut totum diſſidium pacifice componatur; ut videlicet ſarta tecta, & ab excidio incolumis Troja reſtaret, cujus ſtudioſum ille ſe fere ſemper indicat, cum ſe a Trojanis pie coli intelligeret, tantaque honoris parte ſuam majeſtatem imminui ægre pateretur. SPOND.

Δοιαὶ, duæ. nom. plur. gen. fœm. *Poët.* pro δύο.

Ἀρηγὼν, όνος, ὁ, ἡ, auxiliator, defenſor. ab ἀρήγω, auxilior, opem fero, *propr.* in bello. Θεάων] τῶν Θεῶν, Dearum.

V. 8.

Ἀλαλκομενηὶς, ΐδος, ἡ, auxiliatrix, adjutrix, auxiliari *vel* adjuvare potens. Epitheton *Minervæ.* ex ἀλάλκω, juvo, & μένος, robur. *Vel* ita dicitur Minerva ἀπὸ τῦ Ἀλαλκομενέως Ἥρωος, ab Heroe Alalcomeneo, qui in oppido Bœotiæ, a ſe condito, Minervæ templum & ſimulacrum condidit.

V. 9.

Ἀλλ' ἤτοι ταὶ] ἀλλὰ γὰρ αὗται μὲν.

V. 11.

Παρμέμβλωκε, *adeſt*, adfuit. *Æolica Syncope*, auferendo α, pro παραμέμβλωκε. ex παρὰ, & μέμβλωκε, quod factum eſt ex μεμόληκε, Syncope τῦ ο, ejusque loco propter euphoniam inſerto β, & η verſo in ω, a μολέω, vehio, advenio. Conf. WELL. *Gramm. Gr. p.* 159. & FISCH. *Animadv. in eam, p.* 179. 180.

Αὐτῦ, *pro* ἀπ' αὐτῦ, κῆρας ἀμύνει, ab ipſo fata repellit.

V. 12.

Ἐξεσάωσεν, conſervavit. v. ἐκσαόω, e periculo ſervo, libero, tueor. Θανέεσθαι, ſe moriturum.

Καὶ νῦν ἐξεσάωσεν] Itaque fœdus deinceps fractum eo prætextu, quod *evaſerit* ſcilicet, nec *interfectus* fuerit *Paris.* CLARK.

V. 14.

Ὅπως ἔςαι τάδε ἔργα, quem exitum habituræ ſint hæ res.

V. 15.

Φύλοπις, ιδος, ἡ, pugna, prælium. 2.) clamor bellicus. a Φῦλον, ε, genus, gens, natio, & ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox; clamor. Ἤ, utrum. — ἤ, an.

V. 16.

Ὄρσομεν, excitemus. Βάλωμεν, conciliemus.

V. 18.

Ἤτοι μὲν οἰκέοιτο] οὕτως γὰρ οἰκοῖτο.

V. 20.

Ἐπέμυξαν] Veteres de ſenſu hujus vocis non conſenſere. Alii interpretati ſunt ita, ut latina verſio habet, (ſcil. *compreſſis labris gemebant*,) quod ſequuntur Scholia Pſeudo-Didymi, & inedita Lipſ. &c. Alii de irriſione ceperunt, ut *Heſych.* ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν, & *Suidas.* Analogia linguæ utrique rationi favet. — Sed contextus & *h. l.* & *Il.* Θ. 457. priori interpretationi favet. ERN. ἐπιμύσσω, vel ττω, ſubſanno, ſtrepitu narium irrideo. ἐπιμύω, *idem quod ſimplex* μύω, premo, comprimo, comprimendo claudo, occulto, teneo, &c. *Hinc* conniveo, nicto, oculos claudo, labia comprimo.

V. 21.

Πλησίαι αἵγ' ἥσθην] Qui iſtud γε omiſerit, ſentiet tandem, quam *ad ſententiam* plane non ſit ſupervacaneum. CLARK.

V. 22.

Ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν] Minerva, quæ ſupra *Lib. I.* Achillis iram cohibuerat, ſuam quoque in præſentia coërcet, quanquam non iniquam occaſionem Jovi reſpondendi haberet, a quo erat tum ignaviæ vellicata, tum audierat conſilium de componendo bello, quod ipſa probare non poterat, quia hoc pacto inulta fuerat remanſura: nihilominus, inquam, tacet, perſonam Jovis ſui patris,

patris, ſupremique Deorum regis venerata: quod deam Sapientiæ facere quoque decuit. Unde oſtendit Poëta, prudentius eſſe iram moderari & concoquere; rerum tamen, perſonarum & temporum circumſtantiæ accurate obſervandæ ſunt, ne Stoicorum ἀναισθησίαν inducamus. SPOND.

V. 23.

Σκύζω, placide admurmuro. 2.) ad iram concito, irrito. σκύζομαι, irritor, iraſcor.

Ἄγριος, ία, ιον, agreſtis, ruſticus. *h. l.* immitis, ferus, ferox, immanis, atrox. ab ἀγρὸς, ȣ, rus, ager.

Ἥιρει, tenebat, capiebat. v. αἱρέω, capio.

V. 24.

Ἔχαδε, continuit. aor. 2. ind. Act. v. χάζω, cedo, locum do.

Σῆθος] κατὰ σῆθος, in pectore.

V. 26.

Ἅλιος, ȣ, ὁ, ἡ, vel ἅλιος, ία, ιον, marinus, maritimus. 2.) *h. l.* vanus, irritus. ab ἅλς, mare: ducta ſignificatione a *mari*, *vel* quod mare res quædam vana & inutilis eſſe videretur ante inventas naves; *vel* quod ad potum inutilis ſit aqua marina.

Θεῖναι, *h. l.* reddere.

Πόνος, ȣ, ὁ, labor, ſtudium & opera rei alicui impenſa. a πένομαι, facio, ago.

Ἀτέλεςος, ȣ, ὁ, ἡ, infectus, imperfectus: *ſine fructu.* ex α priv. & τελέω, perficio.

V. 27.

Ἱδρῶθ' *pro* ἱδρῶτα, ab ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, ſudor. *hinc* ἱδρόω, ῶ, ſudo.

Μόγος, ȣ, ὁ, labor, ærumna, moleſtia.

Καμέτην, defatigati ſunt. aor. 2. ind. Act. num. dual. a κάμνω, fatigor, deficio.

V. 28.

Τοῖό τε παισὶν] καὶ τοῖς τȣ́τȣ παισίν.

V. 29.

Ἔρδ' *pro* ἔρδε, fac. *v.* 37. Ἔρξον, *idem.*

V. 32.

v. 51.

Φίλτατος, cariſſimus, dilectiſſimus. *Sync.* pro φιλώτατος. a φίλος.

v. 51. 52.

Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς] Vid. *Il.* Α. *v.* 38. *Juno h. l.* præ ceteris ait tres ſibi caras civitates, Argos, Spartam, & Mycenam. Ac Argivi quidem eam ſibi πολιοῦχον ducebant, teſte *Palæphato*, *C.* 51. *de Junon.* velut *urbis ſuæ cuſtodem.* Quo nomine Athenienſes quoque indigetabant *Minervam*, cui non urbs modo ſacra erat, ſed & ager Atticus univerſus, teſte *Pauſania*, *in Atticis.* FEITH. *L. I. C. II. §. II.*

v. 53.

Τὰς διαπέρσαι] Verbum, διαπέρσαι, in hoc verſu, & ἐπιτεῖλαι, infra in verſu 64. infinitivum accipiunt, loco imperativi. Ἀπαρέμφατον, inquit in utroque loco Scholiaſtes, ἀντὶ προστακτικοῦ. Equidem, quare utrobique non legatur imperativum, διάπερσαι & ἐπίτειλαι, nihil video. CLARK.

Διαπέρθω, devaſto, everto, depopulor.

v. 54.

Πρόσθ' ἵσταμαι] προΐσταμαι, ὑπερμαχῶ.

Μεγαίρω, invideo (*tibi.*)

v. 55.

Εἴπερ, quamvis. Φθονέω, ῶ, invideo. 2.) nego, denego, concedere nolo. a φθόνος, ου, invidia.

Ἐιῶ, ſinerem: ſinam. *pro* ἐῶ, ab ἐάω, ſino, permitto.

v. 56.

Ἀνύω, perficio, *proficio*, efficio, perago.

v. 58.

Ἔνθεν, inde, hinc, illinc.

Ὅθεν, unde. Ὅθεν σοί] ἐκ τῶν αὐτῶν γονέων.

v. 59.

Πρέσβυς, υος, *vel* εως, ὁ, ſenex. *Comparat.* πρεσβύτερος, ſenior. *Superlat.* πρεσβύτατος, maximus natu. *h. l.* maxime venerandus *ſeu* honorandus.

v. 60. 61.

Σὴ παράκοιτις Κέκλημαι· Tua conjux ſum. *Euſtathius:* κέκλημαι ἀντὶ τοῦ Εἰμὶ κεῖται. *Scholiaſt.* κέκλημαι] εἰμὶ, ὑπάρχω· Vid. ad Α. *v.* 293.

v. 62.

v. 62.

Ταῦτα] κατὰ ταῦτα, ἐν τούτοις.

Ὑπείκω, cedo, concedo, obſequor, obtempero. ὑποείκω, *Poët.*

v. 63.

Ἐπὶ δ' ἕψονται Θεοὶ ἄλλοι] ἐπακολουθήσουσι δὲ τῇ ἡμῶν γνώμῃ καὶ οἱ λοιποὶ Θεοί. *Schol.*

v. 66.

Ὑπερκύδας, αντος, ὁ, gloria eminens, ſumma gloria inſignis. ex ὑπὲρ, & κῦδος, gloria.

v. 70.

Μετὰ, *h. l.* ad.

v. 71.

Πειρᾶν, ἀντὶ τοῦ Πειρῶ· conare.

v. 74.

Ἀΐσσω, *vel* τῖω, ruo, cum impetu feror: feſtino.

v. 75.

Οἷον δ' ἀςέρα] Non τὸν λεγόμενον Κομήτην, ut Scholiaſtes male; ſed *Stellæ trajectionem. Quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.* CLARK.

v. 76.

Ναύτης, ου, ὁ, nauta, navita. a ναῦς, navis.

v. 77.

Τοῦ — ἀπὸ, ex ea — Σπινθὴρ, ῆρος, ὁ, ſcintilla.

Ἵενται, emittuntur. v. ἵημι, mitto.

v. 78.

Ἤϊξεν, cum impetu lata fuit. v. ἀΐσσω.

v. 79.

Κὰδ δ' ἔθορε, *pro* κατέθορε δὲ, deſiliit autem. κατέθορε eſt aor. 2. ind. v. καταθορέω, deſilio, proſilio. ex κατὰ, & θορέω, ſalio.

v. 82.

Φύλοπις αἰνὴ Ἔσσεται, ἢ φιλότητα] Hoc ajunt milites: *rem non amplius in incerto fore; quippe ſignum dediſſe Jovem, aliquid jam apud ſe ſtatutum atque decretum; ſtatim intellecturos, Paxne futura ſit, an Bellum.* CLARK.

v. 83.

Τίθησι, ſtatuit, decrevit.

v. 84.

Ταμίας, *Jon.* ταμίης, ου, ὁ, promus condus, diſpenſator eorum, quæ condenda & promenda ſunt. *h. l.* diſpenſator, arbiter, adminiſtrator, præfectus.

Τέτυκται; eſt.

v. 86.

Κατεδύσατο, ſubiit: κατῆλθεν.

v. 88.

Δίζημαι, quæro, inveſtigo. a δίζω, ambigo: quæro.

Πάνδαρον ἀντίθεον, — ἀμύμονά τε] Non, *omni virtute præcellentem*; erat enim *perfidus*: ſed τοξικῆς *ſcientia ſingulari peritum.* CLARK.

v. 89.

Εὗρε] Orationis τὸ ἀσύνδετον *celeritatem* indicat Minervæ. IDEM.

Λυκάονος υἱὸν] τὸν Πάνδαρον.

v. 90.

Ἀσπιστὴς, οῦ, ὁ, clypeatus, miles. ab ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus.

v. 93.

Ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο] Duobus propoſitis præmiis Pandarum Minerva ad petendum jaculis Menelaum pellicit: primum gloria, quam univerſim a Trojanis: deinde donis, quæ ab Alexandro ſit reportaturus. Hinc perſuaſus eſt imprudens & inſipiens ille, obſervandumque nobis relinquit, cavendum eſſe, ne muneribus ullis corrumpi nos ſinamus, ut impium aliquid temere perpetremus. Totus enim hic locus nihil aliud docet, quam munerum corruptionem, impietatem, atque in univerſum inſipientiam, ut docet *Pruſæus Orat.* 56. quæ eſt *de Homero & Socrate.* SPOND.

v. 94.

Τλαίης, auderes. præſ. *vel* aor. 2. opt. Act. v. τλῆμι, perfero.

Ἐπιπροέμεν, immittere. *Jon.* pro ἐπιπροεῖναι. aor. 2. infin. v. ἐπιπροίημι, immitto.

v. 95.

Ἄροιο, reportares. aor. 2. opt. Med. v. ἄιρω, tollo.

Πᾶσι

Πᾶσι δέ κε Τρώεσσι] ἀντὶ τοῦ, παρὰ πάντων τῶν Τρώων. ita v. ſeq. Ἀλεξ. βασιλῆϊ] ἀντὶ τοῦ, παρὰ Ἀλεξ. βασιλέως.

v. 97.

Πάμπρωτος, ου, ὁ, ἡ, omnium primus. πάμπρωτα, inprimis. ex πᾶς, & πρῶτος.

Τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα πάρ'] παρὰ τούτου δὴ πάντων πρῶτον.

v. 99.

Δμηθέντα] δαμασθέντα, ἀναιρεθέντα.

Πυρῆς ἐπιβάντ' ἀλεγεινῆς] χαλεπῆς. Οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ σώματα οὐκ ἔθαπτον ἐπὶ γῆν, εἰ μὴ πρότερον ἔκαυσαν. Εἶθ' οὕτως τὴν τέφραν σὺν τοῖς ὀστέοις ἐχώννυον, ἐν ἀγγείῳ τινὶ ἀποθέμενοι. *Schol.*

Ἐπιβάντα] ἐπιβιβασθέντα, ἐπιτεθέντα.

v. 100.

Ὀιστεύω, ſagitta peto, ſagitta ferio, ſagittam emitto, ſagitto. ab ὀιστὸς, οῦ, ὁ, ſagitta, jaculum.

Κυδάλιμος, ου, ὁ, ἡ, glorioſus, gloria ſublimis. a κῦδος, εος, τὸ, gloria, decus.

Μενελάου κυδαλίμοιο, Menelaum gloria ſublimem. *Euſtathius*: λείπει πρόθεσις, τὸ γὰρ ἐντελὲς, κατὰ Μενελ. κυδαλ.

v. 101.

Εὔχεο, *pro* εὔχου, vove.

Λυκηγενέϊ] τῷ ἐν Λυκίᾳ τιμωμένῳ, γεγεννημένῳ.

Κλυτότοξος, ου, ὁ, ἡ, arcu & jaculis inſignis. a κλυτὸς, & τόξον.

v. 102.

Πρωτόγονος, ου, ὁ, ἡ, primigenius, primogenitus, primitivus. ex πρῶτος, & γίνομαι.

Ῥέξειν, *te* ſacrificaturum.

v. 104.

Τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθεν· Πείθειν notat *perſuadere* & *movere* hominem quendam. ut ſequatur ejusmodi ſuaſionem & inſtigationem. Tum vero deſignat æque *auctorem alicui & ſuaſorem eſſe*, & *perſuadere conari*, ſi quidem Homerus ea valet *Græci* ſermonis peritia, ut ejus, quid in illo proprium ſit, judex & arbiter ſedere queat. Ipſa — Minerva — *perſuaſit imprudenti* — Pandaro, aut *movit eum* — *ad jaculandum in* Menelaum, & *ad violandam inducias*. BLACKW. *Auct. S. Claſſ. &c. p.* 455.

v. 105.

Συλέω, & άω, ſpolio, prædor. *h. l. e theca* educo, detraho. a σύλη, ης, præda.

Ἴξαλος, ȣ, ὁ, ἡ, qui ſaltu progreditur, ſaltator, impetuoſus, ſalax. 2.) capra fera. ex ἰξὺς, ύος, ἡ, lumbus, coxa, & ἅλλομαι, ſalio.

v. 106.

Τυχήσας, conſecutus. a τυγχάνω, *quaſi* a τυχέω.

v. 107.

Δεδεγμένος, excipiens. a δέχομαι.

Προδοκὴ, ῆς, ἡ, anguſtus locus, locus inſidiis aptus: inſidiæ. a προδοκάζω, exſpecto, obſervo.

v. 108.

Βεβλήκει, percuſſerat. a βάλλω, jacio.

Ὕπτιος, ια, ιον, ſupinus, reſupinus, in dorſum verſus.

v. 109.

Κέρα] κέρατα.

Ἑκκαιδεκάδωρος, ȣ, ὁ, ἡ, ſedecim palmos longus. ex ἑκκαίδεκα, ſedecim, & δῶρον, palmus minor, palma: donum; *quod manu datur.*

Πεφύκει, nata erant. a φύω.

v. 110.

Ἀσκήσας, elaborans. Κεραοξόος, ȣ, ὁ, ἡ, politor cornuum, ex quibus arcus conficiuntur. ex κέρας, ατος, τὸ, cornu, & ξέω, polio.

Ἤραρε, aptaverat. *Attic. & Poët. tranſpoſitione* pro ἄρηρε, præt. Med. v. ἄρω, apto.

Τέκτων, ονος, ὁ, faber, artifex. a τεύχω, fabricor.

v. 111.

Λειαίνω, lævigo, polio, explano. a λεῖος, λεία, λεῖον, lævis, non aſper, glaber, planus.

Κορώνη, ης, ἡ, *h. l.* ſummitas in curvamine arcus, curvatura in arcu, ubi alligatur utrimque nervus; apex.

v. 105.— 111.

Arcus apud Græcos vulgo decorabantur *auro argentove*, quapropter memorantur *arcus aurei*, & Apollo vocatur ἀργυρότοξος: ſed *ex ligno* ut plurimum conficiebantur; etſi antiquitus Scytharum in morem *cornei* erant, quemadmodum legere eſt *h. l.* de Pandari arcu. Unde *Lycophron*

phron Caſſandr. v. 563. qui mores antiquatos ac phraſes obſoletas affectat, hæc habet de Apolline Idam arcu aggrediente:

— ἐν χάρμαισι ῥαιβώσας κέρας.

— *in pugna curvato cornu.*

Sed quidam inter veteres Gloſſographos κέρας malunt interpretari τρίχωσιν, id eſt, *arcus nervum*, qui ex pilis equinis contortus erat, ideoque dictus ἱππεία *Heſychio*: ad quod *Accius* alludit, cum ait:

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela. —

Apud *Hom.* vero illi nervi conficiuntur ex tergoribus in corrigias diſſectis; unde legimus τόξα βόεια, *v.* 122. *hujus Iliad.* ut *Euſtath.* obſervat ad *h. l.*

Illa pars, cui nervus annectebatur, quæque extremo arcu exſtabat, vocata κορώνη, vulgo aurea & arcum abſolvens; quapropter *Hom. v.* 111. poſtquam arcum delineavit, hæc ſubdit:

— Χρυσέην ἐπέθηκε κορώνην.

— *auream impoſuit cuſpidem.*

Hinc *Euſtath.* nos docet, χρυσῆν ἐπιθεῖναι κορώνην denotare *rem ad felicem exitum perducere.* POTT. *Tom. II. p.* 36. 37. add. FEITH. *L. IV. C. IX. §. IV.*

V. 112.

Καὶ τὸ μὲν] τόξον.

Τανύω, *idem quod* τείνω, *unde & ducitur, ab aor.* 2. tendo.

V. 113.

Ἀγκλίνω, *Poët. Sync.* pro ἀνακλίνω, reclino, inclino.

Σχέθον, tenebant. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἔχεθον, a v. *Poët.* χέθω, habeo; teneo.

Ἐσθλός, ἡ, ὸν, *h. l.* ſtrenuus, fortis.

V. 114.

Ἀναΐξειαν, conſurgerent (*in eum*) aor. 1. opt. v. ἀναΐσσω.

Πρὶν, prius. — *v. ſeq.* πρὶν, quam.

V. 115.

Βλῆσθαι — percuſſus eſſet — pro βεβλῆσθαι, præt. infin. Paſſ. v. βάλλω, pro βλέω, percutio. Vid. Α. *v.* 97. & 98.

V. 116.

Σύλα, detrahebat.

Πῶμα, ατος, τὸ, operculum, operimentum.

Ἐκ — ἕλετο, exemit.

V. 117.

Ἀβλὴς, ῆτος, ὁ, ἡ, nondum (*in quemquam*) jactus, & *per conſequens*, novus. ex α priv. & βάλλω, jacio.

Πτερόεντα] Sagittæ *alis inſtruebantur* ad vim & celeritatem augendam. Unde nati ſunt apud *Hom.* πτερόεις ἰὸς, πτερόεις ὀϊστός, &c. POTT. *Tom. II. p.* 37. Ἕρμα *h. l.* cauſa *valida.*

Μέλας, *h. l. ſenſu figur.* profundus.

V. 118.

Νευρὰ, ᾶς, *Jon.* νευρὴ, ῆς, ἡ, nervus, quo arcus intenditur. a νεῦρον, ου, τὸ, nervus.

Καταχοσμέω, ῶ, apto, compono.

Πικρὸς, ρὰ, ρὸν, amarus, acerbus. *propr.* ſapori tribuitur. *Metaph.* etiam dicitur de aliis rebus. ita *h. l.* πικρὸν ὀϊστὸν, acerbam ſagittam.

V. 122.

Γλυφὶς, ίδος, ἡ, incifura & crena ſagittæ. a γλύφω, ſcalpo, ſculpo.

Βόειος, εία, ειον, & βόεος, εα, εον, bovinus, bubulus. a βοῦς, bos.

V. 123.

Μαζὸς, οῦ, ὁ, mamma, mamilla.

Σίδηρον] Virgilio, *acies ferri*; Livio, *aculeus ſagittæ.* CLARK. σίδηρος, ου, ὁ, ferrum. *Meton.* enſis, aut alia res ex ferro confecta. *h. l. pro* ſagittæ cuſpide.

Flectendo arcu manum ad aurem dextram minime adducebant Græci veteres, recentiorum temporum Perſarumque in morem, juxta *Procopium de bello Perſic. Lib. I.* ſed arcu recta ex adverſo pectoris diſpoſito manum ad mammam dextram reducebant: prout ſolebant *Amazones*, quæ dextram mamillam reſcidiſſe referuntur, ne illis ſagittam emittentibus impedimento foret; qua de cauſſa illarum nomen vulgo deducitur ab α privat. & μαζὸς, *mamma*, quaſi *absque mamma.* Hinc Homerus *h. l.* de Pandaro ait: Νευρὴν μὲν μαζῷ κ. τ. λ. POTT. Tom. II. p. 38.

V. 124.

Κυκλοτερὴς, έος, ὁ, ἡ, *propr.* tornando rotundus factus, & *genera-*

generaliter ita rotundus, ac ſi torno ad orbicularem rotunditatem exactus eſſet. *Exponitur* & orbicularis, rotundus, circularis, teres. a κύκλος, ὁ, circulus, & τερέω, terebro, torno.

V. 125.

Λίγγω, ſtrideo, ſtrido, ſtridorem edo.

Βιὸς, ῦ, ὁ, arcus: nervus *arcus.*

V. 126.

Ὀξυβελὴς, έος, ὁ, ἡ, acutam habens cuſpidem: ex ὀξὺς, & βέλος, τὸ, jaculum, ſagitta. quod a βάλλω.

Ἐπιπτέσθαι, advolare. aor. 2. infin. Med. v. ἐπίπτημι, advolo. ex ἐπὶ, & πτῆμι, ἵπτημι, volo.

V. 127. *ſqq.*

Οὐδὲ σέθεν, Μενέλαε,] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 342. u. f.

Λελάθοντο, obliti ſunt. aor. 2. ind. Med. *Jon.* pro ἐλάθοντο, v. λανθάνω, *pro* λήθω, lateo. λήθομαι, oblivifcor.

V. 128.

Πρώτη δὲ Διὸς] Prævaricatur Minerva, perſuaſoque Pandaro, ut Menelaum ſagitta peteret, tamen eam ita a Menelao prohibet, ut leviter ſit ab illa tantum delibatus expreſſo ſolum ſanguine, ut eo viſo Græcorum animi ad perfidiam Trojanorum armis inſectandam inflammarentur. SPON.

Ἀγελείη, ης, ἡ, Epitheton *Palladis: quaſi* dux populi; *vel* prædatrix, quæ prædam ducit. ex ἄγω, & λαὸς, *vel* ex ἄγω, & λεία, præda.

V. 130.

Ἐέργω, pro εἴργω, arceo, cohibeo, inhibeo.

Χρὼς, χροὸς, cutis. *peculiariter* corpus, *ſeu* cutis hominis.

V. 131.

Παιδὸς, *pro* ἀπὸ παιδὸς, a filio.

Λέξατο, ſopitus eſt. Λέγομαι *h. l.* cubo, jaceo, dormio.

V. 132.

Ἰθύνω, rego, dirigo. ab ἰθὺς, έος, ὁ, rectus.

Ζωςὴρ, ῆρος, ὁ, cingulum, baltheus. a ζώννύω, υμι, cingo.

Ὀχεὺς *h. l.* fibula, annulus.

V. 133.

Σύνεχον, conſtringebant *id.* Διπλόος, ῦς, ὁ, duplex, duplus.

Ἤντετο, obtendebatur, *propr.* occurrebat. v. ἄντομαι, occurro, obvius fio, ab ἄντα, *adv.* coram, e regione.

V. 134.

Ἀρηρότι, bene aptatum. (aptato.) dat. ſing. partic. præt. Med. v. ἄρω, apto.

V. 135.

Ἐλήλατο, adacta erat. plusq. perf. ind. Paſſ. cum Attica reduplicat. v. ἐλάω, *idem quod* ἐλαύνω, agito, impello.

Δαιδάλεος, έα, έον, vel Δαιδάλειος, ία, ειν, artificioſus, artificioſe factus. a Δαίδαλος, ου, ὁ, Dædalus, *artifex ſumme ingenioſus.*

V. 137.

Μίτρα, ας, *Jon.* μίτρη, ης, ἡ, cingulum, balteus, zona. 2.) faſcia, qua caput obligatur, mitra, diadema.

Ἔρυμα, ατος, τὸ, tutamen; præſidium, propugnaculum. ab ἐρύω, traho: cuſtodio, ſervo.

Ἄκων, οντος, ὁ, jaculum, ſpiculum, telum. ab ἀκὴ, cuſpis.

V. 138.

Ἣ οἱ] ἥτις αὐτῷ.

Ἔρυτο,] ἐβοήθησε.

Διὰ πρὸ δὲ εἴσατο καὶ τῆς] διῆλθε δὲ καὶ διὰ ταύτης.

Εἴσατο, v. εἶμι, vado, eo: penetro.

V. 132. — 138.

Μίτρα ex ære conflata, lana vero intus offerta, quam ad cutem ſub lorica hamata geſtabant. Sic nos docet Homerus *h. l.* verba faciens de jaculo, quod totam armaturam Herois transfixit, ſed a μίτρῃ retuſum cutem ſolummodo perſtrinxit. — Ζῶμα vel ζωστὴρ a genubus ventrem attingebat, quo loricæ inſerebantur, ut notat *Euſtathius.* Sed poſterius vocabulum ſæpius uſurpatur pro cingulo totam armaturam ambiente: quemadmodum Homerus cecinit *Iliad.* Δ. *v.* 215. 216. Hujusmodi cingulo inſtructum eſſe bellatorem inprimis decebat; unde ζώννυσθαι juxta *Pauſaniam in Boeoticis*, in genere ſumitur pro *accingere ſe ad prælium.* POTT. *Tom II. p.* 25. FEITH. *L. IV. C. VIII.* §. *III.*

V. 139.

v. 139.

Ἐπιγράφω, inſcribo. *h. l.* leviter vulnero, perſtringo. ex ἐπὶ, & γράφω.

v. 140. *ſqq.*

Αὐτίκα δ' ἔῤῥεεν αἷμα] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 151. u. f.

Κελαινεφὲς] μέλαν, ὡς νέφος.

Ὠτειλὴ, ῆς, ἡ, vulnus. ab ὠτάω, vulnero, percutio.

v. 141.

Ἐλέφας, αντος, ὁ, elephas, elephantus. 2.) *h. l.* ebur. Magno in pretio apud Veteres *vaſa* erant *eburnea*; 1.) *Eburneis* Græci præſertim utebantur *Deorum ſimulacris.* 2.) *Domos* habebant *eburneas*, i. e. ebore ornatas. 3.) *Lectos eburneos.* 4.) *Thronos & ſellas.* 5.) *Clypeos ebore ornatos, capulos gladiorum, frenos equorum & viriolas.* Ita *Clar.* KYPKE *Obſerv. Sacr. Tom. II. p.* 461. 462.

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, purpura. ἀπὸ τῶν Φοινίκων, qui primum purpureum colorem invenerunt.

Μιαίνω, inquino, conſpurco. 2.) *h. l.* inficio, tingo.

v. 142.

Παρήϊος, ε, ὁ, ἡ, maxillaris, ad genas pertinens. *Vel* παρήϊον ornamentum, quod apponitur in maxillis equorum, ut *h. l. Eſt & παρήϊον idem quod παρειά*, gena, maxilla; *a quo derivatur.* Ἔμμεναι, ut ſit.

v. 143.

Ἠρήσαντο, optarunt. v. ἀράομαι, ῶμαι, precor, opto. ab ἀρὰ, ᾶς, ἡ, preces.

v. 144.

Ἱππεὺς, έως, ὁ, eques. ab ἵππος, ε, equus.

Ἄγαλμα, ατος, τὸ, *propr.* ornamentum, oblectamentum. 2.) ſimulacrum, ſtatua, imago. ab ἀγάλλω, orno, inſignio, facio delectabile.

Κεῖται ἄγαλμα] Non ſatis apte h. l. *ornamentum* vertitur. Nam de ornatu e tali ebore eſt verſ. ſeq. Verterim *delicias* (bijou) quo ſenſu antiquiſſimis uſurpatur. v. Dorvill. ad Charit. p. 12. & Cl. Ruhnken. ad Timæi gloſſ. ERN.

v. 145.

Κόσμος, ε, ὁ, *h. l.* ornatus, ornamentum.

Ἐλατὴρ, ῆρος, ὁ, agitator, auriga: *eques*. ab ἐλαύνω, agito.

v. 146.

Τοῖοί τοι] οὕτως σοί.

Μιάνθην, fœdata ſunt, infecta ſunt. pro ἐμίανθεν, Bœot. pro ἐμιάνθησαν; *vel* μιάνθην, pro μιανθήτην, *per Syncop.* v. μιαίνω.

Μηροὶ Ἐυφυέες, κνῆμαί τ,] Pulcherrime ſanguinis lente delabentis *tramitem* quaſi ob oculos* ponunt hæc verba. CLARK.

v. 147.

Ἐυφυὴς, έος, ὁ, ἡ, bene ac læte creſcens, *ut* arbor, paſcua. *h. l.* formoſus, robuſtus. ex εὖ, & φυὴ, natura.

Κνήμη, ης, ἡ, *h. l.* ſura.

Σφυρὸν, ῦ, τὸ, malleolus pedis. Ὑπένερθε, inferius.

v. 151.

Ὄγκος, ῦ, ὁ, tumor. *aliquando* extrema pars gladii; vel alicujus talis: cuſpis, hamus. *ut h. l.*

Ἐκτὸς, *adv.* extra.

Ἐκτὸς ἐόντας] *Carni non infixos.* CLARK.

v. 152.

Ἄψοῤῥον, *adv.* retro, retrorſum. 2.) iterum.

Ἄψοῤῥον οἱ θυμὸς] Male vulgata verſio *iterum* &c. ſervata eſt. Voluit Poëta exprimere adfectum eorum, qui perterrentur; quibus *fugit retro verſus cor ſanguis*, ut ictus denſentur & augeantur, & pallore os inficiatur. ERN.

v. 154.

Ἐπιστενάχω, ingemo, ingemiſco, adgemo.

v. 155.

Ὅρκι' ἔταμνον] ἀντὶ τῦ, ἐπὶ τῷ σῷ θανάτῳ τὺς ὅρκυς ἐποίησα. *Schol.*

v. 156.

Οἶον προςήσας πρὸ Ἀχαιῶν· *Te* ſolum cum objeci pro Achivis cum Trojanis pugnare.

v. 157.

Ὥς σ' — Quandoquidem ita — Βάλλω, *h. l.* vulnero, faucio.

Καταπατέω, ῶ, conculco, proculco. ex κατὰ & πατέω, calco. Notetur emphaſis, quæ verbo καταπατεῖν ineſt, quod de Rebus Sanctiſſimis, quæ neglectæ, ſpretæ, violatæ, pede quaſi

uaſi proculcantur, adhibetur. Appoſitiſſime *Euſtath.* ολλὴν δηλοῖ καλαφρόνησιν τὸ Παλῆσαι, ταὐτὸ ὂν τῷ ῥῖψαι ὅιον ς πάτον, ἤγϐν ἐις τρίβον, καὶ ἐπεμβῆναι ὑβριςικῶς. h. e. *Per-agnum contemtum indicat illud* Calcare, *quippe quod idem t ac projicere velut in viam publicam, & injurioſe conſcen-lere ac proterere. Clar.* PALAIR. *Obſerv. Phil.-Crit. in N. T. d Hebr. X. 29.* Ὁ τὸν υἱὸν τῦ Θεῦ καλαπαλήσας. add. WOLF. *Cur. Philol. &c.*

v. 158. *ſqq.*

Vid. ad Γ. *v.* 276. — Id vero certiſſimum credebant, (*Jovem* ſcil. *fulmine armatum in eorum exitium, qui jurejurando fallerent*,) ut maxime differretur. Ita namque Agamemnon, poſtquam violato fœdere, Menelaum perfide vulneraſſet Pandarus, pronunciat: non irritum fore juramentum, & agnorum ſanguinem, libaminaque mero facta, ac dextras, quibus erant fiſi. Etſi namque Jupiter non ſtatim in Trojanos animadvertat, ſero tamen ei luituros pœnam, cum uxoribus ac filiis. FEITH. *L. IV. C. XVII. §. VI.*

v. 161.

Τελεῖ — ἀπέτισαν] pro ἀπολίσϐσι. Hæc conjunctio fut. & aor. frequens Poëtis & ceteris, in proſaicis interdum turbavit viros doctos. Vid. Jntt. ad Lucian. Reviviſc. c. 22. ERN.

Ἔκ — τελεῖ· perficiet. Ἀπέτισαν, luent.

Ὀψὲ, *h. l.* tandem aliquando.

Σὺν μεγάλῳ. *Schol.* σὺν μεγάλῳ χόλῳ, ἢ τόκῳ, ἤτοι ποινῇ, προςίμῳ. ut Lat. *magno*, & *magno cum fœnore.*

v. 162.

Σφῇσι] ἰδίαις.

v. 164.

Ὀλώλῃ, pereat, peribit. præt. ſubj. Med. cum reduplicat. ab ὄλλυμι, pro ὤλω.

v. 166.

Ὑψίζυγος, ϐ, qui in ſublimi ſedet ſedili. *Vel*, ſummus trutinator rerum humanarum. *Scholiaſt.* ὁ ἐπὶ ὑψηλϐ̃ θρόνϐ καθεζόμενος. ὁ τὴν ἀνωτάτω ἔχων καθέδραν. Ἡ μεταφορὴ ἀπὸ τῶν ἐν ναυσὶ ζυγῶν, ἐφ' ὧν καθέζονται οἱ ἐρέσσοντες. Ἢ, ὁ ἐν ὕψει ζυγοςατῶν, καὶ ἀπονέμων ἑκάςῳ τὸ πεπρωμένον. ex ὕψος,

τὸ,

τὸ, altitudo, & ζυγὸν, ῦ, τὸ, transtrum, ſedes remigum: *in plur. inprimis*, trutina.

v. 167.

Ἐπισσεύω, incutio: vibro; infero.

Ἐρεμνὸς, ὴ, ὸν, tenebricoſus, obſcurus, caliginoſus 2.) *h. l.* terribilis, horribilis. *per Tmeſin* pro ἐρεβεννός. ab Ἔρεβος, εος, τὸ, Erebus, orci tenebræ *ſeu* caligo.

v. 168.

Τῆσδ' ἀπάτης, *pro* ἕνεκα τῆσδ' ἀπάτης, ob hanc fraudem.

v. 169.

Αἰνὸν ἄχος, gravis dolor.

Σέθεν, tui *cauſſa.*

v. 170.

Αἴ κε θάνῃς] ἐὰν ἀποθάνῃς.

Μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο, fatum adimpleveris vitæ.

Ἀναπλήθω, impleo, expleo.

Βίοτος, ου, ὁ, vita: victus; facultates. a βίος, ου, *idem.*

v. 171.

Ἐλέγχιστος, ſumma ignominia notatus. ab ἔλεγχος, τὸ, probrum.

Πολυδίψιος, ου, ὁ, ἡ, ſiticuloſus. 2.) multum deſideratus. ex πολὺς, & δίψα, ης, ἡ, ſitis: vehemens deſiderium.

Ἱκοίμην, veniam, repetam. aor. 2. opt. Med. v. ἵκω, venio.

v. 173.

Κὰδ' δέ κεν — λίποιμεν, *pro* καταλίποιμεν δὲ, relinquemus vero.

Εὐχωλὴ, ῆς, ἡ, *h. l.* gloria. ab εὔχομαι, glorior.

v. 174.

Ὀστέον, ου, *contr.* ὀστοῦν, ῦ, τὸ, os, oſſis.

Πύθω, putrefacio. πύθομαι, putreſco, putreſio.

v. 175.

Ἔργῳ] πολέμῳ, νῦν.

v. 176.

Ἐρέει, dicet. Ὑπερηνορέω, ῶ, ſupra modum virilis & fortis ſum. 2.) *h. l.* ferocio, ſuperbio. ab ὑπερήνωρ, ορος, valde virilis, fortis: ſuperbus, ferox. quod ab ὑπὲρ, & ἀνήρ.

v. 177.

Ἐπιθρώσκω, inſilio, inſulto. ex ἐπὶ, & θρώσκω, ſalio.

v. 178.

Αἴθ' — τελέσειε — utinam — expleat —

v. 181.

Σὺν κεινῇσιν νηυσὶ] Tam ſine *Helena* & ſpoliis, quam ſine *Menelao*. CLARK.

Κεινὸς, vacuus, inanis. *pro* κενός.

v. 182.

Χαίνω, hio, hiſco, dehiſco. a χάω, hio, vacuus ſum, capio.

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθὼν] Mais que plûtôt la terre s'entr'ouvre ſous mes pas, & m' engloutiſſe dans ſes abymes. DAC.

v. 183.

Τὸν δ' ἐπιθαρσύνων] In Agamemnone Poëta exemplum mollis animi in adverſis exhibuit: nunc vero in Menelao generoſi & tolerantis, qui non frangatur aut emolleſcat. Enimvero Menelaum erigebat levitas vulneris, cum letale non eſſe intelligeret, ſecus ac Agamemnon. Cum autem ex virtute Ducum pendeat quoque militum virtus, hortatur regem Menelaus, ut meliore ſit animo, ne, ſi ſecus fecerit, totum exercitum terreat. Itaque præcipuum eſt in Duce, ut in adverſis caſibus conſtantem ſe præbeat, ut ſuo exemplo militum animos corroboret ac fulciat, SPOND.

Ἐπιθαρσύνω, audacem reddo, animum addo, confirmo. ex ἐπὶ, & θαρσύνω, *idem*.

v. 184.

Θάρσει, bono ſis animo. a θαρσέω, ῶ, confido, bonum animum habeo. a θάρσος, εος, τὸ, fiducia.

Δειδίσσεο] εἰς δέος καὶ φόβον ἄγε. terrefacias.

v. 185.

Καίριος, ία, ιον, vel καίριος, ου, ὁ, ἡ, tempeſtivus, opportunus. 2.) dicuntur καίρια, quibus maxime prodeſſe quid vel nocere poteſt. *unde* 3.) letalis de plaga, ictu, qui fit in eo loco, ubi periculoſum eſt. ἐν καιρίῳ *ſcil.* μέρει, in opportuna parte, in letali loco. a καιρὸς, οῦ, ὁ, occaſio, opportunitas temporis.

Πάγη,

Πάγη, fixa eſt. *pro* ἐπάγη, aor. 2. ind. Paſſ. v. πήγνυμι, ύω, figo, infigo.

v. 186.

Παναίολος, ου, ὁ, ἡ, omnino varius, multum variegatus, ornatu vario inſignitus. ex πᾶν, & αἰολος, varius, variegatus.

v. 187.

Ζῶμα, ατος, τὸ, veſtimentum, quo cingimur, cingulum. a ζώννυμι, cingo.

Μίτρη] χαλκῆ λεπὶς, ἣν ζώννυνται περὶ τὸν κενεῶνα, χάριν πλείονος ἀσφαλείας, i. e. *Lamina ænea, qua ſe circa ventrem cingunt, majoris ſecuritatis gratia.* Vid. ad *v.* 132 - 138. *hujus Iliad.*

Χαλκεὺς, έως, ὁ, faber ferrarius, ærarius, faber ærarius. a χαλκὸς, æs.

Κάμον, elaborarunt: cuderunt. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔκαμον, v. κάμνω, cum labore facio, laboro.

v. 189.

Αἰ, utinam. Φίλος, *pro* Φίλε, care, dilecte. Solet nonnunquam, videtur certe, poni *Nominativus* pro *Vocativo.* ita Γ. *v.* 277. Ἠέλιος, *pro* ἠέλιε, ſol.

v. 190.

Ἐπιμάσσω, & ομαι, tango, attingo. 2.) tactu exploro, palpo. ἐπιμάσσεται, tractabit.

v. 191.

Φάρμακον, ου, τὸ, pharmacum, medicamentum, medicamen.

Παύσῃσι, ſedent. *pro* παύσῃ. v. παύω, finio: ſedo.

Ἅ κεν παύσῃσι (ἀπὸ) μελ. ὀδυν. quæ (te) liberent (a) tetris doloribus: *vel* quæ ſedent tetros dolores.

v. 192.

Omnibus locis ac temporibus ſacri inviolabilesque habiti, omnium gentium conſenſu, Legati. Qua de cauſa θεῖοι *divini* dicti Κήρυκες, *Caduceatores* ab Homero, qui huc illuc publicis de cauſſis a Regibus ablegabantur. *Ab ipſo etiam Mercurio eorum originem veteres deduxerunt.* Lacedæmonii utique hac ratione Talthybio, Κήρυκι, *Legato* Agamemnonis divinos honores decreverunt, templumque religioſe dedicarunt; ſimulque apud ejus gentiles Talthybiadas legationis

gationis munus perpetuum eſſe voluerunt; ut teſtatur *Herodotus Polymnia*, & *Pauſanias Achaicis.* FEITH. *L. IV.* C. *XVII.* §. *I.* Vide ad *Il.* Α. *v.* 334.

v. 193.

Ὅτῃ, *pro* ὅτι, *h. l.* quam. *cum Superlat.*

v. 194.

Φῶτ', Ἀσκληπιοῦ υἱὸν] Vox φῶτα non hic παρέλκει: Quod eſt ridiculum, & Poëta omnino indignum: Sed aut *virum inclytum* denotat, aut (quod ait *Pauſanias Lib. II. C.* 26.) φῶτ', Ἀσκληπιοῦ υἱὸν, ὡς ἂν εἰ λέγοι, θεοῦ παῖδα ἄνθρωπον. CLARK.

v. 199.

Βῆ ἰέναι, celeriter ivit. Vide ad Β. 183.

Κατὰ, *h. l.* per.

v. 200.

Παπταίνω, circumſpicio, oculis luſtro, oculis veſtigo, circumſpectans quæro. Ἐνόησεν, vidit.

v. 204.

Ὄρσεο] διεγείρου, ἀνίστασο. Ἀσκληπιάδη] Ἀσκληπιοῦ παῖ, Μαχάων.

v. 209.

Βὰν, pro ἔβαν. hoc autem *per Syncop.* pro ἔβησαν, v. βαίνω.

v. 211.

Βλήμενος, vulneratus. pro βεβλημένος. v. βάλλω.

Ἀγηγέραθ' pro ἀγηγέρατο, *Attic.* & *Jon.* pro ἠγερμένοι εἰσὶ, *vel* pro ἀγηγέρατο, *Att.* & *Jon.* pro ἠγερμένοι ἦσαν. v. ἀγείρω, congrego.

v. 212.

Κυκλόσε, *adv.* in orbem, circulatim. a κύκλος, ου, ὁ, circus, orbis, circulus.

v. 213.

Ἀρηρότος, *ab* ἀρηρὼς, bene aptatus. v. ἄρω.

v. 214.

Ἆγεν, fracti ſunt: curvati ſunt. *Bœot.* pro ἄγησαν. aor. 2. ind. Paſſ. v. ἄγνυμι, ἄγω, frango.

v. 218.

Ἐκμυζέω, *vel* άω, ῶ, exſugo. ex ἐκ, & μυζέω, ſugo. *Qui vulnera in prœlio acceperant, a Medicis curabantur.* Qualis *h. l.* Machaon, qui telo e vulnere Menelai extracto, dicitur.

dicitur illius *ſanguinem expreſſiſſe* &c. FEITH. *L. IV. C. XV.* §. *I.*

Αἷμ᾽ ἐκμυζήσας] Cela eſt remarquable. Dans ces premiers temps on connoiſſoit l'utilité de ſuccer les plaies, pour les nettoyer & pour empêcher la corruption. Euſtathe rapporte que de ſon temps parmi les Nations les plus barbares, on pratiquoit ce remede qui réuſſiſſoit ordinairement. DACIER.

Ἐπ᾽ — πάσσε, inſperſit. v. ἐπιπάσσω, vel ττω, inſpergo. ex ἐπὶ, & πάσσω, *idem.*

Ἤπιος, ια, ιον, placidus, clemens, mitis, lenis.

v. 219.

Τά οἱ] ἅπερ αὐτῷ.

Φίλα φρονέων τινὶ, amicus alicui.

v. 220.

Ὄφρα τοὶ] ἕως οὗτοι. Dum hi.

Ἀμφιπένομαι, operam pono, occupatus ſum in aliqua re. *h. l.* circa aliquem.

v. 221.

Τόφρα, interim.

Ἐπὶ — ἤλυθον, *pro* ἐπῆλθον, ſupervenerunt, irruerunt.

v. 222.

Κατὰ — ἔδυν, induerunt.

Χάρμη, ης, ἡ, gaudium, lætitia. 2.) animus ad pugnam promtus, & eam lætus iniens. 3.) *h. l.* pugna, conflictus, prælium, certamen. a χαίρω, gaudeo.

v. 223.

Ἔνθ᾽ οὐκ ἂν βρίζοντα] Ducis diligentis exemplum, qui milites ſuos ad pugnam exhortatur: quod Agamemnon facit primum generaliter, quos enim per ſe ſatis incitatos animadvertebat, eos magis inflammabat, ut ſolent addi currentibus equis calcaria: quos contra ignavos, eos graviter & acerbe objurgabat. Deinde hoc per ordines ſingulos præſtabat. SPOND.

Ἔνθα] τότε.

Βρίζω, *propr.* gravatus ſum poſt cibum, adeo ut aliquantiſper dormiam. & *generaliter*, dormito. Ἴδοις vidiſſes.

v. 224.

Καταπτώσσω, metu concido, trepido. ex κατὰ, & πτώσσω, *idem.*

v. 225

v. 225.

Σπεύδω, ſtudeo, valde cupio. *h. l.* feſtino, propero.

Κυδιάνειρος, ου, *h. l.* viris gloriam comparans, viros nobilitans.

v. 226.

Ἔασε, dimiſit. v. ἐάω.

v. 227.

Φυσιάω, ῶ, anhelo, ſpiro. a φυσάω, ſufflo, inflo.

v. 229.

Παρισχέμεν, *pro* παρίσχειν, prope ſe (*currus*) tenere. a παρίσχω, juxta habeo *ſeu* teneo.

v. 230.

Γυῖα, per membra, in membris.

Λάβοι, occuparet.

Κάματος, ου, ὁ, labor, fatigatio. a κάμνω, fatigor.

Διακοιρανέω, Regis more obeo & adminiſtro. ex διὰ, & κοιρανέω, dominor, impero.

v. 231.

Ἐπιπωλέομαι, οῦμαι, obeo, obambulo: luſtro.

v. 232.

Ταχύπωλος, ου, ὁ, celeres equos habens. 2.) rei equeſtris peritus. ex ταχὺς, & πῶλος, ου, pullus, *plerumque* equinus.

v. 234.

Μεθίετε, remittatis. aor. 2. imper. v. μεθίημι, remitto.

Θοῦρις, ιδος, ἡ, impetuoſa: acris. a θοῦρος, ου, ὁ, impetuoſus, qui cum impetu adſultat.

Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vires. *h. l.* fortitudo, ſtrenuitas.

v. 235.

Ὀυ γὰρ ἐπι ψευδέσσι] Nullo argumento audentiores in hoſtem fieri ſolemus, quam ſi intelligamus, rem nobis cum perfidis eſſe, quibus non poteſt favere Numen, adeo illud hominum integritatem & ſinceritatem amat. Cum ergo tales ſint hoc loco Trojani, jubet Græcos Agamemnon bene de victoria ſperare, quum Deum habituri ſint etiam adverſarium Trojani, qui primi fœdera violaverunt. SPOND. Conf. etiam in *h. l.* RICC. *Diſſ. Hom. XIV.*

Ἀρωγὸς, οῦ, ὁ, ἡ, auxiliator, vindex. 2.) defenſor. ab ἀρήγω, auxilior.

v. 237.

Γὺψ, γυπὸς, ὁ, vultur.

Ἔδω, fut. 2. Med. ἔδομαι, vel ἐδοῦμαι, edo: rado, arrodo.

v. 240.

Μεθιέντας ςυγερῦ πολέμοιο, detrectantes triſte bellum.

v. 241.

Νεικείω, *Poët.* pro νεικέω, *h. l.* objurgo.

Χολωτὸς, ὴ, ὸν, iratus, iracundus. a χολόω, ad iram concito.

v. 242.

Ἰόμωρος, ου, ὁ, ἡ, jaculator, & jaculis deſtinatus. *quaſi* ὁ μόρον ἐμποιῶν ἐν ἰοῖς, mortem inferens jaculis. *Vel*, ὁ περὶ τοὺς ἰοὺς μεμορημένος, telis male exceptus. ex ἰὸς, jaculum, & μόρος, fatum: *verſo* ο *in* ω.

Ἐλεγχὴς, έος, ὁ, ἡ, probro dignus, vituperandus. ab ἔλεγχος.

Σέβω, & ομαι, veneror, colo. *h. l.* pudet me, erubeſco.

v. 243.

Τίφθ' οὕτως] τί δή ποτε οὕτως ἀργοί. Ἔςητε, ſtatis.

Τεθηπότες, ſtupidi. part. præt. Med. v. θάπτω, ſepelio. *h. l.* ſtupeo, cum ſtupore ſpecto. *præt. Med.* τέθηπα.

Νεβρὸς, οῦ, ὁ, pullus cervi, hinnulus, dama.

v. 244.

Ἔκαμον, feſſi ſunt. a κάμνω.

(διὰ) Πόλεος πεδίοιο, per magnum campum. Ita B. *v.* 801.

Θέω, curro.

v. 245.

Ἑςᾶσι, ſtant. *Poët.* pro ἑςᾶσι, v. ἵςημι. Γίγνεται, eſt.

v. 247.

Ἦ μένετε — An exſpectatis —

Σχεδὸν ἐλθέμεν, propius accedere, dum propius veniant.

v. 248.

Εἰρύαται, ſubductæ ſunt. 3. plur. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro εἴρυνται, v. εἰρύω, pro ἐρύω, traho: cuſtodio.

Εὔπρυμνος, ου, ὁ, ἡ, pulcram puppim habens. ex εὖ, & πρύμνα, puppis.

v. 249.

Ὑπέρσχῃ, teneat ſuper — aor. 2. ſubj. Act. v. ὑπερέχω.

Αἴκ᾽ ὔμμιν ὑπέρσχῃ χεῖρα, an vos protegat manu. *Iliad.* I. v. 419. 420. — μάλα γὰρ ἕθεν εὐρύοπα Ζεὺς
Χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε·

— valde enim ipſam late ſonans Jupiter
Manu ſua protegit.

v. 251.

Οὐλαμὸς, ῦ, ὁ, condenſum agmen.

Ἀνὰ οὐλαμὸν] Ἀνὰ τὸν θόρυβον, κατὰ τὴν συνέχειαν καὶ ἄθροισιν τῶν ἀνδρῶν. Οὐλαμὸς δὲ, τάξις συνεστηκῦια ἐκ τεσσαράκοντα ἀνδρῶν. Ἡ δὲ φάλαγξ, τάξις ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσιν ἀνδρῶν. *Schol.*

v. 253.

Σῦς, συὸς, ὁ, ἡ, ſus, porcus. *h. l.* aper.

Εἴκελος, ε, ὁ, ἡ, ſimilis. ab εἴκω, ſimilis ſum. (κατὰ) ἀλκὴν, robore.

v. 254.

Πύματος, η, ον, extremus, ultimus, poſtremus. a πυθμὴν, ένος, ὁ, fundus, ima pars.

v. 256.

Μειλίχιος, ια, ιον, *vel* μειλίχιος, ε, ὁ, ἡ, blandus, mitis, placidus. a μειλίσσω, verbis factove demulceo *ſeu* delinio. μειλιχίοισιν, *ſcil.* ἔπεσι, blandis *verbis.*

v. 257.

Πέρι μέν σε τίω] περισσῶς μέν σε τιμῶ, ὅ ἐστιν, ὑπὲρ πάντας.

v. 258.

Ἠμὲν — ἠδ᾽ — ἠδ᾽ — cum — tum — tum.

Ἀλλοῖος, οία, οῖον, alius atque alius, diverſus, varius. ab ἄλλος, alius.

v. 259.

Γερούσιος, ε, ὁ, ἡ, vetuſtus: ad ſenes pertinens, qui ſenibus honorario datur. a γέρων, ſenex.

In magno utique fuit pretio apud Græcos *vini vetuſtas*, uti conſtat etiam ex *Pindaro*, qui *Olymp. Od. IX.* laudat

— — παλαιὸν
μὲν οἶνον, ἄνθεα δ᾽ ὕμνων
νεωτέρων. — —

— — *vetus*
quidem vinum, flores vero hymnorum
recentiorum. — —

Et *Athenæus Lib. I.* ait, *vinum vetus non ad voluptatem modo, ſed ad ſanitatem quoque conferre.* Potiſſimum vero *niger color* in vino celebratur ab *Homero*, qui paſſim αἴθοπα οἶνον laudat. Δυναμικώτατος γάρ ἐςι καὶ μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖςον χρόνον· *Alendi enim corporis maximam vim habet, diutiſſimeque in eorum habitu permanet, qui biberunt*, ait *Athenæus.* FEITH. *L. III. C. II.* §. *III.* Vid. etiam ad *Il.* A. *v.* 462.

v. 260.

Οἱ ἄριςοι, proceres.

Κέρωνται, miſcent. aor. 2. ſubj. Med. v. κεράννυμι, κεράω, miſceo.

v. 262.

Δαιτρὸν, *adv.* diviſim, per vices, portionibus certis. a δαίω, divido.

Πλεῖον, plenum: πλῆρες.

v. 263.

Ἕςηχ' *pro* ἕςηκε, ſtat.

v. 261.—263.

Apud *Hom.* ſingulis convivis poculum appoſitum fuiſſe videtur, ut biberent, quando vellent: unde Agamemnon *h. l.* Idomeneo ait: σὸν δὲ πλεῖον δέπας κ. τ. λ. Unde Heroica pocula dicuntur ampliſſima fuiſſe; quod tum aliis exemplis, tum præcipue Neſtoris oſtendit *Athenæus:* ejus enim poculum adeo magnum, ut a juvene ſuſtineri vix poſſet. *Lib. XI.*

In miniſterio potus, veluti in diviſione ciborum, obſervatum eſt Heroicis temporibus, ut viri principes, & quos eximio honore proſequi vellent, maximam portionem acciperent. Οἱ κοῦροι διακονούμενοι, τοῖς μὲν ἐντιμοτάτοις ἀεὶ πλῆρες παρεῖχον τὸ ποτήριον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐξ ἴσου διένεμον. *juvenes, qui miniſtrabant, honoratiſſimis convivis poculum plenum ſemper exhibebant, ceteris ex æquo vinum diſtribuebatur*, inquit *Athenæus Lib. V. Cap.* 4. Unde Agamemnon Idomeneo honores ſuos recenſens, ait: Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι κ. τ. λ. POTT. *Tom. II. p.* 327. 328. FEITH. *L. III. C. V.* §. *VI.*

v. 264.

Εὔχεο εἶναι] Vid. ad A. 91. ERN.

V. 272.

Παροίχομαι, præteréo.

Γηθόσυνος, ύνη, υνον, lætus, lætabundus. a γηθέω, ῶ, gaudeo, lætor.

V. 274.

Νέφος, nubes, *ingentem multitudinem* indicat. Vid. WOLF. RAPH. BOS. KYPKE. PALAIR. aliosque in Hebr. XII. 1. Νέφος μαρτύρων.

V. 275.

Σκοπιὴ, ῆς, *Jon.* pro σκοπιὰ, ᾶς, ἡ, ſpecula, ſpeculatio. a σκοπέω, ῶ, ſpeculor, obſervo.

V. 276.

Ἰωὴ, ῆς, ἡ, vox, clamor. *h. l.* flatus.

V. 277.

Ἄνευθεν ἐόντι, procul ſtanti. Πίσσα, *vel* πίττα, ης, pix.

V. 278.

Λαίλαψ, απος, ἡ, turbo, ventus procelloſus.

V. 279.

Σπέος, εος, τὸ, ſpecus, ſpelunca.

V. 280.

Ἀρηΐθοος, ε, ὁ, ἡ, bellicoſus, *propr.* agilis in prælio. ex Ἄρης, & θοὸς, velox.

V. 281.

Κίνυμι, *idem quod* κινέω, moveo.

V. 282.

Φρίσσω, vel φρίττω, horreo, horreſco, cum horrore reformido. *propr.* de mari. a φρὶξ, ικὸς, ἡ, maris *vel* fluctuum fremitus.

V. 286.

Σφῶϊ] ὑμᾶς.

V. 287.

Αὐτὼ, vos ipſi. Ἀνώγετον, inſtigatis.

V. 288.

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ,] Tale quippiam de Neſtore *ſupra* (*Il.* B. υ. 371. *ſqq.*) vidimus. Hoc intereſt, quod Neſtori decem tantum ſimiles exoptabat Agamemnon ad Trojæ excidium; hic omnes ſimiles Ajacibus vellet. Ubi prudentiam viribus præſtantiorem Agamemnoni viſam obſervavimus. SPOND.

V. 290.

Τῷ, hic articulus in Dandi caſu non tantum pro Pronomine οὕτως, ſed etiam κατ' ἔλλειψιν Subſtantivi τρόπῳ apud Poëtas Adverbialiter ponitur, & redditur, *ſic*, *ita*, *hoc modo*. (occurrit etiam *Il.* Β. 373.) HOOG. *ad* VIG. *de Idiot. C. I. in fine.*

V. 293.

Ἔτετμε, inveniebat. imperf. ind. Act. v. τέτμω, invenio, offendo. a τμῶ, pro τμάω, ſcindo: inquit *Euſtath.* ſecundum quem τέτμω ſignificat ἐν ἐπιτομῇ καὶ συντόμως λαμβάνειν, brevi accipere, cito invenire.

V. 294.

Οὓς] τοὺς ἰδίους. Στέλλω, *h. l.* inſtruo, ordino.

V. 297.

Ὄχος, ου, ὁ, & ὄχος, εος, τὸ, currus, vehiculum. ab ἔχω, habeo, teneo. ὄχεσφι, curribus. Additur quibusdam Nominibus tertiæ Declin. Syllaba Poëtica φι vel φιν. WELL. *p.* 117. FISCH. *p.* 126

V. 298.

Ἐξόπιθεν, *pro* θεν, *Poët.* a tergo.

V. 299.

Ἔμεν, *pro* εἶναι, ut eſſent.

V. 300.

Ἀναγκαίη, ης, neceſſitas. *vel* ἀναγκαίῃ in *Dat. Adverbial.* neceſſario. ab ἀναγκαῖος, neceſſarius. hoc vero ab ἀνάγκη, neceſſitas.

V. 297.—300.

Militum præfecti aciem inſtruebant: in qua arte Græci Romanis longe inferiores erant; illi enim, integro exercitu in unam quaſi frontem ſtatuto, felicem pugnæ exitum in uno conferto agmine ponebant; cum Romani, ipſorum *haſtatis*, *principibus*, ac *triariis* in diſtinctas acies unam pone aliam diſpoſitis, poſt primam aciem deletam prælium inſtaurare iterum pares erant, nec penitus profligari poterant, donec ter victi fuiſſent. Nihilominus aliquid non abſimile factum reperimus tempore belli Trojani, quo ſenex Neſtor equites in prima acie, poſt illos peditum infirmiſſimos, tandemque eos, qui reliquos robore ac fortitudine ſuperabant, collocaſſe *h. l.* dicitur. Etſi, nonnulli

nulli accipiant τὸ πρῶτον & τὸ ὄπισθεν de dextro & ſiniſtro cornu, pluresque alii aliter, tamen maxime propria ac nativa Poëtæ ſententia videtur eſſe, quod conſtituti fuerint alii poſt alios, teſte *Plutarcho Lib. de Homero.* POTT. *Tom. II. p.* 63. FEITH. *L. IV. C. XIV.* §. *III.*

V. 302.

Σφὺς] τὺς ἰδίυς. Ἐχέμεν] κατέχειν.

Κλονέω, ῶ, commoveo, agito tumultuoſe, turbulentum reddo. 2.) quatio, concutio. κλονέεσθαι ὁμίλῳ, turbatis ordinibus verſari in turba. a κλόνος, ȣ, ὁ, motus tumultuoſus, tumultus.

V. 303.

Ἱπποσύνη, ης, ἡ, ars *ſive* peritia equitandi. ab ἵππος, equus.

Ἠνορέα, ας, *vel* ἠνορέη, ης, ἡ, virilitas, vigor, robur. ab ἀνήρ.

V. 304.

Μεμάτω, ſit nimis cupidus. a μάω, vehementer cupio.

V. 306.

Ἀπὸ ὧν ὀχέων] ἀπὸ τῶν ἰδίων ἁρμάτων· a ſuo curru.

Ἕτερ᾽ ἅρματ᾽ ἵκηται] εἰς ἑτέρȣ ἅρμα παραγένηται.

V. 307.

Ἔγχει ὀρεξάσθω·] Hujus dicti, *inquit Doctiſſ.* I. TOB. KREBSIVS (*in Animadverſ. in Plut.* πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκȣ́ειν, *p.* 168. 169.) ambiguitatem, tanquam ſtudio affectatam, laudi dat Homero *Euſtathius:* quo jure, nunc non diſputo. Quadruplici autem modo, auctore *Euſtathio*, exponi potet. *Primo*, ut Neſtor jubeat, ne is, qui hoſtilem currum in pugna ceperit, in eo ſpolio abducendo, tempus terat, ſed in pugnando adverſus hoſtes pergat. *Secundo*, ne quis, ex ſuo curru excuſſus, & commilitonum alicujus conſcendens, equos ſibi non cognitos regere velit, ſed haſta pugnet. *Tertio*, ut jubeat, ſi quis, de curru ſuo dejectus, commilitonum cujusdam velit aſcendere, commilitonem iſtum excipere, & porrecta haſta adſcenſum juvare. *Quarto*, ut jubeat, ſi quis, curru ſuo forte excuſſus, alterius velit conſcendere, commilitonem iſtum haſta porrecta repellere, ne conſcendat, & commilitonem, de curru jam pugnantem, impediat. Harum interpretationum omnium cenſuram agit

acutiſſimus *Clarkius*, ipſeque ultimam ſequitur: ἔγχει ὀρεξάσθω, *haſta porrecta*, *repellat*, quod & illis optime congruere putat, quæ ſequuntur: ἐπειὴ πολὺ φέρτερον οὕτως, *Satius eſt ut pereat, qui de curru ſuo excuſſus fuerit, quam ut commilitones in pugnando interturbet.* Cui & ego ſubſcribo. *Hactenus ille.* — Juxta ſententiam *Eruditiſſ.* ERNESTI, ſenſus hic eſt: *Si quis e curru excuſſus, ad alium ſe recipere velit*, *is* potius (repulſus ſcil. vel repellendus) *pugnet haſta pedes*, quam ut alium currum conſcendens, ei, qui in curru eſt, impedimento ſit. Ὀρέξασθαι dici de eo, qui pedes haſta pugnat, patet etiam ex E. 335. Ψ. 805.

v. 308.

Ὧδε] οὕτως.

Οἱ πρότεροι, veteres, majores.

Πορθέω, ῶ, diruo, everto, vaſto. a πέρθω, *idem.*

v. 310.

Πάλαι, *h. l.* dudum, jamdudum, pridem, jampridem.

Πολέμων ἒυ εἰδὼς, rei militaris bene peritus: *Sciens pugnæ. Hor.*

v. 313.

Εἴθ', ὡς θυμὸς] εἴθε σοῦ τῇ τῆς ψυχῆς προθυμίᾳ ἐπήρκει ἡ τοῦ σώματος δύναμις.

v. 314.

Γοῦναθ', genua. Τοι, tibi.

Ἔμπεδος, ου, ὁ, ἡ, ſtabilis, firmus, ἐν τῷ πέδῳ, ſtans in terra. a πέδον, ſolum.

v. 315.

Τείρω, vexo, adfligo, infeſto, moleſto. 2.) abſumo, tero, attero.

Ὁμοίϊος, ſimilis, omnibus communis, omnibus æque pernicioſus, moleſtus, inſtans. ab ὅμοιος, ſimilis.

v. 316.

Κουροτέροισι] νεωτέροις.

v. 319.

Κατέκταν, interfeci. aor. 2. ind. Act. v. κατακτείνω.

v. 320.

Ἀλλ' οὔπως ἅμα] Ils donnent à la jeuneſſe la force ſans la prudence, & aux vieillards la prudence ſans la force. DACIER.

v. 321.

Ἔα, *pro* ἦν, eram. *Jon.* & *Poët.* v. εἰμὶ, ſum. Ἄυτε, vice verſa.

v. 323.

Γέρας, τὸ, *h. l.* munus.

v. 324.

Αἰχμάζω, vibro, jaculor. ab αἰχμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis, mucro: haſta, lancea.

v. 325.

Γεγάασι, ſunt. præt. ind. Med. *Jon.* pro γεγήκασι, a v. *Poët.* γάω, pro γείνομαι, ſum. Πεποίθασιν, confidunt.

Βίηφιν, robore. Poëtæ Nominibus Femin. Iæ. Declin. Syllabam φι vel φιν adjiciunt. WELL. *p.* 104. FISCH. *p.* 119.

v. 328.

Μήςωρ, ωρος, ὁ, conſiliarius, conſultor. 2.) *h. l.* peritus, a μήδομαι, curam gero, delibero. μήςωρες ἀϋτῆς, periti belli. *v.* 310. πολέμοιο εὖ εἰδώς.

v. 329.

Πλησίον, prope, juxta.

v. 331.

Ἀκέὲτο] ἀντὶ τοῦ, ἤκουον.

v. 332.

Συνορίνω, concito, commoveo. ex σὺν, & ὀρίνω, idem.

v. 334.

Πύργος] Τάξις. Μεταφορά.

v. 335.

Τρώων ὁρμήσειε pro κατὰ Τρώων ὁρμήσειε, in Trojanos impetum faceret. v. ὁρμάω, ῶ, incito, impello.

Ἄρξειαν πολέμοιο, inciperent bellum. *pro* ἀπὸ πολέμοιο.

v. 340.

Ἀφίςατε, abſiſtitis. v. ἀφίςημι, abſcedo, abſiſto. Μίμνω, *h. l.* exſpecto, præſtolor.

v. 341.

Σφῶϊν] ὑμῖν.

v. 342.

Ἐςάμεν, conſiſtere.

Καυςειρὸς, ρὰ, ρὸν, ardens, fervens. a καίω, καύσω, uro.

Ἀντιβολέω, ῶ, *h. l. cum Genit. ſignificat idem quod* μετέχω, particeps ſum. ab ἀντιβάλλω, contra jacio, ex adverſo jacio.

V. 343.

Πρώτω] πρῶτοι, δυϊκῶς.

Ἀκουάζω, *idem quod* ἀκούω, audio. δαιτὸς ἀκουάζεσθον *exponunt*, vocamini ad cœnam.

Ἐμεῖο, *pro* ὑπ' ἐμοῦ, a me.

V. 344.

Γέρουσιν, Proceribus.] Par ce mot Homere entend les Géneraux, les Principaux Officiers de quelque âge qu'ils puſſent être. DACIER.

Ἐφοπλίζω, armo, apparo adverſus — *h. l.* inſtruo, apparo, *de convivio.* ex ἐπὶ, & ὁπλίζω, armo.

V. 345.

Φίλα] προσφιλὲς, ἡδὺ, φίλον ἐστὶν, Ἀττικῶς.

Ὀπταλέος, έα, έον, aſſus, toſtus, aſſatus. ab ὀπτάω, ῶ, aſſo, torreo.

Κρέας, ατος, τὸ, caro.

Ἔδμεναι, *Att.* pro ἐδέμεναι, *pro* ἔδειν, v. ἔδω, edo.

V. 346.

Πινέμεναι, *pro* πίνειν.

Μελιηδὴς, έος, ὁ, ἡ, mellis dulcedine præditus, mellis inſtar dulcis. ex μέλι, & ἡδὺς, ſuavis.

Ὄφρ' ἐθέλητον] ἕως ἂν θέλητε.

V. 347.

Φίλως, *adv.* libenter, a φίλος.

Ὀρόωτε, videretis. præſ. opt. Act. *Poët.* pro ὁρῷτε, *contr.* ex ὁράοιτε, v. ὁράω, video.

V. 348.

Μαχοίατο] μάχοιντο.

V. 350.

Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;] Ὁποῖον τοῦτον τὸν λόγον ἐτόλμησας τῷ στόματί σου εἰπεῖν; Ἕρκος γάρ φησι τὸ περίφραγμα τῶν ὀδόντων, τὰ χείλη, περιφραστικῶς. *Schol.*

Cette façon de parler eſt fondée en raiſon; car il ſemble en effet, que les deux rangées de dents ſont dans la bouche comme un rempart pour empêcher les paroles de ſortir avant que la reflexion & le jugement leur en aient donné l'ordre. DAC.

V. 351.

Φῂς, dicis. a φημί.

Πολέμοιο

Πολέμοιο μεθιέμεν, in bello *nos* remiſſos eſſe.

V. 352.

Ὀξὺν ἄρηα, acre prælium.

V. 353.

Ὄψεαι, videbis. fut. 1. ind. Med. *Jon.* pro ὄψῃ, v. ὄπτομαι.

Ἢν ἐθέλῃσθα] ἐὰν βύλῃ.

Αἴκεν τοι τὰ μεμήλῃ, ſi tibi hæc curæ fuerint.

V. 354.

Principes fortiſſimi πρόμαχοι, *anteſignani*, audire geſtiunt variis apud *Hom.* locis. FEITH. *L. IV. C. XIV.* §. *VI.* Vide etiam ad *Il.* Γ. *v.* 16.

V. 355.

Ἀνεμώλιος, ε, ὁ, ἡ, futilis, ventoſus, vanus. ab ἄνεμος, ὁ. *quaſi* ἀνεμώνιος.

Βάζω, dico, loquor, facio verba, orationem habeo. *Vox Poëtica.*

V. 356.

Ἐπιμειδάω, ῶ, ſubrideo. ex ἐπὶ, & μειδάω, rideo.

V. 357.

Ὡς γνῶ χωομένοιο] ὡς ἐπέγνω αὐτὸν ὀργισθέντα.

Πάλιν δ' ὅγε λάζετο μῦθον, *retractavit*, ſeu *mutavit priorem ſermonem ſuum*: quod vox πάλιν indicat, ut in παλινῳδία. Bene ad *h. l.* Scholiaſtes minor: εἰς τὸ ἐναντίον ἔτρεψε τὸν λόγον. Ψόγον γὰρ εἰπὼν, νῦν ἔπαινον λέγει.

V. 359.

Οὔτε σε νεικείω] Feſtinantem, & vehementer commotum, pulcherrime exhibet & ſuperior temeraria objurgatio, ſuique hæc inſtituta ſtatim deinceps defenſio. CLARK.

Περιώσιος, ε, ὁ, ἡ, ſanctiſſimus, eximius, *vel* modum ſuperans, *h. l.* περιώσιον, *Adverb.* magnopere, ſupra modum. ex περὶ, & ὅσιος, ſanctus. περιώσιον] περιασσῶς, παρὰ τὸ προσῆκον.

V. 361.

Δῆνος, εος, τὸ, conſilium.

Τὰ γὰρ φρονέεις, ἅ τ' ἐγώ περ] Hoc eſt ſolidæ amicitiæ teſtimonium, cum idem eſt utriusque amici conſenſus: *idem velle, idem nolle*, ut ait ille. Hinc eſt illud: ὁ φίλος ἄλλος ἐγώ. SPOND.

v. 362.

'Αρέσκω, placo, amicum reddo : placeo. ἀρεσσόμεθα, componemus.

v. 363.

Μελαμώλιος, ου, ὁ, ἡ, pro μελαμώνιος, Attic. qui pro ν dicunt λ. vanus, irritus, ventoſus. ab ἄνεμος, *Vel* non juvans. a μελὰ, μὴ, & ὀνῶ, juvo.

Θεῖεν, faciant : ποιήσειαν.

v. 366.

Κολλητὸς, ή, ὸν, conglutinatus, bene compactus. a κολλάω, conglutino, jungo.

v. 371.

Πλώσσω, perterreor, trepido, expaveſco, metu perculſus concido. a πλοέω, ῶ, metu conſterno, terrefacio.

'Οπιπτεύω, inſpicio, circumſpicio, oculis luſtro, *per reduplicat.* ab *inuſit.* ὀπτεύω; ab ὄπτομαι, video.

Γέφυρα, ης, ἡ, pons. *h. l.* intervallum inter binos inſtructæ aciei ordines.

v. 372.

'Ου μεν Τυδέϊ γ' ὧδε] Ut Diomedem ad ſtrenue pugnandum excitet, urget exemplum Tydei, qui ejus pater fuit : turpe enim filio, ſi patris boni veſtigia non inſiſtat, & nullo graviore argumento ad virtutem incitamur, quam ſi patrum optimorum memoria nobis refricetur. Quod autem hoc loco de Tydeo Agamemnon commemorat, copioſe a *Papinio in Thebaide* deſcribitur. SPOND.

Ὧδε pro οὕτως.

Φίλον ἦεν, ſolitum, conſuetum erat : placebat.

Πτωκάζω, metu contrahor, expaveſco, trepido. a πτὼξ, πτωκὸς, ὁ, ἡ, pavidus, timidus.

v. 373.

Δήϊος, *h. l. Subſtant.* hoſtis. a δαίω, diſco : divido.

v. 374.

Πονεύμενον, laborantem. a πονέω, ῶ, laboro.

v. 375.

Ἤντησα, obvius fui ; interfui. ab ἀντάω.

Πέρι δ' ἄλλων φασὶ γενέσθαι] ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ τοὺς ἄλλους λέγουσιν αὐτὸν γεγονέναι ἀνδρεῖον. *Schol.*

v. 376.

v. 376.

Ἄτερ πολέμου, ſine bello. *Schol.* χωρὶς πολεμικῆς παραστάσεως. *Non ſtipatus.* Μοῦνος ἐών. *v.* 388. CLARK.

Ἤτοι μὲν γὰρ] Longior videri poſſit hæc oratio, quam feſtinantis, & vehementer commoti, ordinesque ſingulos obeuntis eſſe oporteret. Sed obſervandum, in hac ἐπιπωλήσει, *Ultimum* eſſe omnium, ad quos *Agamemnon* pervenerit, *Diomedem.* CLARK.

v. 377.

Ξεῖνος, η, ον, *Jon.* pro ξένος, hoſpes, peregrinus, alienus.

v. 379.

Δόμεν, ut darent. v. δίδωμι.

v. 380.

Ἐκέλευον] Tydeus & Polynices. *Al.* ἐκέλευεν, *ſcil.* Tydeus. CLARK. Facilius erat ἐπήνεον ὅσσ' ἐκέλευον. *annuebant, quicquid petebant*, ſed illud quoque rectum. ERN.

v. 381.

Τρέπω, verto: *averto.*

Παραίσιος, ου, ὁ, ἡ, infauſtus, inauſpicatus, dirus. ex παρὰ, & αἶσα, fatum, ſors. παραίσια σήματα, ſiniſtra Jovis ſigna. Illa vero Jovis ſigna fuere fulgura, ait *Euſtath.*

v. 382.

Ἰδὲ, *pro* ἠδὲ, &, atque.

Πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο] προῆλθον, προεγένοντο, τῆς ἐπὶ Θήβας ὁδοῦ. in via progreſſi fuerant.

v. 383.

Βαθύσχοινος, ου, ὁ, ἡ, profundos habens juncos, denſos juncos ferens, juncis obſitus, juncoſus. ex βαθὺς, profundus, & σχοῖνος, ὁ, juncus: funis. Laus hæc fluviorum. Inde ſtatuæ illorum junco & arundine redimitæ. Eſt *hic* Epitheton *fluvii Aſopi.*

v. 384.

Ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν] Τυδῆ ἀγγελίην ἐπέστειλαν, *Tydea legatum* (Thebas) *miſerunt.* Vel, ἀγγελίη hic tam intelligi poteſt *legatio*, quam ἀγγελίης, *legatus*: ut adeo legendum ſit: ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν. Quod eodem redit. CLARK.

v. 386.

Κατὰ δῶμα] κατὰ τὴν οἰκίαν, ἐν οἰκίᾳ.

Βίης

Βίης Ἐτεοκληείης] τῦ Ἐτεοκλέυς, περιφραςικῶς. Vide ſupra ad B. v. 658.

v. 387.

Ἱππηλάτα] Vide ſupra ad A. 175.

Ἱππηλάτης, ϰ, ὁ, equitator, agitator equorum. ex ἵππος, & ἐλαύνω, agito.

v. 388.

Τάρβει, pavebat. a ταρβέω.

v. 389.

Ἀλλ' ὅγε] ὅγε nec hic plane inane eſt. Ἀλλ' ὅγε eſt *quin ille.* Latini plane ſic. ERN.

Ἀεθλεύω, certo, dimico, pugno. ab ἄεθλος, ϰ, ὁ, certamen.

Πάντα δ' ἐνίκα] ἀντὶ τῦ, ἐν παντὶ ἀγωνίσματι ἐνίκα.

v. 390.

Ῥηϊδίως, *adv.* facile. *Poët.* pro ῥαδίως.

Τοίη οἱ ἐπιρ. ἦεν Ἀθήνη] Aut ſimpliciter vertendum: *Nam ei adjutrix magna aderat Minerva*; aut potius: *Adeo ei adj. aderat Min.* Sic Latini hanc formam exprimunt. ERN.

Ἐπίῤῥοθος, ϰ, ὁ, ἡ, auxiliator, adjutor, auxilium ferens cum magna animi alacritate. ex ἐπὶ, & ῥόθος, ϰ, ὁ, undarum ſtrepitus: impetus. quod a ῥέω, fluo.

v. 391.

Κέντωρ, ορος, ὁ, ſtimulator, qui pungit. κέντορες ἵππων, agitatores equorum. a κέντω, ſtimulo.

v. 392.

Ἂψ οἱ ἀνερχομένῳ] εἰς τὐπίσω ἐρχομένῳ, ἐπανερχομένῳ αὐτῷ· ei revertenti.

Εἷσαν, locaverunt. v. ἕω, *ſeu* ἕννυμι, loco, colloco.

v. 397.

Ἔπεφνε, interficiebat. a πέφνω, occido, interficio. a φένω, *idem.*

v. 398.

Πιθήσας, parens. a πιθέω, obſequor, obedio. a πείθω.

v. 399.

Ἑο, *Jon.* pro ἕ, vel ἑαυτῦ: *ſe ipſo.*

Χέρεια] χείρονα· inferiorem.

Ἀγορῇ, *h. l.* facundia. Ἀμείνω, præſtantiorem.

v. 402.

V. 402.

Ἐνιπὴ, ῆς, ἡ, increpatio, objurgatio: ab ἐνίπτω, dico: objurgo.

V. 404.

Μὴ ψεύδεο] μὴ ψεύδου.

V. 405.

Quod generoſa & celſa indoles ægre dolenterque objurgationem admittat, objectumque dedecus a ſe ſtatim amoliri connitatur, tum multis aliis exemplis poſſet oſtendi, tum exemplo Stheneli, qui Agamemnoni una cum Diomede illum oblique coarguenti, quod minus ſtrenuos ſe præberent in prælio, nec patrum ſuorum gloriam æmulari contenderent, reſpondit audacter, ſe immo gloriari patribus ſuis eſſe meliores. Ἡμεῖς τοι πατέρων κ. τ. λ. RICC. *Diſſ. Hom. XXXV. ab init.* item *Diſſ. XV.*

V. 406.

Ἡμεῖς καὶ Θήβης] Quod incœptum Patribus noſtris, *Tydeo* & *Capaneo* (qui erant ex *Septem illis* ad *Thebas*) infauſte cecidit, id nos, eorum Ἐπίγονοι, feliciter peregimus. CLARK.

Ἑπτάπυλος, ου, ὁ, ἡ, qui habet ſeptem portas. ex ἑπτὰ, ſeptem, & πύλη, porta.

V. 407.

Λαὸν ἀγαγόνθ'] ἀγαγόντε, *ego & Diomedes.* Ἄρειος, ου, ὁ, ἡ, Martius. *h. l.* Marti ſacer, *ſeu* ad Martem pertinens. ab Ἄρης, Mars.

V. 408.

Πειθόμενοι, freti.

Ἀρωγὴ, ῆς, ἡ, auxilium, remedium. ab ἀρήγω, auxilior.

V. 409.

Κεῖνοι δὲ — ὄλοντο] Ambiguum hoc, dictumne ſit de *Septem illis ad Thebas* in prima expeditione, an de *Thebanis ipſis* in ſecunda. *Euſtathius*, ἣ μάλιστα λέγει, ὅτι οἱ Θηβαῖοι &c. Ego in *priorem* ſententiam potius propendeo; tum propter ſequentem, Τῷ μή μοι πατέρας: tum ut & præcedenti, Πειθόμενοι τεράεσσι, aptius hoc ex adverſo reſpondeat. CLARK.

Ἀτασθαλία, ας, ἡ, improbitas, amentia, veſania, vecordia,

cordia ; petulantia: ab ἀτάσθαλος, ου, ὁ, magnorum damnorum auctor, improbus, ſceleſtus, pernicioſus.

V. 410.

Τῷ, quare, ideo.

Πόθι, unquam.

Ἔνθεο, ponas. aor. 2. imper. Med. *Jon.* pro ἔνθου, quod *Attice* ponitur pro ἔνθεσο. Eſt & ἔνθεο aor. 2. ind. Med. pro ἐνέθου, quod Attici pro ἐνέθεσο Z. 326. ab ἐντίθημι, pono, impono, concipio.

V. 412.

Τέττα, vox, qua benevolentiæ, aut honoris cauſſa, junior ſeniorem compellat. O mi *Sthenele*, &c.

Σιωπῇ ἧσο, tacitus ſede.

V. 416.

Δηόω, ῶ, vaſto, hoſtiliter populor. *per Sync.* pro δηϊόω, debello, igne ferroque vaſto. a δήϊος, hoſtilis.

V. 418.

Νῶϊ] ἡμεῖς δύο.

V. 420.

Βράχω, ſono, ſonitum *ſeu* crepitum edo, ſtrepo. Onomatopœia dictio facta a ſono, quem virga aut jaculum reddit, cum vibratur.

Χαλκὸς] περιφραστικῶς, τὰ ὅπλα.

Ἐπὶ, circa.

V. 421.

Ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἷλεν] Vox ὑπὸ non id ſonat, quod ait Scholiaſtes, ὑφ' οὗ ἂν ἤχου; ſed quod latine dicas, *genua timore ſubtus intremiſcere.* Nimirum refertur ὑπὸ non ad *ſonum terrefacientem*, ſed ad *hominem metu ſuccuſſum.* CLARK.

Ταλασίφρων, ονος, ὁ, ἡ, qui animo patienti eſt, cujus mens omnia tolerat, nec ullis vincitur ærumnis. a τάλασις, patientia: quod ex ταλάω, ſuffero: ſuſtineo, & φρὴν, mens.

V. 422.

Πολυηχὴς, έος, ὁ, ἡ, multos ſonitus edens, multiſonus. ex πολὺς, & ἦχος, ſonus.

V. 423.

Ὑποκινέω, ῶ, leniter moveo. ex ὑπὸ, & κινέω, moveo.

V. 424.

v. 424.

Κορύσσω, armo. κορύσσομαι, armor; impetu feror; attollor. *ut h. l.* a κόρυς, ἡ, galea.

v. 425.

Χέρσος, *ſive* χέρσος, ὁ, ἡ, deſertus, incultus. χέρσος γῆ, deſerta terra. χέρσοι *etiam ſubſtantive*, inculta terra: & *ſæpe ſimpliciter*, terra.

Ῥηγνύω, *vel* υμι, frango, rumpo, ſcindo. Ῥήγνυσθαι, *allidi*, *alliſione frangi*, & de *fluctibus* adhibetur, quum illi littori vel petræ alliſi franguntur. Sic Hom. *h. l.* de fluctu maris dicit: χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, *terræ impactus multum fremit.* KYPKE *Obſerv. ad Luc. VI.* 48.

Ἄκρα, ας, ἡ, ſummitas, faſtigium. *h. l.* promontorium, *vel* littus, *quia eſt terræ extremitas.* ab ἄκρος, ſummus.

v. 426.

Κυρτὸν] Latine dicitur *tumidus*, *curvatus*, *gibbus*. Nam *convexus*, quod recentiores *concavo* opponunt, Romanis idem fere ſonabat, quod *concavus*; niſi ſi forte, in ſphæra, *convexa* dicta ſit Hemiſphærii *Superioris* potius, quam *Inferioris*, facies *Interior*; ut cum *cœli convexa*, *nemorum convexa*, *cavam cœli convexitatem*, & ſimilia, dicerent. Qui, ex linguarum recentiorum uſu, *convexum concavo* opponunt, Romanis ſcriptoribus miras tenebras offundunt. CLARK.

Κορυφόω, ῶ, in verticem attollo, faſtigio, conſummo. κορυφοῦμαι, in verticem attollor, faſtigior, conſummor. Dicitur & *de mari commoto ventis*, *ut h. l.* a κορυφή, ῆς, ἡ, vertex.

Ἀποπτύω, ſpuo, exſpuo. ex ἀπὸ, & πτύω, ſpuo.

Ἄχνα, *vel* ἄχνη, ης, ἡ, *h. l.* ſpuma, *vel* ejectamentum maris.

v. 427.

Ὡς, ſic.

v. 428.

Νωλεμέως, *contr.* νωλεμῶς, *adv.* indeſinenter, adſidue, a νωλεμής, έος, ὁ, ἡ, indeſinens, adſiduus.

Οἷσιν, ſuis.

v. 431.

Σημάντωρ, ορος, ὁ, qui ſignum dat claſſicum canendo: dux,

dux, imperator. a σημαίνω, ſignum do, & jubeo. quod a σῆμα, ſignum.

V. 432.

Ἑιμένοι, induti. ab ἕω, inuſit. induo.

V. 433.

Τρῶες δ' — Τρώων ἀλαλητὸς] De hujusmodi Syntaxi ἀνακολούθω, quæ directa conſtructione & elegantior eſt nonnunquam, atque etiam ſimplicior, vide ſupra ad B. 353. 681. CLARK.

Ὄις, ὀιὸς, vel ὄϊς, ὄιος, ἡ, ovis.

Πολυπάμμων, ονος, ὁ, ἡ, multa poſſidens, dives. ex πολὺς, & πάμμα, τὸ, poſſeſſio. quod a πάω, πάομαι, poſſideo.

Ἀυλὴ, ῆς, ἡ, locus ſubdialis: atrium. h. l. ſtabulum, caula, ovile.

V. 434.

Ἑστήκασιν] *Stant.* Miro errore de hac voce doctiſſimus *Grotius*, (ad *Rom.* V. 2.) *Eſt*, inquit, *præteritum pro præſente, more Hebræo.* Quaſi vero Græcum, ἑστήκασι, non *ſemper* reſponderet Latino, *ſtant.* CLARK.

Ἀμέλγω, mulgeo.

V. 435.

Ἀζηχὴς, έος, ὁ, ἡ, magnum ſonum edens: continuus, perpetuus, quod fit ſine intermiſſione. Hinc *adverb.* ἀζηχὲς, magno ſonitu: continuo. ex α intenſ. & ἦχος, ſonus.

Μηκάομαι, ῶμαι, μηκᾶσθαι, balare, capriſſare. perf. part. Med. μεμακὼς, ῦια.

V. 436.

Ὡς Τρώων ἀλαλητὸς &c.

Cum acies concurrebant, ingens excitabatur *clamor:* quem Poëta cum gruum clangore confert *Il. III. v.* 3. cum torrentibus e monte defluentibus *Lib. IV. v.* 452. cum fluctibus maris agitati *Lib, II. v.* 144. *ſq.* & 394. *ſq.* Ἀλαλητὸν vocat *h. l.* quæ vox etiam apud poſteriores Græcos obtinuit; in quorum hiſtoriis ſubinde ἀλαλάζειν dicti milites, acie congredientes. Forte a repetita voce ἀλάλ. *Suidas* ἐλελεῦ clamare ſolitos tradit: Ὁι προσιόντες εις πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνην μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως. *Qui prælium* *iniban*t,

inibant, *hoc* ἐλελεῦ *alta voce exclamarunt*, *cum quodam concinno motu.* Mos hic apud omnes pene gentes antiquitus obſervatus. FEITH. *L. IV. C. XIV.* §. *VII.* De voce ἀλαλητὸς vid. etiam B. 149.

v. 437.

Ὁμὸς, ἡ, ὀν, ſimilis, par.

Θρόος, ου, *contr.* θρους, ου, ὁ, rumor tumultuarius, tumultuantium clamor. *Item generaliter*, vox, vociferatio. a θρέω, clamo tumultuando, *ſeu* loquor.

Ἴος, ἴα, ἴον, ſolus, unus.

Γῆρυς, υος, ἡ, vox.

v. 438.

Ἐμέμικτο, miſta erat. a μίγνυμι, miſceo.

Πολύκλητος, ου, ὁ, ἡ, e multis locis convocatus. ex πολὺς, & καλέω, voco.

v. 439.

Τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ — Ἀθήνη, Δεῖμός τ'] *Trojanos Mars, Græcos Minerva, utrosque Terror*, &c. CLARK.

v. 440.

Δεῖμος, ου, ὁ, terror, metus. a δείδω, timeo.

Φόβος, ου, ὁ, fuga: timor. a φέβομαι, fugio, timeo; *quia quæ timemus, ea fugimus.*

Ἄμοτον, *adv.* inſatiabiliter. ab ἄμοτος, ου, ὁ, ἡ, quod linamentis vulnerariis oppleri nequit. 2.) inexplebilis, inſatiabilis. quod ex α priv. & μοτὸς, οῦ, ὁ, linamentum carptum, quod vulneribus inditur.

v. 441.

Κασιγνήτη, ης, ἡ, ſoror germana. ex κάσις, ιος, frater *vel* ſoror, & γείνομαι, naſcor.

Ἑτάρη, *pro* ἑταίρη, ἡ, ſocia.

v. 442.

Ἡ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα] Ex tenui favilla ingens ignis accenditur: ex parva contentione oriuntur bella maxima, qualia fuerunt illa propter perdicem aut locuſtam, ut refert *Euſtathius.* Sic quanquam hoc & aliquantulum majus eſt, unius cauſa Helenæ tam calamitoſum Trojanum bellum. Ideo eleganter Homerus primo ingreſſu parvam eſſe contentionem dicit, ſed tandem cœlo caput firmare. (quod de *Fama* dixit *Virgilius*, *Æneid. IV.* 176.

Parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras:
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

i. e. alte excreſcere & adaugeri, ut ſi muſca in elephantem. Hanc autem Contentiónem, Terrorem & Fugam, (qui ipſius Martis equi eſſe dicùntur, (*Il. O. v.* 119.) utrique, Marti nimirum & Minervæ, communes facit, qùæ ſunt pugnarum cauſſa & effecta. SPOND.

v. 443.

Στηρίζω, ſtatuo firmiter, figo, ſtabilio, firmo.

v. 444.

Ἡ σφιν] ἥτις αὐτοῖς.

– Μέσσῳ] μεταξὺ Τρώων καὶ Ἑλλήνων.

v. 445.

Ὀφέλλω, *h. l.* augeo, cumulo.

Στόνος, ου, ὁ, gemitus, ſuſpirium, gemitus cum fletu. a στένω, gemo, ſuſpiro.

v. 446.

Ξυνιόντες, coëuntes.

v. 447.

Σὺν ῥ' ἔβαλον ῥινὺς] Jam ſequitur deſcriptio prælii, quod inter Græcos & Trojanos poſt illam monomachiam Menelai & Paridis commiſſum eſt: in quo obſervanda eſt Heroum ex utraque parte virtus, tam in ſuis propugnandis, quam in expugnandis hoſtibus. Primas autem Neſtoris filio Antilocho tribuit, cum eas ipſi Neſtori, cujus ut πακτικωτάτυ & peritiſſimi aciei inſtructoris antea Poëta meminit, propter ſenii imbecillitatem tribuere non poſſit. Inſignium porro virorum cædes tantum Homerus deſcribit, quod etiam ab ipſo initio ſe facturum pronuntiavit, & hoc idem ipſi Hiſtorici hujus belli factitarunt. SPOND.

Σύν ῥ' ἔβαλον] συνέβαλον δή. commiſerunt.

Ῥινός, ῦ, ὁ, *vel* ἡ, pellis, cutis, corium. 2.) *h. l.* clypeus, ſcutum. Olim enim ſcuta ex pellibus bubulis faciebant.

Μένεα, robora.

v. 448.

Χαλκεοθώρηξ, ηκος, ὁ, ἡ, qui æreo thorace utitur, æreo thorace indutus *ſeu* armatus. ex χάλκεος, & θώρηξ, *pro* θώραξ.

Ὀμφα-

Ὀμφαλόεις, όεσσα, όεν, umbilicatus, umbilicum habens. Epithet. *ſcuti.* ab ὀμφαλὸς, ȣ, ὁ, umbilicus, umbo.

v. 449.

Ἔπλητο, appropinquabant. imperf. Paſſ. v. πλάω, quod *per Sync.* dicitur pro πελάω, appropinquo. Formatur anomale ἔπλητο, tanquam a πλῆμι.

v. 450.

Οἰμωγὴ, ῆς, ἡ, ploratus, ejulatus, lamentatio: τῶν ἡττωμένων δηλονότι. ab οἰμώζω, ploro, ejulo, lamentor.

Εὐχωλὴ, *h. l.* jactantia, gloriatio: δηλονότι τῶν νικώντων.

Πέλεν] ἐγένετο.

v. 452.

Χείμαῤῥος, & χειμάῤῥȣς, ȣ, ὁ, torrens. ex χειμὼν, ὁ, hiems: tempeſtas, & ῥέω, fluo: *quaſi* χείματι ῥέων.

Κατ᾽ ὄρεσφι] κατὰ τῶν ὀρῶν. de montibus. Vid. *v.* 297. *hujus Iliad.*

v. 453.

Μισγάγκεια, ας, ἡ, locus in valle, in quo fit miſtio aquarum, in quem ex montibus aquæ confluentes miſcentur. 2.) ipſe aquarum gurges illic collectus. ex μίσγω, miſceo, & ἄγκος, εος, τὸ, vallis, convallis.

Συμβάλλω, *h. l.* confero.

Ποταμοὶ — συμβάλλετον· *fluvii — conferunt.* Poëtæ interdum Nominibus Dualibus Plurale, interdum vero, ut *h. l.* Pluralibus Duale Verbum ſubjiciunt. Ita etiam *Il.* Λ. 138. Εἰ μὲν δὴ Ἀντιμάχοιο δαίφρονος υἱέες ἐστόν. *Quandoquidem Antimachi periti prœliatoris filii eſtis.* POSS. *Synt. Gr. p.* 69.

Ὄβριμος, ȣ, ὁ, ἡ, fortis, robuſtus validus. *h. l.* impetuoſus; rapidus.

v. 454.

Κρȣνὸς, ȣ̃, ὁ, ſcaturigo rivorum & fontium, ſcatebra ſaliens. a κρȣ́ω, pulſo: *quod ex montibus* μετὰ κρȣ́σεως, *cum ſtrepitu, defluat*; vel ἀπὸ νάειν κρότῳ.

Ἔντοσθε, *adv.* intus, intra. ab ἐντὸς, intus.

Χαράδρα, *Jon.* χαράδρη, ης, ἡ, terræ fiſſura ex terræ motu facta, caverna, vorago, ſulcus, quem torrens rapido curſu effecit & excavavit. 2.) torrens, qui impetuoſe e monte aut præcipiti loco decurrens terram excavat. a χαράσσω, *vel* τέω, ſcalpo, imprimo.

v. 455.

Τηλόσε, *adv.* longe, procul. a τῆλε, ſeu τηλῦ, *idem.*

Δοῦπος, ου, ὁ, ſonitus, qui ex corpore ad terram adliſo oritur. 2.) ſonitus, fragor quivis.

v. 456.

Τῶν μισγομένων [συνερχομένων] Hisce commiſtis [convenientibus.]

Ἰαχὴ, ῆς, ἡ, vociferatio, clamor. a ἰάχω, vociferor, clamo.

v. 452 — 456.

Lacedæmonii ad tibiarum plurium concentum conflictum inierunt. — Reliqui Græci cum majore impetu ac furore in aciem progrediebantur, cumque primam impreſſionem faciebant, clamorem edebant omnes, quo ſe ipſos incenderent, hoſtibusque terrorem injicerent: dicebaturque ἀλαλαγμὸς, ex eo quod ἀλὰλ clamitarent, ἐλελεῦ ipſos etiam acclamaſſe tradit *Suidas*: iſtius primus inventor fuit *Pan*, Bacchi legatus in expeditione ſua Indica, ubi, quum ab hoſtibus numero longe ſuperioribus undique in valle cincti eſſent, Pan hunc Deum monuit, ut per noctem omnes ſuos milites clamorem dare juberet, quo adeo improviſo hoſtes oppreſſi, ut illico caſtra ſua relinquerent: hinc factum, ut omnes ſubiti timores, quibus absque legitima cauſa perculſæ hominum mentes, Græcis Latinisque dicerentur *terrores Panici*, juxta *Polyænum*, *Stratagem. Lib. I.*

Hujusmodi conſuetudo apud univerſas fere gentes, tam barbaras quam bene moratas, obtinuiſſe videtur, ac memoratur ab omnibus Auctoribus, qui de re militari ſcripſerunt. *Homerus* ipſe varias hujus deſcriptiones tradere non eſt dedignatus. ex. gr. *h. l.* ubi militum clamores confert torrentibus rapidiſſime decurrentibus a montibus in valles ſubjectas. POTT. *Tom. II. p.* 70. Vid. etiam ad Δ. *v.* 436.

v. 457.

Ἕλεν, interfecit. v. αἱρέω.

Κορυστὴς, οῦ, ὁ, armiger, armatus miles, bellator. a κορύσσω, armo.

v. 459.

v. 459.

Ἔβαλε, percuſſit.

Τόν ῥ' ἔβαλε πρῶτος] Non vacat hic particula ῥὰ; ſed idem fere hoc in loco ſonat, ac vox latina, *utique*. Vide ſupra ad Α. 56. CLARK.

Κόρυς, υθος, ἡ, galea, caſſis. (ἐς) φάλον — (*in*) conum.

v. 460.

Μέτωπον, ου, τὸ, frons, pars faciei, quæ poſt, ſeu ſupra oculos eſt. ex μετὰ, & ὢψ, oculus.

Πέρησε, penetravit. a περάω, tranſeo, penetro.

v. 462.

Ἐρείπω, everto, proſterno, disturbo. aor. 2. ἤριπον *neutraliter ſignificat*, cecidi, lapſus ſum.

v. 464.

Χαλκωδοντιάδης] Χαλκώδοντος παῖς.

v. 465.

Ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων] Non ſupervacaneum eſt iſtud ὑπό. Nempe e telorum deſuper cadentium nimbo, mortuum *ſubtrahebat*. CLARK.

Λελιημένος, volens. part. præſ. Paſſ. v. λιῶ, facto ex λῶ, *Poët.* quod eſt, volo, & cupio. *Vel* eſt perf. part. Paſſ. *per Euphon.* pro λελιλημένος, promtus, cupidus. v. λιλέω, volo.

v. 466.

Συλήσειε, prædaretur. v. συλάω, *vel* έω, ſpolio.

Ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetuoſus motus, aggreſſio. *h. l.* conatus, ſtudium.

v. 468.

Πλευρὸν, ῦ, τὸ, latus, coſta. a πλευρὰ, ἡ, *idem*.

Κύπτω, pronus ſum, incurvo me ad videndum, vergo, inclino.

Πάρα, juxta, prope, apud.

Ἐξεφαάνθη, emerſerunt: denudata fuerunt. *Poët.* pro ἐξεφάνθη, v. ἐκφαίνω, in lucem edo.

v. 469.

Οὐτάω, ῶ, vulnero, percutio.

Ξυςὸν, ῦ, τὸ, haſtile, radendo ſcil. politum & ferro

 polito

polito præfixum, parvum haſtile, haſta parva, ſpiculum. a ξύω, rado, ſcalpo, radendo ſeu ſcalpendo polio.

V. 470.

Ἔργον] ἡ μάχη.

Ἐτύχθη, coorta eſt: κατεσκευάσθη, ἐγένετο.

V. 471.

Λύκος, ου, ὁ, lupus.

V. 472.

Οἱ δὲ, λύκοι ὥς, Ἀλλήλοις ἐπόρουσαν· *Illi vero, lupi velut, Invicem irruerunt.* Non ſolum apud Sacros Autores, ſed & apud Profanos, homines analogice a *Beſtiis*, quarum naturam referunt, denominantur. PALAIR. *ad Act. XX.* 29.

Δνοπαλίζω, ferio, quatio, percutio, occido. a δονέω, agito, concutio, & πάλλω, vibro. *Vel* quaſi δονέω ταῖς παλάμαις, excutere manibus.

V. 474.

Ἠΐθεος, ου, ὁ, adoleſcens, juvenis: cælebs, innuptus.

V. 475.

Κατιοῦσα, deſcendens. a κάτειμι, deſcendo.

V. 478.

Θρέπτρον, ου, τὸ, *plur.* θρέπτρα, nutritionis præmium, quod & θρέπτα. a τρέφω, nutrio, alo.

Αἰὼν, ῶνος, ὁ, æternitas: παρὰ τὸ ἀεὶ ὢν, *quia ſemper eſt. Aliquando*, duratio vitæ hominis, *ut h. l.*

V. 477. 478.

In primis antiquis Græcis curæ fuit θρεπτήρια, quæ Homerus vocat *nutricationis præmia*, *parentibus rependere*; uti *h. l.* cum de Simoiſio & Hippothoo, immatura morte præceptis, ait: Οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα κ. τ. λ. Hujus autem officii neglectus dira impietas cenſebatur, quam inultam cedere Dii nullo modo ſinebant; unde inter ultimæ & ferreæ ætatis ſcelera liberorum contumaciam & irreverentiam in parentes, tanquam graviſſimum, quodque vindictam divinam arceſſebat, recenſet *Heſiodus Oper. & Dier. Lib.* I. *v.* 183. *ſq.* FEITH. *L. II. C. XIX. §. II.* POTT. *Tom. II. p.* 289.

V. 479.

Ἔπλετο] ἐγένετο.

Δαμέν-

Δαμέντι] δαμασθέντι, ἀναιρεθέντι.

v. 480.

Στῆθος, in pectore.

v. 482. *ſqq.*

Ὁ δ' ἐν κονίησι χαμαὶ] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. Bl. 144. u. f.

Ἐν κονίησι] ἐν τῇ γῇ.

Αἴγειρος, ου, ἡ, populus; *videlicet quoddam genus* arboris: ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως, *quod in altum erigatur.*

v. 483.

Εἱαμενὴ, ῆς, ἡ, locus humectus, irriguus. 2.) locus herboſus, pratum. ab εἴα, ας, ἡ, herba, gramen.

Ἕλος, εος, τὸ, palus, aqua paluſtris cœno mixta.

Πεφύκει, nata erat. a φύω, gigno, produco.

v. 484.

Λεῖος, λεία, *Jon.* η, λεῖον, lævis, non aſper, glaber, planus.

Ἐπ' ἀκροτάτῃ] κορυφῇ, δηλαδή. in ſummo *vertice.*

Πεφύασι, creverunt. a φύω.

v. 485.

Ἁρματοπηγὸς, ῦ, ὁ, curruum fabricator, plauſtrorum compactor. ex ἅρμα, & πήγνυμι, compingo: fabricor.

v. 486.

Ἴτυς, υος, ἡ, circumferentia, & curvatura rotæ: omnis extremitas rei rotundæ, umbo.

Κάμπτω, flecto, inflecto, incurvo.

Περικαλλέϊ δίφρῳ, ad perpulcrum currum.

v. 487.

Ἄζω, ſicco, arefacio, *unde* ἄζομαι, areſco.

v. 488.

Ἐξεναρίζω, interficio. 2.) occiſum armis ſpolio. ex ἐξ, & ἐναρίζω, *idem.*

v. 489.

Αἰολοθώρηξ] Porphyrio, *thoracem (corpus ſuum thorace indutum) agiliter motans.* Quæſt. Homer. 3. CLARK. vario thorace indutus. ex αἰόλος, η, ον, varius, variegatus: velox; & θώρηξ, thorax.

v. 490.

Πριαμίδης] Πριάμου παῖς. Ἄντιφος.

Ἀκοντίζω, jaculor, jaculum vibro, intorqueo. 2.) jaculo peto. Sic ſæpe regit Genit. perſonæ, ſubaudita præpoſit. κατά. ita *h. l.* τοῦ δ' Ἄντιφος — ἀκόντισεν· in hunc autem Antiphus — jaculatus eſt. ab ἄκων, οντος, ὁ, jaculum, telum.

V. 491.

Τοῦ μὲν ἅμαρτε, a quo quidem aberravit. ἅμαρτε, aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἥμαρτε, v. ἁμαρτάνω, aberro, *propr.* a ſcopo, *vel* via. 2.) erro, fallor, pecco.

V. 492.

Βουβὼν, ῶνος, ὁ, inguen. βουβῶνα, in inguine.

Ἑτέρωσε, *adv.* alio, aliorſum. ab ἕτερος.

V. 494.

Τοῦ δ'] ἕνεκα τούτου.

Θυμὸν, *pro* κατὰ θυμὸν, ἐν θυμῷ.

V. 495.

Αἴθοπι χαλκῷ, coruſco ære. Vide ad A. *v.* 462. nec non CLERICI *Art. Crit. P. II. S. II. C. I.* §. 7.

V. 497.

Ὑπὸ — κεκάδοντο, ſenſim receſſerunt, pedem ſubduxerunt. pro ὑπεκχάδοντο, aor. 2. ind. Med. *Dor.* vel *Jon.* v. ὑποχάζομαι, ſenſim recedo. ex ὑπὸ, & χάζω, cedo, locum do, recedo, retrocedo.

V. 500.

Ἀβυδόθεν] ἐκ τῆς Ἀβύδου.

Παρ' ἵππων ὠκειάων] Ἐξ ἐκείνου τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἵπποι ἐγεννῶντο ταχεῖς. Εἴπε δὲ, ὅτι ἐκεῖ ἐτρέφοντο καὶ αἱ ἵπποι τοῦ Πριάμου. *Schol.*

V. 501.

Ἑτάροιο χολωσάμενος, *pro* ἕνεκα ἑταίρου χολωσάμενος.

V. 502.

Κόρσῃ, ης, *Att.* κόῤῥη, ης, ἡ, crinis. *h. l.* tempus, *pars capitis:* caput. Κόρσην, in tempore. a κείρω, tondeo.

Κρόταφος, ου, ὁ, *idem.* παρὰ τὸ κροτεῖν τὴν ἀφρὴν, *quod pulſus venarum ibi facile dignoſcatur.*

V. 503.

— — τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.

Illum autem tenebræ oculos cooperuerunt.

Scholia-

Scholiaſtes, σολοικισμὸς, inquit, παρὰ τὰς πλάσεις· ἔδει γὰρ εἰπεῖν, τῶ δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε. τούτου δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ σκότος ἐκάλυψεν. Ineptiſſime plane. CLARK. — Hac criſi (ita *Clar.* J. FRID. LEISNERVS *in Præfat. ad* LAMB. BOS *Ellipſ. Græc.*) nihil falſius, nihil iniquius fingi poteſt. Utitur enim Homerus ſolemni illa & maxime ab omnibus fere Scriptoribus frequentata ellipſi, atque ita commode ſupplenda: τὸν δὲ σκότος ἐκάλυψε κατὰ τὼ ὄσσε, *Eum autem tenebræ, quantum ad oculos, cooperuerunt.* — Eadem phraſis exſtat etiam *v.* 461. 526.

v. 504.

Δουπέω, ῶ, ſonitum *vel* fragorem edo. a δοῦπος, ὁ, ſonitus.

Ἀραβέω, ῶ, ſtrepitum *ſeu* fragorem edo. ab ἄραβος, ου, ὁ, ſtrepitus, maxime is, qui fit in bello clamor.

v. 505.

Ὑποχωρέω, ῶ, ſenſim recedo, clam me ſubduco, pedem refero. 2.) recedo, decedo, diſcedo. ex ὑπὸ, & χωρέω, cedo.

Φαίδιμος, ου, ὁ, ἡ, illuſtris, ſplendidus. a φαίνω, luceo.

v. 507.

Ἰθύω, recta feror, recta pergo. 2.) impetu feror, prorumpo. ab ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus. *vel* ἰθὺς, & ἰθὺ, *adv.* recta.

v. 508.

Περγάμου ἐκκατιδών· Τρώεσσι δὲ κέκλετ'] *Priami* civiumque vox & ſententia intelligitur, ad exercitum ex urbe delata, vel a Ducibus ex ipſa re deſumta & excogitata. CLARK.

Περγάμου ἐκκατιδὼν, ex Pergamo diſpiciens.

Κέκλετο, pro ἐκέκλετο, a *Poët.* κέκλομαι, jubeo, hortor. Fit autem κέκλομαι, *per Pleonaſm.* τοῦ κ. a κέλομαι, *idem*, quod á καλέω, voco.

Ἄυω, & *per dialyſ.* ἀΰω, clamo, reſono.

v. 509.

Ὄρνυσθε, irruite. ab ὄρνυμαι, excitor, ſurgo, concitus feror.

v. 510.

Ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρὼς, οὐδὲ σίδηρος,] οὐδὲ γὰρ ἔχουσι χρῶτα, ὡς

ὡς λίθον καὶ σίδηρον, ἐ λίθινον, ἐ σιδηρῶν· ἐκ ἐισὶ τὸ σῶμα ἀναίσθητοι. Μεταφορά. *Schol.*

V. 511.

Χαλκὸν ἀνασχέσθαι, ut æs ſuſtineat. ἀνασχέσθαι, aor. 2. inf. Med. v. ἀνέχομαι, patior, ſuſtineo.

Ταμεσίχρως, οος, ὁ, ἡ, corpus ſeu cutem incidens ac vulnerans. ex τέμνω, & χρόος, ἐς, cutis: corpus.

V. 512.

Ὀυ μὰν ἐδ᾽ Ἀχιλλεὺς] Miro artificio, ut Poëma unum ſit a capite ad calcem, *ubique* ſpectatur & interſeritur *Achilles.* CLARK.

V. 513.

Θυμαλγὴς, έος, ὁ, ἡ, dolorem adferens animo, animum crucians & vexans. ex θυμὸς, & ἀλγέω, doleo.

V. 515.

Κυδίστη Τριτογένεια] Homere appelle ici Minerve Τριτογένεια, & on diſpute fort ſur la ſignification de ce mot. Les uns veulent qu'elle ait ce nom de fleuve Triton dans la Lydie, les autres de la ville de *Tritta* en Crete, & les autres enfin du mot *tritto*, dont les Eoliens ſe ſervoient pour dire la tête; car cette Déeſſe étoit née de la tête de Jupiter. Virgile l'appelle de même *Tritonia.* DACIER.

V. 516.

Μεθιέντας, remittentes *prælium*: remiſſos.

V. 517.

Ἐπιδέω, obligo: alligo. Ἐπέδησε] κατέσχε. DAC. les fatales Deſtinées couperent la trame de la vie de Diotes &c.

V. 518.

Χερμάδιον, ου, τὸ, lapis magnus, qui manum implere poſſit. *Vel* qui una manu ſuſtolli poteſt. a χεὶρ, manus, & μάσσω, tango.

Βλῆτο, percuſſus erat. plusq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐβέβλητο, v. βάλλω, pro βλέω, percutio.

Σφυρὸν, ἐ, τὸ, malleolus pedis: planta. a σφῦρα, ας, ἡ, malleus.

Ὀκριόεις,

'Οκριόεις, όεσσα, όεν, prominentias longiores habens. 2.) aſper. ab ὄκρις, *idem quod* ἄκρις, ſummum cacumen, & prominentia. hoc autem ab ἄκρος, ſummus.

v. 520.

'Αινόθεν] ἀπὸ Αἴνυ, πόλεως Θρᾴκης.

v. 521.

Τένων, οντος, ὁ, tendo, — inis, nervus. a τείνω, tendo: *quia præcipua eorum actio in tenſione conſiſtit.*

'Αναιδὴς, έος, ὁ, ἡ, impudens, inverecundus. *Metaph.* tribuitur *rebus inanimatis*, ut *h. l.* λάας ἀναιδὴς, lapis aſper. ex α priv. & αἰδὼς, pudor, verecundia.

v. 522.

Ἄχρι, *ſeu* ἄχρις, usque ad, tenus, *prorſus.*

'Απαλοάω, ῶ, & ἀπαλοιάω, contero, confringo. 2.) tero, trituro. ex ἀπὸ, & ἀλοάω, ῶ, trituro: comminuo.

v. 523.

Πετάω, pando, explico.

v. 524.

'Αποπνείω, *pro* ἀποπνέω, efflo, ſpiro *h. l.* efflo animam, morior. ex ἀπὸ, & πνέω, flo, ſpiro.

'Επιτρέχω, percurro. *h. l.* accurro. ex ἐπὶ, & τρέχω.

v. 525.

Οὖτα, vulneravit. ab οὐτάζω, vulnero, vulnus infligo, ictum manu infero. οὖτα eſt pro οὔτασε, *per Apoc.*

'Ομφαλὸς, ῦ, ὁ, umbilicus, umbo.

'Εκ — χύντο, effuſa erant. plusq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐξεκέχυντο, v. ἐκχύω, effundo.

v. 526.

Χολὰς, άδος, ἡ, inteſtinum. a χολὴ, ῆς, bilis, fel.

v. 528.

Πάγη, fixum eſt. aor. 2. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐπάγη, v. πήγνυμι, ύω, figo.

Πνεύμων, ονος, ὁ, pulmo, *reſpirandi inſtrumentum.* a πνέω, flo, ſpiro.

v. 529.

'Αγχίμολον, *adv.* e propinquo, prope: confeſtim. ab ἀγχίμολος, υ, ὁ, ἡ, e propinquo veniens: qui prope accedit. quod ex ἄγχι, & μολέω, *ſeu* μόλω, venio.

'Εκ—

Ἐκ — ἐσπάσατο στέρνοιο, extraxit pectore. σπάω, ῶ, traho, extraho, educo.

v. 530.

Ἐρύσσατο, *h. l.* ſtrinxit.

v. 531.

Ἐξαίνυμαι, aufero, privo. ex ἐξ, & αἴνυμαι, capio, aufero.

v. 533.

Ἀκρόκομος, ου, ὁ, in vertice comam alens. ex ἄκρος, ſummus, & κόμη, coma.

Homerus *Thraces* vocat ἀκροκόμους, quod in ſummo vertice eſſent comati.

Δολιχὸς, ὴ, ὸν, longus, prolixus.

v. 534.

Οἵ ἑ] οἵτινες αὐτόν.

Μέγαν περ ἐόντα, — licet magnus eſſet, —

v. 535.

Ὦσαν, propulſarunt. v. ὠθέω, ῶ, trudo, pello, pulſo, propulſo, propello.

Ἀπὸ σφείων] ἀφ' ἑαυτῶν.

Πελεμίζω, agito, moveo, quatio, concutio, de gradu dejicio.

v. 536.

Τετάσθην, extenſi ſunt. *Schol.* ἐκεῖντο ἐκτεταμένοι.

v. 538.

Περικτείνοντο] περὶ αὐτοὺς ἀνῃροῦντο.

v. 539.

Ἔργον] νῦν, τὸν πόλεμον.

Ὀνόω, vitupero, reprehendo, carpo. *Uſitatius* ὄνομαι, ab ὄνημι, *idem.*

Μετελθὼν, *h. l.* interveniens. a μετέρχομαι.

v. 540.

Ἄβλητος καὶ ἀνούτατος] Recte *Scholiaſtes* : Ὁ μήτε ἀπὸ διαστήματος τρωθεὶς δόρατι ἢ οἰστῷ, μήτε δὲ ἐκ τοῦ ἐγγὺς ξίφει. *Neque eminus, neque cominus, vulneratus.* CLARK.

Ἄβλητος,

Ἄβλητος, ου, ὁ, ἡ, nondum miſſus, nondum jactus. *h. l.* non ictus, non vulneratus. ex α priv. & βάλλω.

Ἀνούτατος, ου, ὁ, ἡ, non vulneratus. ex α priv. & οὐτάζω, vulnero.

V. 541.

Δινεύω, inſtar vorticis circumago, circumvagor, verſor. a δίνη, ης, ἡ, vortex.

V. 542.

Ἀπερύκω, repello, propulſo, averto, abigo. ex ἀπὸ, & ἐρύκω, arceo.

V. 544.

Τέταντο, extenſi erant. plusq. perf. ind. Paſſ. v. τείνω. *Schol.* ἐκτεταμένοι ἦσαν, ἀνήρηντο· ἀνῃρημένοι ἔκειντο.

FINIS
TOMI PRIMI.

Corrigenda.

pag. XIV. in citato loco ex Plat.
lin. 6. lege: Ῥαψῳδὸν, ἑρμηνέα δεῖ.
lin. 12. pro ὅτε lege ὄντι.

SEP 25 [illegible]